



HIPPOCRATIS

LIBER

DE VICTUS RATIONE IN MORBIS ACUTIS.

HIPPOCRATIS

LIBER

DE VICTUS RATIONE IN MORBIS ACUTIS.

EDIDIT

F. Z. ERMERINS,

MED. DOCT.

ACCEDUNT EIUSDEM

OBSERVATIONES CRITICAE

IN

SORANUM EPHESIUM

DE

ARTE OBSTETRICIA MORBISQUE MULIERUM.

LUGDUNI BATAVORUM,
APUD S. ET J. LUCHTMANS
ACADEMIAE TYPOGRAPHOS.

MDCCCXLI.

COBETIO SUO

S. P. D.

F. Z. ERMERINS.

Nisi probe scirem, optime Cobeti! me a te in amicis haberi, vererer ne hunc, quem edo, Hippocratis libellum ad te mittens aut iusto plus mihi arrogare videar, aut ineptus esse. Nam profecto levissimo sim animo, si putem medicum me in rebus cum bonarum literarum studiis coniunctis aliquid esse prolaturum dignum, quod tibi obferatur. Ineptus vero sim, si qui longe longeque aliter de me sentiam, meum tamen librum ad te mittam, illumque talem, qui, si argumentum spectem, a tuis studiis procul sit remotus. Sed novisti, puto, me tum aliis de causis, tum maxime etiam studiorum tuorum causa vehementer te amare; itaque amicus ad amicum cum hoc opusculo meo, in quo errores non inesse non possunt, veluti confugio et enixe te ut perlegas rogo et ut de iis, quae desideres, sive illa ad universam

materiem tractandi rationem, sive ad singula loca, ubi de rebus grammaticis exponere coactus fui, pertineant, me admoneas. Nimirum nos medici ad id, quod in primis requiritur, ut veteres de arte nostra auctores cum aliquo fructu nostro legamus, fere imparati sumus et hebetes; nec raro accidit, ut plura certo scire nobis videamur, in quibus, eheu! misere halucinamur.

Et vero aliter fieri vix potest, quam ut hoc modo res nobiscum sit comparata, modo teneamus, qua in re profecto te habebo consentientem, non minus accurata grammatices scientia nobis opus esse, ut medicum Graecum interpretemur, quam vobis literarum cultoribus, ut alium quemvis inter elegantissimos quosque auctorum veterum. In qua quidem cognitione nobis paranda vide quam multa longe diverso modo, ac vobis fieri solet, nobis eveniant. Etenim quo tempore vos maxime in his literis proficitis, nobis res addiscendae sunt ab illis toto coelo diversae; quid quod ne postea quidem omne tempus illis impendere nobis licet, verum ab iis avocamur, sive ut aegrotantibus opem feramus, sive ad ea studia, quae hunc in finem maxime requiruntur. Tum vero vos e clarissimorum virorum disciplina profecti plerumque vestra vice aliis has literas tradere soletis, ita ut hos docendo discatis

ipsi. Denique vobis aureum illud συμφιλολογεῖν contingit, quod quantum valeat ad ingenium acuendum et vim insitam promovendam vel ipsi illi in operibus suis testantur praeceptores vestri, quorum nomina per totum orbem eruditum inclaruerunt. Ex his autem, quae postremo attigi, illud quidem nobis omnino non contingit, hoc vero non nisi rarissime, sed nobis hae res fere solis nobiscum agendae sunt; quod quam difficile sit et molestum ipse tum antea, tum nunc rursum in hac editione paranda, ita sum expertus, ut quam id persenserim verbis tibi significare vix possim.

Haec autem quorsum spectant? ut significem nobis quidvis licere, et omnia miscere et falsa pro veris venditare? Id quidem ego, ut facile intelligis, minime volo; sed qui vere dixisse mihi videor nos medicos ad auctorem Graecum edendum parum instructos esse, quique tum in aliis, tum in me ipso, si modo de me ipsi loqui liceat, id saepissime observavi, idem ego, quas reperisse mihi visus sum, causas tibi enarro, quare saepe ut fallamur fere sit necesse et qui fiat, ut in dies minus mihi ipse fidem adhibeam, adeo ut, quod initio dixi, ad te iam confugiam spe ductus fore ut certior fiam de rebus mihi quidem dubiis et de quibus τὰ ἐμαυτῷ δοκοῦντα profero, ut et tu et alii,

si qui sint, qui meum laborem curent, num re ipsa τὰ ὄντα sint, me doceatis.

Eo melius intelliges, mi Cobeti! nulla alia de causa, quam ut a te discam, me hunc librum ad te mittere, — (nempe quod alii subinde praedicant ornamenti gratia se doctorum amicorum vel fautorum nomina libris suis praefigere, id eiusmodi est ut me iam parum moveat; non quia non sentio nomen tuum re vera hunc libellum meum ornare, sed quia certo scio te, si dicam idcirco me ad te haec scribere, ultro esse repudiaturum;) intelliges, inquam, me a te doceri velle, si dixero me nunc unum hoc Hippocratis scriptum edere, ut sit veluti προπαρασκευὴ ad futuram editionem ceterorum etiam librorum vere Hippocrateorum omnium. Quippe id in votis est, ut aliquando Hippocratem et Aretaeum edam; quod ut probabili ratione postea facere liceat, mihi quidem eiusmodi velitatione nunc opus esse sentio.

Ne tamen mireris de duobus scriptoribus edendis me cogitare, cui unus laborem satis gravem imponere videatur, tibi dicam hos auctores, licet longo a se temporis intervallo distent, mira quadam ingeniorum cognatione coniunctos esse, ita ut alter ad alterius intelligentiam plurimum faciat; nec facile quem bene Aretaeum esse editurum, qui non in Hippocrate tantum operae po-

suerit, ut fere huic quoque edendo par sit. Nam Aretaeus tum fida naturae observatione et mirabili morbos depingendi artificio divinum senem, ita vocant Hippocratem, aemulatur, tum vero, quod hac in re gravissimum est, ipsis verbis totoque orationis colore medicinae parentem felicissime imitatur, licet nemo non animadvertat Hippocratem nativam illam sermonis Ionici referre simplicitatem, Aretaeum, quamquam tersissimus auctor sit et elegantissimus, Ionicam dialectum ex antiquioribus tum pedestris, tum solutae orationis scriptoribus sibi comparavisse.

At, inquies, quid huc Soranus? Equidem, Cobeti! opinor hunc cum Hippocrate et Aretaeo nobis medicis a Diis datum esse, ut grammatice nobis opus esse sentiamus: nam profecto aut haec nobis discenda est, aut fatendum nos optimos de arte medica libros antiquos intelligere nolle. Iam vero Soranum magis aliorum causa tentavi quam ipsius. Quum enim primarium editoris munus in librariorum erroribus deprehendendis et tollendis sit positum, quamlibet ego occasionem, qua vires exerceam, avide arripere soleo, quumque locis nonnullis veram scripturam reperisse mihi visus essem, nolui reticere quae aliis prodesse posse arbitrabar et speravi fore ut alii quoque pellicerentur, ut ad methodicum hunc illustrandum accederent. Quippe vitii in

illo inest plus satis, ita ut alter et fortasse tertius etiam non sine fructu eum sit tentaturus.

Sed redeo ad Hippocratem, de cuius editionibus et editoribus pauca ad te scribere lubet, ut quid in hoc auctore hodie faciendum sit videamus. Non sum nescius ipsum bene librum edère posse debere, qui de eiusmodi labore iudicium ferre velit, ideoque prudentius me agere, si hac de re taceam. Verum tacendo non proficimus; itaque tu patienter me audi et εἴ πως τι λέγειν σοι δοκῶ vide!

De primis duabus editionibus Hippocratis Aldina et Basileënsi convenit inter doctos, — illam esse adinstar codicis manuscripti ne optimae quidem notae, — hanc, quam Ianus Cornarius curasse fertur, illa aliquanto magis correctum referre textum.

De tertia autem, cuius curam suscepit Hieronymus Mercurialis, haud ita una et consentiens est omnium vox. Magnis eam laudibus evehit Choulantius, in primis quod in textu emendando diligenter et propria sibi aliqua ratione versatus sit editor, tum propter doctas eius adnotationes. Minus quidem vehementer eam laudat Schoellius, sed hic tamen etiam affirmat textum in hac editione meliorem exhiberi quam in antecedentibus. Verum secus sentit Freindius, qui in praefatione ad editionem Epidd.: » castigatior paulo, inquit,

Froebeniana, quam Hieronymus Mercurialis ità in plerisque secutus est, ut aliquando errores ipsos exscripserit." Trillerus in epistola ad Freindium dolet editorem hunc pressius secutum esse MSS. Vaticana. — Ego, ut verum fatear, cum postremis his maxime consentio: textum in editione hac non meliorem inveni quam in Basileënsi, nam lectt. omnino deteriores subinde illatae sunt. Interpretatio Latina, quae huic editioni addita est, non ipsi editori debetur, sed Cornario; quod autem in titulo ille dixit, sese Cornarii interpretationem emendasse, id, qua in re et quo modo factum sit, nescio, nec nunc in hanc rem inquirere vacat. Huius igitur editionis laudes paucis hisce absolvuntur. Editor novo ordine disposuit libros Hippocratis nomine circumferri solitos, de quibus ordinandis exposuit peculiari tractatu, quem censuram operum Hippocratis inscripsit: tum ad marginem raras adscripsit codicum veterum, quos vocat, varr. lectt.: denique singulis libris subiecit adnotationes, nec tam doctas et copiosas, ut dignae sint, quae summis encomiis celebrentur, nec tamen inutiles aut non laudabiles.

Quarta Hippocratis editio debetur Anutio Foësio medico Mediomatrico, viro uni omnium mortalium ad hunc usque diem de artis medicae parente optime

merito; quapropter de hac editione, quae hodie etiam vere omnium praestantissima esse censetur, paulo plura dicam, ut videamus qua in re maxima eius laus sit posita, quid in ea insit minus laudandum. Scilicet aut ego insigniter fallor, aut hac ratione aliorum laborem diiudicando proficimus ipsi, sive virtutes ad imitandum inveniamus, sive vitia, quae fugiamus.

Primum et princeps editionis Foësianae ornamentum mihi esse videtur eximia illa Oeconomia Hippocratica, quae, uti ego opinor, ipsi editioni longe antecellit. In ea enim editor variis ipsius Hippocratis locis collatis verborum singulorum vim aperuit, e Galeni commentariis et glossario et ex Erotiano congessit, quidquid ad dictiones Hippocraticas illustrandas conferat et mirum quantum lucis accendit ipsis glossis Erotianeis, perutilibus quidem illis, sed ob insignem scripturae corruptelam et pessime turbatum a librariis glossarum ordinem saepissime intellectu difficillimis. Nec vero hic substitit Foësius, sed ex aliis etiam auctoribus, tum medici argumenti, tum Grammaticis, Scholiastis, Lexicographis, aliis, quodcumque ad rem suam faceret collegit et multis locis sive horum auxilio, sive suis ipsius inventis perfeliciter veram vocabulorum scripturam restituit. Eodem fere modo versatur in amplioribus illis adnotationibus, de quarum nimia mole nonnulli

fortasse non sine iusta causa sunt questi. Aliis autem libris brevissimas addidit notulas, quibus plerumque varietatem lectionis indicavit et locos ex aliis scriptoribus, ubi Hippocrates citetur, vel qui singuli ad hunc explicandum faciant.

Iam vero, mi Cobeti! (nolo enim non quidquid sentiam nunc ad te scribere,) saepe miratus sum virum, nisi omnes medicorum Graecorum interpretes grammatices scientia superantem, certe nemini horum isto nomine cedentem, eundemque in iis, quae supra dixi, praeclare fere semper versatum, in ipso textu constituendo longe minus excellere, ita ut hac in re plurimis locis potius reprehensione, quam laude dignus visus sit. Fuit Foësius, quod alii iam dudum vere animadverterunt, ea religione codicum scripturae adstrictus, ut in textu describendo ab ea vix et ne vix quidem recederet, adeo ut, si quid emendandum illi videretur, Latine emendationem exprimeret, quam in textum inferre nollet, sed cuius interdum in notis mentionem faceret. Non ignoro editioni adiectas esse varr. lectt., quarum nonnullae maximi sunt pretii, sed quae serius in editoris manus pervenerunt, quam ut in ipsa editione illis uti potuerit, ita ut inde facile explices vel e solo apparatu Foësiano hodie meliorem textum elici posse, quam ipse dederit. Verum ex ipsa

tamen interpretatione Latina, quae quare tantopere prae ea, quam Cornarius dedit, praestare dicenda sit, quod nonnullos praedicantes audivi, equidem non video, — ex hac, inquam, et ex adnotatis ad verba Graeca satis patet virum ceterum praestantissimum, nolim quidquam de debita laude detrahere, Hippocratis verba non recte cepisse, neque critica facultate admodum valuisse. Quin etiam mos ille, qui tum huic tum Cornario fuit, omnia interpretandi, ita ut sive verba Graeca intelligi possint, sive non possint, sive lacunae adsint, adeo ut vel integra subinde sententiae apodosis deficiat, sive non adsint, tamen Latina quaedam adponant, in reprehensionem profecto iustissimam incurrit.

Praeterea vero aliud quid in Foësio nostrorum temporum homines offendere debet, quod minus viri ipsius culpae tribuendum, quam temporis, quo vixit. Nempe illius aetate in medicorum scholis Galeni auctoritas plurimum valebat, unde factum est ut Pergameno non raro iusto maiorem adhiberet fidem, eumque vel istis locis presse sequeretur, ubi ultro fugiendus est, quippe qui ne ipse quidem senem Coum intellexit. Quod quomodo Galeno accidere potuerit facile intelligimus, cum reputamus hunc saepe negligenter Hippocratem legisse, tum vero ubi ad utriusque mentis

diversitatem et longum, quo a se invicem distant, temporis intervallum attendimus.

Et Galeni quidem mens, (nam hoc in primis tenendum censeo,) ab Hippocratis ingenio magnopere differebat: fuit illa ad scholarum rationem et viam omnis composita; Hippocrates nativa illa valebat ingenii humani dote, qua hoc sponte ad egregia quaevis fertur et verissima quaeque invenit et omnia haec pulchre exornat, nec tamen suarum sibi virium et facultatum conscium esse videtur. Est nobis medicis senex Cous, vere ille divinus, in arte nostra adinstar Homeri et Aeschyli et Herodoti, cuiusque in suo praestantiae genere. Hanc autem ingenii simplicitatem non semper intellexit Galenus; sed nescio quam saepe suae ipsius doctrinae et modum et formam ab Hippocrate requirit, adeo ut interdum vel iis locis eum reprehendat, ubi maxime laude digna virtus adparet. Hinc fit ut Foësius, ad quem iam redeo, ipse a Galeno in errorem duci se patiatur; cui quidem rei cavere ne nostro quidem tempore res facilis esse videtur.

At Foësio idem quoque accidit, quod post illum item aliis: scilicet in iis, in quibus Galenus maxima fide dignus est, saepe huius subsidia non adhibet: nam hic in commentariis passim varietatem lectio-

nis describit e suae aetatis librorum Hippocrateorum apographis, quae profecto nostris codicibus vetustate multo superiora saepius unice veram locorum lectionem praebent. Foësius vero ut plurimum diversas illas scripturas colligit, sed idem vix eas adhibet ad textum persanandum, quod quare non fecerit equidem non satis perspicio.

Tandem Foësius inter libros vere Hippocraticos et supposititios non satis acute distinxit, quod tum in totam editionem, tum in ipsam Oeconomiam Hippocraticam, quam vocavit, condendam redundat, ita ut silentio id transire omnino non liceat.

Sed videamus paucis de sequentibus editionibus.

De editione quinta, Lindeniana nemo aequius iudidicavit quam Corayus. Hic quidem Lindenium saepius verum vidisse dixit et dolendum esse adnotationes illius numquam in publicum prodiisse, quo factum esse, ut perdifficile sit de multis locis rectum ferre iudicium. Ante illum plurimi Lindenium reprehenderunt, quasi omnia hic licere sibi putasset et textum temere sine causa ulla idonea mutasset; quomodo fere de illo pronunciant Patinus apud Fabricium et Freindius et Trillerus. Kühnius autem in praefatione ad editionem suam: » equidem, inquit, valde metuo ne Lindenio ulli omnino ad manus fuerint codices manuscripti, e

quibus suas emendationes depromsit. Nam quamvis magna variantium lectionum e codicibus Anglicanis, Mediceis, Parisinis, Vaticanis, Vindobonensibus, aliisque collectarum copia a me cum illis locis, in quibus Lindeniana editio a reliquis maximopere recedit, collata fuerit, tamen pauca tantum inveni exempla, quae has differentias e codicibus fluxisse probent." — Ego, ut dicam quod sentio, Lindenii causa velim verum esse quod Kühnius affirmat, nullos omnino libros scriptos eius emendationum fuisse fontes. Quodsi enim teste Corayo saepe verum viderit, maiori etiam laude dignus erit, qui sine subsidiis suopte ingenio repererit, quod alii editores vix codicibus adiuti in textum inferre aut ausi sunt, aut potuerunt. Quid enim? ubi rerum testimonia adsunt, non opus est verbis. In ipso hoc libro meo, quem nunc ad te mitto, quid mihi acciderit audi. Fuit mihi in emendationibus in Soranum citandus locus amplior e libro περὶ γυναικείης φύσιος, quem cum ex editione Foësii desumere volebam, in ea ita descriptum esse vidi ut intelligere nemo possit, itaque Lindenianum volumen adii, unde verba exhibui probabilem sensum referentia, adeo ut quivis locum facile intelligat. Nolo tamen reticere me re vera in Lindenii textu Hippocratico mutationes vidisse, quae probari neutiquam possint, tales etiam

quae ex inopia scientiae grammatices (scilicet haec nox nos medicos omnes premit) profluxerint; sed simul affirmare audeo in textu reficiendo Lindenium plus operae posuisse quam Foësium, eiusque editionem multa laude digna habere.

Perpaucis absolvam quae de tribus editionibus sequentibus tibi dicenda habeo, de Chartieriana, Mackiana, et Kühniana.

Primam harum omnes merito queruntur negligenter esse curatam, vix quidquam explorasse editorem, adiectas esse paucas varias lectiones, easque non ita magni pretii, adeoque studio Hippocratis perparum eam profuisse. Mackius codices scriptos Cornarii et Sambuci, profecto non contemnendos, adhibuit, sed nemo non rectum harum rerum usum in illo desideravit: quid quod in hac editione notulas e Foësio desumtas vidi, unde certo constat Mackium ne hunc quidem, quem sequitur, in rebus facillimis intelligere. Hic profecto in Graecis prorsus coecutire dicendus est! Kühnii editio, editionis nomine vix digna est, quum nihil sit nisi repetitio textus et interpretationis Latinae Foësii. Nec vero aliud quid dare voluit Kühnius, ita ut non intelligam, quid sibi velint Schoellii in historia Literarum Graecarum laudes illae, quibus haec editio novissima et optima critica praedicatur. Equidem, ut quod sentio tibi

dicam, miratus sum Kühnium editionem Foësianam ita divulsisse, ut quod in ea sit optimum reliquerit, contra vero repetierit quod sine praestantiori illo, oeconomiam volo et adnotationes, haud ita magni sit pretii.

Itaque pervenio ad nuperrimam editionem eamque nondum absolutam, quae cura Littréi, viri eruditissimi, Parisiis prodire coepit, quam, licet iam alio loco aliquid de ea dixerim, silentio nunc, cum his de rebus exponere aggressus sum, transire profecto nefas sit. Est quidem, si quid video, haec editio tanti momenti ad promovendum studium Hippocratis, ut nihil ego magis exoptem quam ut absolvatur. Copia variarum lectionum ex optimis Bibliothecae Regiae codicibus desumtarum ditissima est et verum κειμήλιον Hippocratem intelligere cupientibus. In textu constituendo et in iudicio de variis libris Hippocrati adscribendis vel abiudicandis nonnulla me desiderare aliquando tibi dicere me memini, nec nunc hac de re sententiam mutavi: quod tamen non impedit, quominus vere mihi videar affirmare Littréum optime meritum esse de Hippocrate, gravesque virum labores exantlasse in conferendo insigni codicum numero, quorum varietatem scripturae ut nobiscum communicare pergat, a Diis ego supplex oro.

Non decedo de editionibus et editoribus, mi Cobeti! priusquam de tribus singulorum librorum vere Hippocrateorum recensionibus verbulo monuero. Sunt illi libri: de capitis vulneribus tractatus a Iosepho Scaligero emendatus, Epidemiorum libri primus et tertius a Freindio editi, et liber de Aëre, aquis et locis, cuius textum refecit Corayus. Plures omnino habentur singulorum librorum editiones, sed eae, quas enumeravi, prae ceteris me adverterunt.

Et de primo illo non ipse loquar, sed audies narrantem Vertunnianum, medicum et in Scaligero praeclaram illam artem tuam criticam, Cobeti! admirantem. Fuerunt hi aliquamdiu una in nobili Rupiposaeorum domo; Vertunnianus autem Scaligero duce et alios et Hippocratem legere coeperat: » cuius, inquit, cum excercitationis tantum gratia, libellum de vulneribus capitis, qui primus forte occurrerat et brevitate ac utilitate sua, mihi maxime probatur, Latinum facere instituissem, ecce in ipso statim libri limine ad tot scopulos offendi, ut de naufragio mihi fuerit periclitandum, nisi nauclerus ille noster Ios. Scaliger me ab imminenti periculo eripuisset. Ille igitur, animi gratia et aliud agens (id enim certo affirmare possum qui viderim) libellum istum cursim legere primum coepit, in quo çum e vestigio tot glossematis a stylo

Hippocratis omnino abhorrentibus ipsius lectionem interpolatam animadvertisset, notassetque in meo libro, hoc primo conatu audentior audentiorque factus libellum denuo, sed attentius relegere operae pretium duxit. In quo tantula seges, tantam mendorum messem tulit, paucis ut horis, hoc est tribus ad summum, quantum nunc exstat explicarit mihique dictaverit." Lepida medici narratio mihi semper admodum placuit; est autem nobis medicis hodie etiam perutilis, modo ex illa discere velimus ante omnia opus esse ut verba Graeca commode legi possint. Utinam plures eiusmodi subsecivarum horarum fructus e similium virorum doctrinae et ingenii abundantia in medicos nostros Graecos redundarent! Quippe quanti illi faciendi sint et liber a Scaligero emendatus docet, docent itidem rarae Hemsterhusii, Valckenaerii, aliorum correctiones!

Altera, cuius mentionem feci, editio medico debetur Freindio, elegantis omnino doctrinae viro et in veterum de arte sua auctorum lectione plurimum versato. Is id tantum sibi proposuit, ut e ceteris editionibus, quod optimum sibi videretur, excerperet. Codicem adhibuit Baroccianum, cuius lectionibus tamen ad textum perpurgandum non usus est, licet eas ad calcem opusculi descripserit. Paucas emendationes, (neque enim libri

isti tam foede quam alii plurimi corrupti sunt,) inter quas tales animadverti, quae certae esse videantur, in textum inferre noluit.

Tertius ille libellus, quem Corayus edidit, ita omnino sese habebat, ut legi non posset. Hic autem ut intelligi possit effecit. Forte nimiam in dialecto restituenda operam posuit: sed hac de re alii aliter sentiunt et sentire alio modo pergent, puto. Ceterum perpauci loci sunt, ubi verum non repererit, et in textum intulerit senex, perhumaniter sententiam suam proponens et modeste de opere suo existimans. Facile patet hanc editionem deberi viro, qui in literarum studiis magnam vitae partem consumserit.

Ecce! mi Cobeti! ex iis, quae huc usque ad te scripsi, videre poteris quam longe absimus a recensione textus Graeci librorum Hippocraticorum, cui fidem adhibere possimus. Nec sane mirum videri hoc potest reputanti quam pauci sint, qui huic labori ferendo sint pares, et quam paucis ex illorum numero, qui facere potuissent, concessum fuerit debitum eiusmodi operi tempus impendere: nam huc usque praeter Foësium alium inveni neminem, et ne Foësius quidem ipse satis critica facultate valebat! Vides, quam inculta iaceat prisci aevi medicinae historia: nam quemadmodum se habet Hippocrates, eodem fere modo se habet opti-

mus quisque de arte medica scriptor Graecus. Aretaeus quam male habitus sit a librariis et quam parum diligenter ab editoribus et exploratus sit et intellectus et emendatus, ipse vidisti, cum aliquo abhinc tempore de locis permultis admodum corruptis quid sentiremus alter alteri significavimus. Est autem hic magis quam alii plurimi librariorum σφάλμασι contaminatus; attamen medicum Graecum, cuius textus recte descriptus sit, equidem huc usque cognovi fere neminem et fortasse opera plurima posita est in illis, qui minus quam reliqui eiusmodi labore sint digni. Paucorum tantum fragmenta nostris temporibus collecta sunt, nondum omnia, quoad fieri possit, uti decet, et collecta et explorata et perpurgata. Quid autem historia medicinae Graecae sine laudabili eorum auctorum, quorum opera supersunt, editione et reliquiarum doctrinae illorum, quorum scripta interierunt?

Sed vel maxime etiam hac in re laboramus varia opinionum virorum doctorum fluctuatione de librorum Hippocrati adscriptorum auctoritate. In his libris fontem habemus historiae originis artis medicae apud Graecos. Sunt autem varia opuscula, vario tempore scripta, varii argumenti, varias doctrinas medicas referentia, vario orationis genere expressa, de quibus certis auctoribus tribuendis vel abiudicandis omnes

dissentiunt. At qui fieri possit, ut non dissentiant? Perpauci sunt, qui de eiusmodi rebus iudicium ferre valeant; plerique vero illorum, qui tulerunt, rem non satis diligenter explorarant. Quomodo, quaeso, non errabit, qui censuram librorum Hippocrateorum scribens, eos tam parum accurate perlegerit, ut locum a Coel. Aureliano laudatum e deperdito libro desumtum esse dicat, cum nihilominus in hoc ipso, quem edo, legitur? Quae fides adhibenda iudicio illius, qui inter notas, quibus libros germanos a spuriis distinguas, orationis diversitatem locum non obtinere dicat, at mox Hippocratis sermonem gravitati Thucydideae similem habeat et tamen hunc, quem ad te mitto, libellum ipsi medico Coo tribuat, alioque rursum loco illi adscribat librum, in quo sophistarum et ratio et oratio ita elucet, ut, cum Leidae codicem Vossianum una inspiceremus et ego tibi librum monstrarem, id unum addens: » hunc quoque aliquis Hippocratis esse dixit," paucis tu versibus perlectis responderis: » ohe! quam haec Sophistica!" Ipsius quoque Linckii vox perhibentis hos libros sex auctoribus diversis deberi, inter quos quem velis seligere liceat et Hippocratis nomine nuncupare, mihi parum considerate loquentis esse videtur. Linckium redarguit Petersenius, possimque ego hunc erroris convincere. Quid

enim? Ad hoc critices munus profecto requiritur medicus, qui medici Graeci virtutem in ipsa, quam professus est, arte aestimet: sit idem oportet Graece perdoctus et historiae philosophiae antiquae peritus. Iste autem quando et ubinam invenietur? Tum vero is magnam vitae partem in Hippocratis lectione consumere debet, quo facto demum boni quid a tali viro exspectare licet. Nec tamen desperandum, modo sensim sensimque ad id, quod verum sit, propius accedamus.

Iam vero minus vereor ne tibi, mi Cobeti! quam ne aliis, qui hanc ad te epistolam forte legent, nimis παῤῥησιάζεσθαι videar. Quod si fecerim, nunc profecto non amplius faciam, cum de meo hoc opusculo certe aliquid tibi dicendum est: nempe hoc respiciens, quae plurima in aliis requiro, eadem mihi ipse maximam partem deësse sentio. Neque vero alia de causa haec, quo loco et alii legere possint, ad te scripsi, quam quia mihi vera esse videntur et ne aliis quidem lectu prorsus inutilia. Nimirum, quod supra dixi, me de iis, quae in auctore quem diligo acta sint, expositurum esse, ut quid hodie agendum sit pateret, id, quoad hoc scribendi genere et mea scilicet facultate licuit, iam consecutus esse mihi videor. Constat, puto, ne omnem quidem, quae congeri possit, materiem esse

collectam, plurima parum esse explorata, vix quidquam debito modo definitum: unamque nobis medicis, qua et Hippocratem et omnem veteris artis historiam recte investigemus, ducem esse grammaticen; qua lucem praeferente demum fieri posse, ut eam medicinae Graecae imaginem mentibus informemus, quae veram eius formam expresse referat.

Ego igitur, (ut quid ad te mittam tandem dicam,) iam edendum mihi sumsi libellum e scriptis Hippocraticis, duabus partibus, quod nemo non videre potest, distinctum. Pars prior omnino suavi illa oratione prisca Ionica expressa est, eamque omnes ab antiquissimo inde tempore ad Hippocratem, quem vocant, magnum, Heraclidis filium, auctorem retulerunt. Medicus ego in huius partis auctore praestantissimum medicum agnosco, talia de arte tradentem, quae nunc etiam vera sint et scitu perutilia: eodemque modo alii plurimi dudum ante me de illo iudicarunt. Est introductio in opus, cuius reliquae partes interierunt, (quippe hoc longe verosimilius esse iudico, quam numquam eas fuisse conscriptas,) universalia quaedam de victus ratione in morbis acutis instituenda exhibens et in qua de iis, quae in singulis horum morborum formis facienda sint, postea se praecepturum esse pollicetur. Huius partis, verosi-

militer maioris, iactura maxime deploranda est nobis medicis: nam exinde multo pleniorem notionem haurire nobis licuisset Hippocratis curandi viae, vidissemusque, ut ita dicam, ipsum divinum senem morbis medentem, quo munere quam prudenter et sollerter functus sit, ex iis, quae nobis relicta sunt in hac parte superstite, rerum peritis facile patet. Sunt vero illa, de quibus se expositurum esse dixit, e gravissimis in arte medica momentis, in quibus nunc etiam nostris temporibus maxime medici virtus elucet. Sed haec minus ad te pertinent: id autem unum significare volui, me Hippocratem non magni facere quia antiquo tempore vixit, et quia alio, quam quo nos loquimur, sermone usus est, sed quia viri ingenii praestantiam veneror, quae tum in eius oratione, tum in rebus, quas tradit, apparet. Ceterum antiquissimo iam tempore in hac parte etiam loci nonnulli de pristina sua sede depulsi fuerunt, e qua ordinis perturbatione mira exstitit Galeni sententia in commentario prodita, quam tibi describo: *πολλάκις*, inquit, *ἐνενόησα τοῦτο τὸ βιβλίον ἐν τύποις εὑρεθὲν ἐκδεδόσθαι μετὰ τὸν Ἱπποκράτους θάνατον· ἡ γὰρ ἀταξία τῶν λόγων οὐκ ἄλλως ἔοικεν ἢ οὕτως γεγονέναι, προςγραφομένων μὲν ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους ἐν τῷ βιβλίῳ τῶν εὑρισκομένων αὐτῷ παραδειγμάτων εἰς τὴν τοῦ καθόλου πίστιν, ἐνίων μὲν ἐπὶ τοῦ μετώ-*

που, ἐνίων δὲ κατὰ τοῦ νώτου, μὴ δυνηθέντος δὲ τοῦ ἐγγραφομένου τὴν οἰκείαν ἑκάστῳ τάξιν ἀποδοῦναι. Mira sane explicatio negligentiae eorum, qui librum descripserunt; quasi vero opus ea, qua haec eius pars expressa est, facili oratione conscriptum, quemadmodum Galenus velit, sensim sensimque consarcinatum fuerit, ita ut labor tam molestus profecto fastidium peperisset; vel quasi non omnia, quae divinus senex expromsit, exempla viro in medendi arte plurimum versato sponte sese obferre debuerint.

Pars posterior huius libelli minime est elegans et licet eius auctor plurimas formas Ionicas usurpet, ipse tamen orationis color et habitus non est Ionicus. Ingenii quidem praestantia qui haec additamenta spuria scripsit ab Hippocrate ita recedit, ut magis dissimiles viros tibi fingere vix possis. Secutus est ille magnam partem Platonis in Timaeo placita, cuius vel ipsa verba in usum suum convertit, adeo ut, licet quis fuerit nesciamus, certe constet auctorem post philosophi dialogum illum scriptis traditum haec literis mandasse. Fieri posse credo, ut horum additamentorum postrema non ab eodem, quo superiora, homine ceteris subiuncta sint, sed sensim sensimque a pluribus uno fortasse ad reliquorum calcem adsuta in proprium forte ipsorum, qui adiecerint, usum: nec tamen certi

quidquam hac de re affirmare licet. Etiam de hac parte a Galeno dissentio, ubi hic: *τὰ δὲ προςκείμενα*, inquit, *τούτῳ τῷ βιβλίῳ μετὰ τὸ λουτρὸν, εἰ μὲν ὡς ἐν τύπῳ τις ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένα ταῦτα, παρασκευάσαντος εἰς ἀνάμνησιν ἑαυτῷ, εὑρὼν ἐπὶ τῆς οἰκίας ἐξέδωκε μετὰ τὸν θάνατον τοῦ ἀνδρὸς, ἴσως ἄν τινα λόγον ἔχοι· ὡς σύγγραμμα δ' οὐκ ἔστιν ἄξιον τῆς Ἱπποκράτους δυνάμεως*. Quemadmodum enim certo mihi persuasum habeo partem priorem a nemine, nisi ab ipso Hippocrate, nobis relictam esse, ita certo mihi constat posteriorem huic minime acceptam referri debere, sive eam *ὡς ἐν τύπῳ γεγραμμένην* dicamus, sive qualicumque modo orationis diversitatem explicare lubeat: neque enim in sola dictione, sed in ipsis etiam placitis repugnantiam inter haec additamenta et doctrinam vere Hippocraticam animadvertimus: sunt autem, uti dixi, plurima Platonica, alia e priori parte huc translata; iam vero quomodo, quaeso, etiamsi illud temporum rationi non repugnaret, hoc a summi ingenii viro exspectare licet?

Itaque quid ad te mittam fere dixi: verbulum addo de modo, quo in hoc libello edendo sim versatus.

Contuli editiones superiores omnes et adhibui codicem Vossianum Bibl. L. B., quo inter alia plura Hippocratis scripta hoc etiam *περὶ διαίτης ὀξέων* contine-

tur, sed qui admodum recens unico tantum loco conjecturam confirmavit, qua ἦν in ἂν mutaveram, cum cetera varietas boni nihil habere mihi visa est, quod non ex aliis MSS. dudum sit expromptum: ad calcem huius opusculi Iacobus Musurus, qui exaravit, nomen suum adiecit. Geelius, vir clarissimus, hunc librum scriptum liberaliter, ut solet, mihi in usum meum concessit. Varr. lectt. in Editionibus ceteris descriptas repetere nolui, paucas textui subieci e Cod. L. B. desumtas, quae in ceteris MSS. non habentur, vel in paucissimis tantum: de modo, quo reliquis usus sim, in adnotatione, ubi facto opus videbatur, monui. Quae ad textum reficiendum adhibui subsidia non suffecerunt ad ea vitia tollenda, quae iam ante Galeni tempora hunc libellum contaminarunt et maxime me moverunt ut edendum mihi sumerem, itaque a coniecturis non semper abstinui sed sedulo omnium mutationum rationes in notis exposui, ita ut unicuique quid voluerim et utrum recte an secus ita voluerim et videre et diiudicare liceat. Neque me continui, quin in adnotatione alios etiam libros Hippocraticos subinde tentarem et locos paucos ex aliorum scriptis, qui forte mihi obviam venerunt et vitio laborare videbantur. Hippocratis maxime causa de dialecto hic illic monui, in qua restituenda ita egi, ut quidquid Ionici in codicum lectionibus animadver-

terem, reciperem, de meo vix aliquid mutarem. Res ipsas ibi attigi, ubi explicatione et diligentiori exploratione indigere videbantur. Emendationes in Soranum quam brevissimis potui verbis descripsi. In his nunc demum video p. 316. vs. 3. πρὸ ἁπάντων descriptum esse, ubi πρὸς ἁπάντων volueram.

Tu, mi Cobeti! Hippocratis fragmentum iam lege et ea, quae priscus ille vir de artificibus medicis et medicae artis apud vulgum existimatione dicit, quaeque ad ceteras quoque artes facile transferuntur, ad eximiam artem tuam criticam transfer. Quod si feceris, leniter, opinor, subridebis; fortasse etiam subridebis, si me cogites, qui ipse illotis, quod aiunt, manibus eam tetigerim! Sed hoc utut est, mihi quidem dulce fuit ad te scribere absentem, quasi tecum praesens colloquerer. Deus optimus maximus tibi et vitam conservet et sanitatem et salvum te aliquando ad nos reducat! Vale, optime Cobeti! et me ama!

Scribebam Medioburgi, die 1 mensis Aprilis CIƆIƆCCCXLI.

ἹΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΠΕΡΙ

ΔΙΑΙΤΗΣ ΟΞΕΩΝ.

α΄. Οἱ ξυγγράψαντες τὰς Κνιδίας καλεομένας γνώμας ὁκοῖα μὲν πάσχουσι οἱ κάμνοντες ἐν ἑκάστοισι τῶν νουσημάτων ὀρθῶς ἔγραψαν, καὶ ὁκοίως ἔνια ἀπέβαινε αὐτέων· καὶ ἄχρι μὲν τουτέου καὶ μὴ ἰητρὸς δύναιτό τις ἂν ὀρθῶς ξυγγράψαι, εἰ εὖ παρὰ τῶν καμνόντων ἕκαστον πύθοιτο ὁκοῖα πάσχουσι· ὁκόσα δὲ προκαταμαθεῖν χρὴ τὸν ἰητρὸν, μὴ λέγοντος τοῦ κάμνοντος, τουτέων τὰ πουλλὰ παρεῖται,[1] ἄλλα ἐν ἄλλοισι καὶ ἐπίκαιρα ἔνια ἐόντα ἐς τέκμαρσιν.

Varr. lectt. e cod. Vossiano: — 1) ἄλλοις ἐν ἄλλοισι.

HIPPOCRATIS

LIBER

DE VICTUS RATIONE IN MORBIS ACUTIS.

I. Qui sententias, quas vocant, Cnidias conscripserunt, ii quae quidem aegrotantes patiantur in morbis singulis et quem exitum morbi nonnulli habere soleant, recte scripserunt; quatenus quidem etiamsi quis medicus non sit recte exposuerit, modo rite ex aegrotantibus singula et cuncta, quae patiantur, audiverit. Magnam vero partem eorum, quae medicum praenovisse oportet, non monente de illis aegro, praetermiserunt, alia alio loco et nonnulla ad signorum intelligentiam adprime necessaria.

β'. Ὁκόταν δὲ ἐς τέκμαρσιν λέγηται ὡς χρὴ ἕκαστα ἰητρεύειν, ἐν τουτέοισι πολλὰ ἑτεροίως γιγνώσκω, ἢ ὡς κεῖνοι ἐπεξήεσαν· καὶ οὐ μόνον διὰ τοῦτο οὐκ ἐπαινέω, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ ὀλίγοισι τὸν ἀριθμὸν τοῖσι ἀκέεσι ἐχρέοντο· τὰ γὰρ πλεῖστα αὐτέοισι εἰρέαται, πλὴν τῶν ὀξέων νούσων, — *φάρμακα ἐλατήρια διδόναι καὶ ὀῤῥὸν καὶ γάλα τὴν ὥρην πιπίσκειν.*

γ'. Εἰ μὲν οὖν ταῦτα ἀγαθὰ ἦν καὶ [1] ἁρμόζοντα τοῖσι νουσήμασι, ἐφ᾽ οἷσι παρήνεον διδόναι, [2] πολὺ ἂν ἀξιώτερα ἐπαίνου ἦν, ὅτι ὀλίγα ἐόντα αὐτάρκεα ἐστί· νῦν δὲ οὐκ οὕτως ἔχει. οἱ μέντοι ὕστερον ἐπιδιασκευάσαντες ἰητρικώτερον δή τι ἐπῆλθον περὶ τῶν προσοιστέων ἑκάστοισι. ἀτὰρ οὐδὲ περὶ διαίτης οἱ ἀρχαῖοι ξυνέγραψαν [3] οὐδὲν ἄξιον λόγου, καίτοι μέγα τοῦτο

1) ἁρμόσσοντο. 2) ἔτι ἀναξιώτερα ἐπαίνου ἂν ἦν. 3) οὐδὲ ἀ.

II. Quum vero quod attinet ad coniecturam e signis capiendam dicatur, quó modo singula curare oporteat, in his longe aliter sentio, quam quo modo illi de his disseruerunt: nec vero modo propterea eos non laudo, sed etiam quia paucis numero medicaminibus uti solent. Maximam enim partem, praeterquam in morbis acutis *exhibere*, inquiunt, *oportet medicamenta deorsum purgantia*, et *serum et lac, dum per anni tempestatem licet, propinandum*.

III. Quodsi ergo haec bona essent et accommodata ad morbos, in quibus danda esse praeceperunt, potius laude etiam digna essent, quod pauca licet numero sufficerent tamen: iam vero res secus se habet. Qui tamen postea libros istos recognoverunt apposite magis ad medendi artem egerunt de iis, quae in singulis morbis adhibenda sint. Sed neque de victus ratione veteres quidquam, quod operae pretium sit, litteris mandaverunt; at hec, etiamsi res sit

παρῆκαν. τὰς μέντοι πολυτροπίας τὰς ἐν ἑκάστῃσι τῶν νούσων καὶ τὴν πολυσχιδίην αὐτέων οὐκ ἠγνόευν ἔνιοι· τοὺς δὲ ἀριθμοὺς ἑκάστου τῶν νουσημάτων σάφα φράζειν ἐθέλοντες, οὐκ ὀρθῶς ἔγραψαν· μὴ γὰρ οὐκ εὐαρίθμητον εἴη, εἰ τουτέῳ τις σημανεῖται τὴν τῶν καμνόντων νοῦσον, τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διαφέρειν τι, μὴ τὠυτὸ δὲ νούσημα δοκέειν εἶναι, ἢν μὴ τὠυτὸ οὔνομα ἔχῃ.

δʹ. Ἐμοὶ δὲ ἀνδάνει μὲν ἐν πάσῃ τῇ τέχνῃ προςέχειν τὸν νόον. καὶ γὰρ ὁκόσα ἔργα καλῶς δὴ ἥκει καὶ ὀρθῶς, καλῶς ἕκαστα χρὴ ποιέειν καὶ ὀρθῶς, καὶ ὁκόσα ταχέως ἔργα, ταχέως, καὶ ὁκόσα καθαρίως, καθαρίως, καὶ ὁκόσα ἀνωδύνως διαχειρίζεται, ὡς ἀνωδυνώτατα ποιέειν· καὶ τἄλλα πάντα τὰ τοιουτότροπα διαφερόντως τῶν πέλας ἐπὶ τὸ βέλτιον ποιέειν χρή.

εʹ. Μάλιστα δὲ ἂν ἐπαινέσαιμι ἰητρὸν, [1] ὅςτις ἐν

1) ὅςτις ἂν ἐν.

---

gravissima, neglexerunt. Varias tamen morborum singulorum formas multiplicemque illorum divisionem non nesciverunt nonnulli. Sed numerum specierum uniuscuiusque morbi ad amussim exponere cupientes non recte scripserunt. Neque enim recte quis numeraverit, si aegrotantium morbum aestimaverit ex eo, quod alius ab alio quodammodo sit diversus, neque idem huic, quod alteri, nomen sit inditum.

IV. Mihi vero placet ut ad universam artem animum attendamus: etenim quae pulcre habent opera et recte, ea singula pulcre quoque et recte facere oportet, et quae celeriter facere licet, celeriter, et quae munde, munde, et quae sine dolore tractari solent, sine dolore, quam maxime fieri possit, tractanda sunt; omniaque id genus alia diversa, eaque meliori ratione, quam alii, facere oportet.

V. In primis autem eum probaverim medicum, qui

τοῖσι ὀξέσι νουσήμασι, ἃ τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων κτείνει, ἐν τουτέοισι διαφέρων τι τῶν ἄλλων εἴη ἐπὶ τὸ βέλτιον. ἔστι δὲ ταῦτα ὀξέα, ὁκοῖα ὠνόμασαν οἱ ἀρχαῖοι πλευρῖτιν, καὶ περιπνευμονίην, καὶ φρενῖτιν, καὶ λήθαργον, καὶ καῦσον, καὶ τὰ ἄλλα νουσήματα, ὁκόσα τουτέων ἐχόμενά ἐστι, ὧν οἱ πυρετοὶ τὸ ἐπίπαν ξυνεχέες ἐόντες κτείνουσι. ὁκόταν γὰρ μὴ λοιμώδεος νούσου τρόπος τις κοινὸς ἐπιδημήσῃ, ἀλλὰ σποράδες ἔωσι αἱ νοῦσοι καὶ μὴ παραπλήσιοι, ὑπὸ τουτέων τῶν νουσημάτων ἀποθνήσκουσι μᾶλλον ἢ ὑπὸ τῶν ἄλλων τῶν ξυμπάντων.

ς'. Οἱ μὲν οὖν ἰδιῶται οὐ κάρτα γιγνώσκουσι τοὺς ἐς ταῦτα διαφέροντας τῶν πέλας, ἑτεροίων τε μᾶλλον ἐπαινέται ἰημάτων καὶ ψέκται εἰσί. ἐπεί τοι μέγα σημεῖον τόδε, ὅτι οἱ δημόται ἀξυνετώτατοι αὐτοὶ ἑωυτῶν περὶ τουτέων τῶν νουσημάτων εἰσὶ, ὡς μελετητέα εἶναι· οἱ γὰρ μὴ ἰητροὶ ἰητροὶ δοκέουσι εἶναι μάλιστα διὰ ταύτας

---

in morbis acutis, quibus maxima pars hominum aufertur, praestantiorem prae ceteris artificem se praebuerit. Sunt vero illi acuti, quos veteres vocarunt pleuritin et peripneumoniam, et phrenitin, et lethargum, et febrim ardentem, aliique morbi his similes, quorum febres fere continuae aegrotantes conficiunt. Nisi enim communis quaedam forma morbi pestilentis grassetur, sed morbi dispersi sint, nec sibi inter se similes, horum morborum vi plures intereunt, quam ceteris cunctis.

VI. Vulgus igitur haud magnopere eos discernit, qui in hisce aliis antecellunt, et alius potius generis curationum laudatores sunt et reprehensores. Nam profecto magnum indicium vulgus in his morbis plane coecutire, ita ut eorum scientia non, nisi studio, comparari possit, hoc est, quod qui medici non sunt, propter ipsos hos morbos medici esse videntur.

τὰς νούσους· ῥηΐδιον γὰρ τὰ ὀνόματα ἐκμαθεῖν, ὁκοῖα νενόμισται προςφέρεσθαι πρὸς τοὺς τὰ τοιαῦτα κάμνοντας. ἢν γὰρ ὀνομάσῃ τις πτισάνης τε χυλὸν καὶ οἶνον τοῖον ἢ τοῖον, καὶ μελίκρητον, ἅπαντα τοῖσι δημότῃσι δοκέουσι οἱ ἰητροὶ ταὐτὰ λέγειν, οἵ τε βελτίους καὶ οἱ χείρους. τὰ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει· ἀλλ' ἐν τουτέοισι δὴ καὶ πάνυ μέγα διαφέρουσι ἕτεροι ἑτέρων.

ζ'. Δοκέει δέ μοι ἄξια γραφῆς εἶναι ταῦτα μάλιστα, ὁκόσα τε ἀκαταμάθητά ἐστι τοῖσι ἰητροῖσι, ἐπίκαιρα γ' ἐόντα εἰδέναι, καὶ [1] ὁκόσα μεγάλας ὠφελείας φέρει, ἢ μεγάλας βλάβας· ἀκαταμάθητα μὲν οὖν καὶ τάδε ἐστί· διὰ τί ἄρα ἐν τῇσι ὀξείῃσι νούσοισι οἱ μὲν τῶν ἰητρῶν ἅπαντα τὸν αἰῶνα διατελέουσι πτισάνας διδόντες ἀδιηθήτους, καὶ νομίζουσι ὀρθῶς ἰητρεύειν, οἱ δέ τινες περὶ παντὸς ποιέονται, ὅκως κριθὴν μηδεμίην καταπίῃ ὁ κάμνων· μεγάλην γὰρ βλάβην ἡγεῦνται εἶναι·

1) ὅσα.

Facili enim opera nomina quis didicerit eorum, quae certo quodam morbo laborantibus propinari solent. Si quis enim ptisanae cremorem nominaverit, et vinum hoc illudve, et mulsam, in his omnibus vulgo medici eadem dicere videntur tum praestantiores, tum imperitiores. Nec tamen ita se res habet: sed in ipsis hisce admodum profecto alii ab aliis sunt diversi.

VII. Videntur autem in primis mihi digna, quae scriptis tradantur, omnia, quaecumque medicis incognita sunt scitu licet pernecessaria, et quaecumque magna commoda pariunt aut noxas. Inter alia plura igitur haec etiam ignorantur: quare in morbis acutis alii medici omne tempus perseverent in danda ptisana non colata, et recte se curare existiment, alii vero id in primis agant, ut ne vel ullum hordei granum devoret aeger, magnam quippe noxam edere putantes, sed per linteum

ἀλλὰ δι᾽ὀθονίου [1] διηθέοντες τὸν χυλὸν διδόασι· οἱ δ᾽αὖ τινες αὐτέων οὔτ᾽ ἂν πτισάνην παχείην δοῖεν, οὔτε χυλόν· οἱ μὲν μέχρις ἂν ἑβδομαῖος γένηται ὁ κάμνων, οἱ δὲ καὶ διὰ τέλεος [2] ἄχρις ἂν κριθῇ ἡ νοῦσος.

η΄. Μάλα μὲν οὖν οὐδὲ προβάλλεσθαι τὰ τοιαῦτα ζητήματα εἴθισται τοῖσι ἰητροῖσι· ἴσως δὲ οὐδὲ προβαλλόμενα εὑρίσκεται· καίτοι διαβολήν γε ἔχει ὅλη ἡ τέχνη πρὸς τῶν δημοτέων μεγάλην, ὡς μηδὲ δοκέειν ὅλως ἰητρικὴν εἶναι· ὥςτ᾽ ἔν γε τοῖσι ὀξέσι τῶν νουσημάτων τοσόνδε διοίσουσι ἀλλήλων οἱ χειρωνάκται, ὥςτε ἃ ὁ ἕτερος προςφέρει, ἡγεύμενος ἄριστα εἶναι, ταῦτα νομίζειν ἤδη τὸν ἕτερον κακὰ εἶναι· καὶ σχεδὸν ἂν κατά γε [3] τὸ τοιόνδε τὴν τέχνην φαῖεν ὡμοιῶσθαι μαντικῇ, ὅτι οἱ μάντιες τὸν αὐτὸν ὄρνιθα, εἰ μὲν ἀρίστερος εἴη, ἀγαθὸν νομίζουσι εἶναι, εἰ δὲ δεξιός, κακόν· ἔνιοι δὲ

1) διηθέντες. 2) μέχρις ἄν. 3) τὸν τοιόνδε λόγον.

---

colantes cremorem exhibeant. Alii contra neque ptisanam crassam, neque cremorem exhibebunt, alii donec septimum morbi diem attigerit aeger, alii ad finem usque, donec morbus iudicio absolutus sit.

VIII. Res igitur minime solita medicis accidit, ut eiusmodi quaestiones illis proponantur, forte autem, etiamsi proponantur, non solvuntur tamen: quamquam magnam calumniam apud vulgus tota ars ideo sustinet, adeo ut nullam omnino medicinam esse existiment. Quippe in morbis acutis tantopere inter se artifices different, ut quae alter optima esse ratus administret, ea alter nocere putet. Quin imo ad hanc normam res censentes medicinam fere divinationi similem esse dixerint, quandoquidem augures eandem avem si a sinistra manu conspiciatur, bonam esse autumant, sin contra a dextra,

τῶν μάντεων τἀναντία τουτέων· καὶ ἐν ἱεροσκοπίῃ τὰ τοιάδε εὕροι τις ἂν [1] ἄλλα ἐπ' ἄλλοισι.

θ'. Φημὶ δὴ πάγκαλον εἶναι τοῦτο τὸ σκέμμα καὶ ἠδελφισμένον τοῖσι πλείστοισι τῶν ἐν τῇ τέχνῃ καὶ ἐπικαιροτάτοισι· καὶ γὰρ τοῖσι νοσέουσι πᾶσι ἐς ὑγιείην μέγα τι δύναται, καὶ τοῖσι ὑγιαίνουσι ἐς [2] ἀσφαλείην, καὶ τοῖσι ἀσκέουσι ἐς εὐεξίην, καὶ ἐς ὅ τι ἂν ἕκαστος ἐθέλῃ.

ι'. Πτισάνη μὲν οὖν μοι δοκέει ὀρθῶς προκεκρίσθαι τῶν σιτηρῶν γευμάτων ἐν τουτέοισι τοῖσι νουσήμασι καὶ ἐπαινέω γε τοὺς προκρίναντας. τὸ γὰρ γλίσχρασμα αὐτέης λεῖον καὶ ξυνεχὲς καὶ προσηνές ἐστι, καὶ ὀλισθηρὸν καὶ πλαδαρὸν μετρίως, καὶ ἄδιψον, καὶ εὐέκπλυτον, εἴ τι καὶ τουτέου προσδέοι, καὶ οὔτε στύψιν ἔχον, οὔτε [3] ἄραδον κακὸν, οὔτε ἀνοιδίσκεται ἐν τῇ κοιλίῃ· ἀνῴδηκε γὰρ ἐν τῇ ἑψήσει, ὁκόσον ἂν πλεῖστον ἐπεφύκει διογκοῦσθαι.

1) ἄλλα ἐπ' ἀ om. 2) ἀσφαλίην. 3) ἀράδιον.

---

malam: nonnulli vero augures contraria sentiunt. Etiam in haruspicina id genus varia multa alia in aliis quis invenerit.

IX. Ego vero affirmo hanc speculationem esse pulcerrimam et coniunctam cum plurimis in arte momentis, iisque gravissimis. Nam plurimum haec res valet apud aegrotantes omnes ad salutem, et apud sanos ad integram servandam valetudinem, et apud eos, qui corpus exercent, ad bonum eius habitum comparandum, et ad quod cumque unusquisque velit.

X. Ptisana igitur iure praeferri mihi videtur in his morbis prae ceteris eduliis frumentaceis, quin imo laudo eos, qui eam praetulerint. Lentor enim eius est laevis et continuus, et suavis, et modice lubricus et humectans, sitim non provocat et leniter alvum ducit, si forte hac re quoque opus sit, neque adstringit, nec perturbationem infert, neque in ventre intumescit. Nam in coctione iam, quam maxime potuit, intumuit.

ιαʹ. Ὁκόσοι μὲν οὖν ὅλῃσι πτισάνῃσι χρέονται ἐν τουτέοισι τοῖσι νουσήμασι, οὐδεμιῇ ἡμέρῃ κενεαγγητέον, ὡς ἔπος εἰρῆσθαι, ἀλλὰ χρηστέον καὶ οὐ διαλειπτέον, ἢν μή τι δέῃ ἢ διὰ φαρμακείην, ἢ κλύσιν, διαλείπειν. καὶ τοῖσι μέν γε εἰθισμένοισι δὶς σιτέεσθαι τῆς ἡμέρης, δὶς δοτέον· τοῖσι δὲ μονοσιτέειν εἰθισμένοισι, ἅπαξ δοτέον τὴν πρώτην· ἐκ προσαγωγῆς δὲ, ἢν ἐνδέχηται, καὶ τουτέοισι δὶς διδόναι, ἤν τι δοκέῃ προσδεῖν. πλῆθος δὲ ἀρκέει κατ' ἀρχὰς διδόναι μὴ πουλὺ, μηδὲ ὑπέρπαχυ, ἀλλ' ὁκόσον εἵνεκα τοῦ ἔθεος ἐσιέναι τι, καὶ κενεαγγείην μὴ γίγνεσθαι πουλλήν.

ιβʹ. Περὶ δὲ τῆς ἐπιδόσιος ἐς πλῆθος τοῦ ῥοφήματος, ἢν μὲν ξηρότερον ᾖ τὸ νούσημα, ἢ ὡς ἄν τις οἴοιτο, οὐ χρὴ ἐπὶ πλέον διδόναι, ἀλλὰ προπίνειν πρὸ τοῦ ῥοφήματος ἢ μελίκρητον, ἢ οἶνον, ὁκότερον ἂν ἁρ-

---

XI. Quicumque igitur integra ptisana in istis morbis utuntur, in his ne vel ullum diem vasorum inanitionem fieri patiatur medicus, ut verbo dicam, sed continuo, nulla interposita mora, illa utantur, nisi seu propter medicamen purgans, seu propter clysterem eam seponere aliquamdiu sit necesse. Et iis quidem, qui bis de die cibum sumere consueverunt, bis danda est; illis vero, qui semel vulgo cibum capiunt, semel danda est primo die, sensim autem, si fieri possit, his quoque bis danda est, si forte facto opus esse videatur. Ad quantitatem autem quod attinet, satius est initio neque multam, neque valde crassam exhibere, sed quanta opus est, ut pro more aliquid ingeratur, et ut ne magna vasorum fiat inanitio.

XII. De quantitate autem sorbitionis adaugenda sic sentio: si morbus siccior sit, quam quis opinatus fuerit, quantitati adiicere non oportet, sed ante sorbitionem alterutrum vel, mulsam, vel vinum bibere convenit, quod quidem ad rem maxime sit accommodatum: quid vero in

μόζῃ· τὸ δ' ἁρμόζον ἐφ' ἑκάστοισι τῶν τρόπων εἰρήσεται. ἢν δὲ ὑγραίνηται τὸ στόμα καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ πνεύμονος ᾖ ὁκοῖα δεῖ, ἐπιδιδόναι χρὴ ἐς πλῆθος τοῦ ῥοφήματος, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰρῆσθαι· τὰ μὲν γὰρ θᾶσσον καὶ μᾶλλον πλαδῶντα ταχυτῆτα κρίσιος σημαίνει, τὰ δὲ βραδύτερον καὶ ἧσσον, βραδυτέρην σημαίνει τὴν κρίσιν· καὶ ταῦτα αὐτὰ μὲν καθ' ἑωυτὰ τοιάδε τὸ ἐπίπαν ἐστί.

ιγ'. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐπίκαιρα παρεῖται, οἷσι προσημαίνεσθαι δεῖ, ἃ εἰρήσεται ὕστερον· καὶ[1] ὁκόσῳ ἂν πλείων ἡ κάθαρσις γίγνηται, τοσῷδε χρὴ πλέον ἐπιδιδόναι ἄχρι κρίσιος· μάλιστα δὲ κρίσιος ὑπερβολῆς δύο ἡμερέων, οἷσί γε ἢ πεμπταίοισι, ἢ ἑβδομαίοισι, ἢ ἐναταίοισι δοκέει κρίνεσθαι, ὡς καὶ τὸ ἄρτιον καὶ τὸ περισσὸν προμηθὲς ᾖ· μετὰ δὲ τοῦτο τῷ μὲν ῥυφήματι τὸ πρωῒ χρηστέον, ἐς ὀψὲ δὲ ἐς σιτία μεταβάλλειν.

1) ὁκόσον.

---

singulis morborum formis conveniat, infra dicetur. Sin contra os humectetur et quae e pulmone eiiciantur sint probanda, in universum ad quantitatem sorbitionis adiiciendum est. Nam quae quidem citius et magis madescunt, celeritatem iudicii indicant, quae vero tardius et minus, tardius fore iudicium significant. Et haec quidem ipsa per se ad hunc modum fere sese habent.

XIII. Praetermissa sunt insuper alia quoque multa, magnique illa momenti, quibus de futuro coniectura capienda est, quae postea exponentur. Et quo copiosior repurgatio fiat, eo plus adiiciendum est ad iudicium usque: maxime vero duobus ab iudicatione diebus in iis, quibus quinto, aut septimo, aut nono die morbum iudicio absolutum iri sit verisimile, ita ut dierum numeri tum paris tum imparis rationem incas. Postea autem sorbitione quidem mane utendum est, vespere vero ad cibos transeundum.

ιδʹ. Ξυμφέρει δὲ τὰ τοιάδε ὡς ἐπιτοπουλὺ τοῖσι ὅλῃσι πτισάνῃσι χρεωμένοισι. αἵ τε γὰρ ὀδύναι ἐν τοῖσι πλευριτικοῖσι αὐτίκα παύονται αὐτόματοι, ὅταν ἄρξωνται πτύειν τι ἄξιον λόγου καὶ ἐκκαθαίρεσθαι, αἵ τε καθάρσιες πολλὸν τελεώτεραί εἰσι καὶ ἔμπυοι ἧσσον γίγνονται, ἢ εἰ ἀλλοίως τις διαιτῴη, καὶ αἱ κρίσιες ἁπλούστεραι καὶ εὐκριτώτεραι καὶ ἧσσον ὑποστροφώδεες.

ιεʹ. Τὰς δὲ πτισάνας χρὴ ἐκ κριθέων τε ὡς βελτίστων εἶναι καὶ ὡς κάλλιστα ἡψῆσθαι, καὶ ἄλλως ἢν μὴ τῷ χυλῷ μούνῳ μέλλῃς χρέεσθαι· μετὰ γὰρ τῆς ἄλλης ἀρετῆς τῆς πτισάνης τὸ ὀλισθηρὸν τὴν κριθὴν καταπινομένην ποιέει μὴ βλάπτειν· οὐδαμῇ γὰρ προσίσχει, οὐδὲ μένει κατὰ τὴν τοῦ θώρηκος ἴξιν· ὀλισθηροτάτη δὲ καὶ ἀδιψοτάτη καὶ εὐπεπτοτάτη καὶ ἀσθενεστάτη ἐστὶ ἡ κάλλιστα ἑφθὴ, ὧν πάντων δεῖ.

XIV. Haec autem maxime prosunt iis, qui integra ptisana utantur. Dolores enim in pleuriticis statim sponte evanescunt, simul atque idoneam quantitatem exspuere coeperint et repurgari. Purgationes enim ipsae multo sunt perfectiores et minus facile pus intus oritur, quam si quis aliam victus rationem praescribat, et indicationes simpliciores et meliores fiunt, neque facile morbus revertitur.

XV. Ptisanam autem ex hordeo quam optimo paratam esse oportet et quam optime coctam, idque inprimis si non solo cremore uti velis. Nam una cum ptisanae virtutibus ceteris eius laevitas id efficit, ut ne noceat hordeum sumtum. Nullibi enim adhaerescit, neque secundum thoracis rectitudinem immoratur; optime cocta vero lubrica est admodum, et sitim optime restinguit, et facillime concoquitur atque infirmissima est, quibus virtutibus cunctis omnino opus est.

ιϛ'. [1] Ἢν μὲν οὖν μὴ προςτιμωρήσῃ τις ὁκόσον δέεται αὐτάρκης εἶναι ὁ τρόπος τῆς τοιαύτης πτισανοῤῥοφίης, πολλαχῇ βεβλάψεται. οἷσί τε γὰρ σῖτος αὐτίκα ἐγκατακέκλεισται, εἰ μή τις ὑποκενώσας δοίη τὸ ῥύφημα, τὴν ὀδύνην ἐνεοῦσαν προςπαροξύνειε ἂν, καὶ μὴ ἐνεοῦσαν εὐθὺς ἐμποιήσειε ἂν, καὶ πνεῦμα πυκνότερον γένοιτ' ἄν· κακὸν δὲ τοῦτο· ξηραντικὸν γὰρ πνεύμονος, καὶ κοπῶδες ὑποχονδρίων, καὶ ἤτρου, καὶ φρενῶν· τοῦτο δὲ, ἢν ἔτι τῆς ὀδύνης τοῦ πλευροῦ ξυνεχέος ἐούσης καὶ πρὸς τὰ θερμάσματα μὴ χαλώσης, καὶ τοῦ πτυάλου μὴ ἀνιόντος, ἀλλὰ καταγλισχραινομένου ἀσαπέως, ἢν μὴ λύσῃ τις τὴν ὀδύνην, ἢ κοιλίην μαλθάξας, [2] ἢ φλέβα ταμὼν, ὁκότερον ἂν τουτέων ξυμφέρῃ, τὰς δὲ πτισάνας ἢν οὕτως ἔχουσι διδῷς, ταχέες οἱ θάνατοι τῶν τοιουτέων γίγνονται.

ιζ'. Διὰ ταύτας οὖν τὰς προφάσιας καὶ ἑτέρας τοι-

1) ἢν μὴ οὖν πρὸς τιμωρίαν. 2) ἢ φλεβοτομᾶν.

XVI. Nisi quis igitur tantum quidem adiuverit, quantum fieri debet, ut sufficiat eiusmodi ratio bibendi ptisanam, varias inde noxas patietur. Quibus enim, ut statim hoc utar, alvi excretio intercepta est, iis, nisi quis evacuata antea sorbitionem exhibuerit, dolorem praesentem quidem augebit, sin autem nullus fuerit, statim induxerit, et spiratio crebrior fiet: quod quidem noxium est: pulmonem enim siccum reddit, et praecordia et imum ventrem et septum transversum lassitudinis sensu fatigat. Tum vero, nisi quis lateris dolore adhuc continuo, neque ad fomenta remittente, nec sputo prodeunte, sed citra coctionem glutinoso facto, dolorem solverit, sive ventre exonerato, sive vena secta, prouti alterutrum requiratur, sed ptisanam ita se habentibus si praebueris, cita illos mors consequetur.

XVII. His igitur de causis

αὔτας ἔτι μᾶλλον οἱ οὔλῃσι τῇσι πτισάνῃσι χρεόμενοι, ἑβδομαῖοι καὶ ὀλιγημερώτεροι θνήσκουσι· οἱ μέν τοι καὶ τὴν γνώμην βλαβέντες, οἱ δὲ ὑπὸ τῆς ὀρθοπνοίης τε καὶ τοῦ ῥέγχους ἀποπνιγέντες. μάλα[1] δὲ τοὺς τοιουτέους οἱ ἀρχαῖοι βλητοὺς ἐνόμιζον εἶναι διὰ τόδε μάλιστα· οὐκ ἥκιστα δὲ ὅτι καὶ ἀποθανόντων αὐτέων ἡ πλευρὴ πελιὴ εὑρίσκεται ἴκελόν τι πληγῇ. αἴτιον δὲ τουτέου τόδε ἐστὶ, ὅτι, πρὶν λυθῆναι τὴν ὀδύνην, θνήσκουσι· ταχέως γὰρ πνευματίαι γίγνονται· ὑπὸ δὲ τοῦ πολλοῦ καὶ πυκνοῦ πνεύματος, ὡς ἤδη εἴρηται, καταγλισχραινόμενον τὸ πτύελον ἀπέπτως κωλύει τὴν ἐπάνοδον γίγνεσθαι, ἀλλὰ τὴν ῥέγξιν ποιέει ἐνισχόμενον ἐν τοῖσι βρογχίοισι τοῦ πνεύμονος. καὶ ὁκόταν ἐς τοῦτο ἔλθῃ, θανατῶδες ἤδη ὡς ἐπιτοπουλὺ ἐστί. καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ πτύελον ἐνισχόμενον κωλύει μὲν τὸ πνεῦμα ἔσω φέρεσθαι, ἀναγκάζει δὲ ταχέως ἔξω φέρεσθαι, καὶ οὕτως ἐς τὸ κακὸν ἀλλήλοισι ξυντιμωρέει· τό τε γὰρ

1) δή.

---

aliisque illis similibus magis etiam, qui integra utuntur ptisana, septimo morbi die et citius intereunt: partim quidem omnino mente laesi, partim orthopnoea et stertore suffocati. Quos profecto idcirco inprimis sideratos esse existimaverunt vëteres, nec minus quoniam etiam mortuorum latus lividum invenitur, quasi ictu percussum fuerit. Cuius rei causa haec est, quod, antequam dolor solvatur, moriuntur: fiunt enim cito anheli: quia sputum, quod supra iam dictum est, multo et crebro spiritu praeter coctionem viscidum factum impeditur, quo minus superne eiiciatur, sed in pulmonis bronchiis retentum stertorem facit; quorsum si res perveniat, mors iam instat ut plurimum. Sputum enim ipsum pulmone contentum spiritum prohibet, quo minus intro feratur, cogit vero ut celeriter extra feratur; qua quidem ratione sibi invicem ad malum

πτύαλον ἐνισχόμενον πυκνὸν τὸ πνεῦμα ποιέει, τό τε πνεῦμα πυκνὸν ἐὸν ἐπιγλισχραίνει τὸ πτύελον καὶ κωλύει ἀπολισθαίνειν. καταλαμβάνει δὲ ταῦτα οὐ μόνον ἢν πτισάνῃσι ἀκαίρως χρέωνται, ἀλλὰ πουλὺ μᾶλλον, ἤν τι ἄλλο φάγωσι ἢ πίωσι πτισάνης ἀνεπιτηδειότερον.

ιη΄. [1] Μάλα μὲν οὖν τὰ πλεῖστα παραπλήσιαί εἰσι αἱ τιμωρίαι τοῖσί τε οὔλῃσι τῇσι πτισάνῃσι χρεομένοισι, τοῖσί τε τῷ χυλῷ αὐτέων· τοῖσι δὲ [2] μηδετέρῳ τουτέων, ἀλλὰ ποτῷ μοῦνον, ἔστι ὅπῃ καὶ [3] διαφερόντως τιμωρητέον. χρὴ δὲ τό γε πάμπαν οὕτω ποιέειν.

ιθ΄. Ἢν μὲν νεοβρῶτι αὐτέῳ ἐόντι καὶ κοιλίης μήπω ὑποκεχωρηκυίης ἄρξηται ὁ πυρετὸς, ἤν τε ξὺν ὀδύνῃ, ἤν τε ἄνευ ὀδύνης, ἐπίσχειν τὴν δόσιν τοῦ ῥυφήματος, ἔςτ᾽ ἂν οἴηαι ὑποκεχωρηκέναι ἐς τὸ κάτω μέρος τοῦ ἐντέρου τὸ σιτίον. χρέεσθαι δὲ ποτῷ, ἢν μὲν ἄλγημά

1) μᾶλλον. 2) μηθέτερον. 3) διαφερόντων.

---

augendum opem ferunt. Nam sputum retentum spirationem frequentem reddit, et spiratio frequens viscidum reddit sputum, atque impedit quo minus propelli possit. Haec autem prehendunt non solum quando ptisana intempestive utuntur, sed multo magis etiam, si quid aliud comederint, aut biberint ptisana minus congruum.

XVIII. In universum igitur similia quidem sunt admodum auxilia in iis, qui integra utuntur ptisana, atque in illis, qui eius cremore: interdum vero illis, qui horum neutro utuntur, sed potu solummodo, diversa etiam ratione opem ferre oportet. Facere autem conducit omnino ad hunc modum.

XIX. Si febris aegrotantem prehendat, postquam nuperrime cibum ceperit, necdum alvo subducta, abstinere oportet a ptisana danda, donec cibi recrementum ad inferiorem intestini partem descendisse existimes. Potu vero, si quidem dolor quis adsit, utendum aceto mulso, hieme

τι ἔχῃ, ὀξυμέλιτι, χειμῶνος μὲν θερμῷ, θέρεος δὲ ψυχρῷ· ἢν δὲ [1] πολλὴ δίψα ᾖ, μελικρήτῳ καὶ ὕδατι. ἔπειτα μέντοι, ἢν μὲν ἄλγημά τι ἐνῇ, ἢ τῶν ἐπικινδύνων τι ἐμφαίνηται, διδόναι τὸ ῥύφημα μήτε πουλὺ, μήτε παχὺ, μετὰ δὲ τὴν ἑβδόμην, ἢν ἰσχύῃ. ἢν δὲ μὴ ὑπεληλύθῃ ὁ παλαιότερος σῖτος νεοβρῶτι ἐόντι, ἢν μὲν ἰσχύῃ τε καὶ ἀκμάζῃ τῇ ἡλικίῃ, κλύσαι· ἢν δὲ ἀσθενέστερος ᾖ, βαλάνῳ προςχρήσασθαι, ἢν μὴ αὐτόματα διεξίῃ καλῶς.

κ'. Καιρὸν δὲ τῆς δόσιος τοῦ ῥυφήματος τόνδε μάλιστα φυλάσσεσθαι, κατ᾽ ἀρχὰς καὶ διὰ παντὸς τοῦ νουσήματος· ὅταν μὲν οἱ πόδες ψυχροὶ ἔωσι, ἐπίσχειν χρὴ τοῦ ῥυφήματος τὴν δόσιν, μάλιστα δὲ καὶ τοῦ ποτοῦ ἀπέχεσθαι· ὁκόταν δὲ ἡ θέρμη καταβῇ ἐς τοὺς πόδας, τότε διδόναι, καὶ νομίζειν μέγα δύνασθαι τὸν καιρὸν ἐν πάσῃσι τῇσι νούσοισι, οὐχ ἥκιστα δὲ ἐν τῇσι ὀξείῃσι,

1) πολύ.

---

quidem calido, aestate vero frigido: sin autem multa sit sitis, aqua mulsa et sola aqua. Dein tamen, si quis dolor insit, vel periculi signum aliquod appareat, sorbitio danda neque magna copia, neque crassa, verum post septimum diem, si vires sint integrae, (maiori copia exhibenda est.) Sin contra pristini temporis cibus ad inferiora non descenderit in eo, qui novum cepit, ubi vires vigent et aetate valet aeger, alvum eluere oportet; sin debilior sit, glande utendum, nisi sponte alvus bene respondeat.

XX. Quod vero ad tempus attinet exhibendae sorbitionis, in primis tum morbi initio, tum per totum eius decursum, ad hoc animum attendere oportet: quando pedes quidem sunt frigidi, abstineas necesse est a sorbitione exhibenda, praecipue vero a potu quoque abstinendum. Sin autem calor ad pedes descenderit, tum demum danda est, atque ita iudicare oportet, magni momenti esse tempus illud in

μάλιστα δὲ ἐν τῇσι πυρετώδεσι καὶ ἐπικινδυνοτάτῃσι· χρῆσθαι δὲ πρῶτον μάλιστα μὲν χυλῷ, ἔπειτα δὲ πτισάνῃ, κατὰ τὰ τεκμήρια τὰ προγεγραμμένα ἀκριβῶς ἀναθεωρῶν.

κα΄. Ὀδύνη δὲ πλευροῦ ἤν τε κατ᾽ἀρχὰς γένηται, ἤν τε ἐς ὕστερον, θερμάσμασι μὲν πρῶτον οὐκ ἄπο τρόπου ἐστὶ χρησάμενον πειρηθῆναι διαλῦσαι τὴν ὀδύνην. Θερμασμάτων κράτιστον μὲν ὕδωρ θερμὸν ἐν ἀσκῷ, ἢ ἐν κύστει, ἢ ἐν χαλκῷ ἀγγείῳ, ἢ ἐν ὀστρακίνῳ· προϋποτιθέναι δὲ χρὴ μαλθακόν τι πρὸς τὴν πλευρὴν, προςηνείης εἵνεκεν. ἀγαθὸν δὲ καὶ σπόγγος μαλθακὸς μέγας ἐξ ὕδατος θερμοῦ ἐκπεπιεσμένος προςτίθεσθαι· περιστέγειν δὲ ἄνω τὴν θάλψιν χρή· πλείω τε γὰρ χρόνον διαρκέσει καὶ παραμενεῖ, καὶ ἅμα ὡς μὴ ἡ ἀτμὶς πρὸς τὸ πνεῦμα τοῦ κάμνοντος προςφέρηται, ἢν ἄρα μὴ δοκέῃ καὶ τοῦτο χρήσιμον πρός τι εἶναι· ἔστι γὰρ ὅτε δεῖ πρός τι. ἔτι δὲ

---

morbis omnibus, nec minimum valere in acutis, plurimum vero in iis qui cum febre coniuncti sunt, et qui maximum periculum inferunt. Utendum vero primum quidem maxime cremore, dein vero ptisana, secundum signa ante descripta attento animo rem accurate perpendenti.

XXI. Dolorem autem lateris, sive is principio obortus fuerit, sive postea supervenerit, primum fomentis ut dissolvas tentare, minime est incongruum. E fomentis vero praestat prae aliis aqua calida in utre, vel in vesica, vel in aeneo vase, vel in testaceo adposita. Sed molle aliquid ad latus supponendum est, ne durities incommodum pariat. Aptum vero quid, quod supponatur, est etiam spongia mollis ac magna, ex aqua calida expressa: fomentum vero superne contegere oportet, quippe ita diutius perdurabit, et simul id faciendum est, ne vapor aegrotantis spirationi sit obvius, nisi forte hoc quoque ad aliquid commodum esse videatur: nempe subinde hoc etiam usu venit. Praeterea

καὶ κριθαὶ καὶ ὄροβοι ἐν ὄξεϊ κεκρημένῳ σμικρῷ[1] ὀξύτερον, ἢ ὡς ἄν τις πίοι, διέντα καὶ ἀναζέσαντα ἐς μαρσίππιά τε καταῤῥάψαντα προςτιθέναι· καὶ πίτυρα τὸν αὐτὸν τρόπον. πυρίῃ δὲ ξηρῇ· ἅλες, κέγχροι πεφρυγμένοι ἐν εἰρινέοισι μαρσιππίοισι ἐπιτηδειότατοι· καὶ γὰρ κοῦφον καὶ προςηνὲς ὁ κέγχρος.

κβ΄. Λύει δὲ[2] μάλθαξις ἡ τοιήδε καὶ τὰς πρὸς τὴν κληῗδα περαινούσας ἀλγηδόνας· τομῇ μέντοι γε οὐχ ὁμοίως λύει ὀδύνην, ἢν μὲν πρὸς τὴν κληῗδα περαίνῃ ἡ ὀδύνη· ἢν δὲ μὴ λύηται πρὸς τὰ θερμάσματα ὁ πόνος, οὐ χρὴ πολὺν χρόνον θερμαίνειν· καὶ γὰρ ξηραντικὸν τοῦ πνεύμονος τοῦτο καὶ ἐμπυητικόν· ἀλλ' ἢν μὲν σημαίνῃ ἡ ὀδύνη ἐς τὴν κληῗδα, ἢ ἐς τὸν βραχίονα βάρος, ἢ περὶ μαζὸν, ἢ ὑπὲρ τῶν φρενῶν, τάμνειν ἀρήγει τὴν ἐν τῷ ἀγκῶνι φλέβα τὴν ἔσω, καὶ μὴ ὀκνεῖν συχνὸν ἀφαιρέειν τὸ αἷμα, ἔςτ' ἂν ἐρυθρότερον πολλῷ

1) ὀξυτέρῳ. 2) μάλθεξις.

---

etiam hordeum et ervum in aceto aqua ita temperato, ut paulo acidius sit, quam quod quis bibat, colata et cocta, in sacculis consuta adponere convenit, et furfures eodem modo. Ad fotum autem siccum idonea sunt maxime sal et milium torrefactum in sacculis laneis; est enim milium tum leve, tum molle.

XXII. Solvit autem eiusmodi fomentatio etiam dolores ad claviculam pertingentes. Nec tamen aeque bene ac venae sectio solvit dolorem, si is quidem ad iugulum pertingat. Quodsi vero dolor fomentis non sedetur, non licet diu in his administrandis perseverare, quippe pulmonem siccat et suppurationem excitat. At si quidem dolor ad claviculam sentiatur, vel ad brachium, vel circa mammam, vel supra septum transversum gravitatis sensus insit, venam secare conducit in cubitu internam, nec reformidare subito magna copia detrahere sanguinem, donec multo rubicundior effluat, vel pro puro et rubro

ῥυῇ, ἢ ἀντὶ καθαροῦ τε καὶ ἐρυθροῦ πέλιον· ἀμφοτερόῖα γὰρ γίγνεται.

κγ'. Ἢν δὲ ὑπὸ τὰς φρένας ἦ τὸ ἄλγημα, ἐς δὲ τὴν κληΐδα μὴ σημαίνῃ, μαλθάσσειν χρὴ τὴν κοιλίην, ἢ μέλανι ἐλλεβόρῳ, ἢ πεπλίῳ· μέλανι μὲν δαῦκον, ἢ σέσελι, ἢ κύμινον, ἢ ἄνησον, ἢ ἄλλο τι τῶν εὐωδέων μίσγοντα, πεπλίῳ δὲ ὀπὸν σιλφίου· ἀτὰρ καὶ μισγόμενα ἀλλήλοισι ὁμοιότροπα ταῦτά ἐστι. ἄγει δὲ μέλας μὲν καλλίω καὶ κρισιμώτερα πεπλίου· πέπλιον δὲ μέλανος μᾶλλον φυσέων καταῤῥηκτικόν ἐστι· ἄμφω δὲ ταῦτα ὀδύνην παύει. παύει δὲ καὶ ἄλλα συχνὰ τῶν ὑπηλάτων· κράτιστα δὲ ταῦτα, ὧν ἐγὼ οἶδα, ἐστί· ἐπεὶ καὶ τὰ ἐν τοῖσι ῥυφήμασι διδόμενα ὑπήλατα ἀρήγει, ὁκόσα μὴ ἐστι ἀηδέα λίην ἢ διὰ πικρότητα, ἢ δι' ἄλλην τινὰ ἀηδίην, ἢ διὰ πλῆθος, ἢ χροιὴν, ἢ ὑποψίην τινά.

κδ'. Τῆς μέντοι πτισάνης, ὁκόταν πίῃ τὸ φάρμα-

---

lividus; alterutrum enim fieri solet.

XXIII. Sin contra dolor sub septo transverso sedem habeat, neque ad claviculam percipiatur, alvum emollire oportet vel veratro nigro, vel peplio. Ac veratro quidem daucum, aut seseli, aut cuminum, aut anisum admiscendum, peplio vero succum laseris. Sed duo illa etiam mista similem fere virtutem habent. Veratrum tamen laudabiliora educit alvi recrementa, et ea, quae ad iudicium plus conferant, peplium vero magis quam veratrum flatus erumpere facit. Haec autem duo dolorem finiunt. Finiunt autem alia quoque multa medicamina deorsum purgantia, verum haec optima sunt eorum, quae cognovi, omnium. Quandoquidem etiam purgantia, quae in sorbitionibus exhibentur, iuvant, quaecumque non sunt valde ingrata, sive propter amaritudinem, sive propter aliud quid ingrati, sive propter copiam, sive colorem, sive suspicionem aliquam.

XXIV. Ptisanae tamen, quum medicamentum sumse-

κον, ἐπιῤῥοφὴν αὐτίκα χρὴ διδόναι, μηδὲν ἔλασσον ἀξίως λόγου, ἢ ὁκόσον εἴθιστο· ἐπειδὴ κατὰ λόγον ἐστὶ μεσηγὺ τῆς καθάρσιος μὴ διδόναι ῥυφῆν· ὁκόταν δὲ λήξῃ ἡ κάθαρσις, τότε ἔλασσον ῥοφεέτω, ἢ ὁκόσον εἴθιστο. μετὰ δὲ τοῦτο ἀναγέτω αἰεὶ ἐπὶ τὸ πλεῖον, ἤν ἥ τε ὀδύνη πεπαυμένη ᾖ, καὶ μηδὲν ἄλλο [1] ἐναντιῶται.

κε΄. Ωὑτὸς δέ μοι λόγος ἐστὶ, καὶ ἢν χυλῷ πτισάνης δέῃ χρέεσθαι. φημὶ γὰρ ἄμεινον εἶναι αὐτίκα ἄρξασθαι [2] ῥοφῆν τὸ ἐπίπαν, μᾶλλον ἢ προκενεαγγήσαντα ἄρξασθαι τοῦ ῥυφήματος, ἢ τριταῖον, ἢ τεταρταῖον, ἢ πεμπταῖον, ἢ ἑκταῖον, ἢ ἑβδομαῖον, ἤν γε μὴ προκριθῇ ἡ νοῦσος ἐν τουτέῳ τῷ χρόνῳ. αἱ δὲ προπαρασκευαὶ καὶ ἐπὶ τουτέοισι παραπλήσιοι ποιητέαι, ὁκοῖαί περ εἴρηνται.

κϛ΄. Περὶ μὲν [3] οὖν ῥοφήματος προσάρσιος οὕτω γι-

1) Cod. Voss. etiam ἐναντιῶται. 2) ῥοφᾶν. 3) οὖν om.

rit, statim quantitatem exhibere oportet non multo minorem, quam quantam sumere consueverit: quoniam est consentaneum, sub ipsa purgatione non propinare sorbitionem. Verum quum cessaverit purgatio, tunc minus sorbeat, quam solitus fuerit. Dein vero continuo adaugeatur quantitas, ubi dolor sedatus fuerit, neque aliud quid adversetur.

XXV. Idem autem praecipio etiam, quum cremore ptisanae uti debeas. Affirmo enim praestare in universum statim illum sumere, quam, facta antea vasorum inanitione, sorbitionis administrandae initium facere, tertio die, aut quinto, aut sexto, aut septimo, nisi quidem intra hocce tempus morbus iam iudicio fuerit absolutus. Praeparationes vero in his etiam similes faciendae sunt illis, quas supra tradidi.

XXVI. Itaque de sorbitione quidem sumenda sic sentio.

γνώσκω. ἀτὰρ καὶ περὶ ποτοῦ, ὁκοῖον ἄν τις μέλλῃ πίνειν τῶν γραφησομένων, ὡυτός μοι λόγος ὡς ἐπίπαν ἐστί. οἶδα δὲ τοὺς ἰητροὺς τὰ ἐναντιώτατα, ἢ ὡς δεῖ, ποιέοντας· βούλονται γὰρ ἅπαντες, ὑπὸ τὰς ἀρχὰς τῶν νούσων προταριχεύσαντες τοὺς ἀνθρώπους ἢ δύο, ἢ τρεῖς, ἢ καὶ πλείους ἡμέρας, οὕτω προσφέρειν τὰ ῥυφήματα, καὶ τὰ ποτά· καὶ ἴσως τι καὶ εἰκὸς δοκέει αὐτέοισι εἶναι, μεγάλης μεταβολῆς γενομένης τῷ σώματι, μέγα τι κάρτα καὶ ἀντιμεταβάλλειν.

κζ', Τὸ δὲ μεταβάλλειν μὲν εὖ ἔχει [1] μὴ ὀλίγον· ὀρθῶς μέντοι μεταβιβαστέη καὶ βεβαίως ἡ μεταβολή, καὶ ἔκ γε τῆς μεταβολῆς ἡ πρόσαρσις τῶν γευμάτων ἔτι μᾶλλον· μάλιστα μὲν οὖν βλάπτοιντ' ἄν, εἰ μὴ ὀρθῶς μεταβάλλοιεν, οἱ οὔλῃσι τῇσι πτισάνῃσι χρεόμενοι· βλάπτοιντο δ' ἂν καὶ οἱ μούνῳ τῷ χυλῷ χρεόμενοι·

1) ἢν μή.

Sed de potu etiam, qualemcumque ex iis, de quibus sum expositurus, quis sumere debeat, in universum eadem praecipio. Cognovi vero medicos quam maxime contrarium facientes eius, quod fieri oportet. Omnes enim, sub morborum initia hominibus inedia praemaceratis per duos, tresve, aut plures etiam dies, dein ita se habentibus sorbitiones et potiones exhibere volunt. Quin forte quodammodo etiam consentaneum illis videtur, facta magna in corpore mutatione, magnam admodum mutationem huic quoque opponere.

XXVII. Ac bene quidem habet non parum immutavisse: ipsa tamen mutatio recte et tuto facienda est, et post mutationem magis etiam ad cibi esum caute progrediendum. Maximas igitur noxas patientur quidem, si minus recte transitum faciant, illi, qui integra ptisana utuntur: patientur vero illi etiam noxas, qui solum succum sumunt: patientur etiam illi, qui solo potu

βλάπτοιντο δ' ἂν καὶ οἱ μούνῳ τῷ ποτῷ χρεόμενοι· ἥκιστα δ'ἂν οὗτοι.

κη'. Χρὴ δὲ καὶ τὰ μαθήματα ποιέεσθαι ἐν τῇ διαίτῃ τῶν ἀνθρώπων ἔτι ὑγιαινόντων, οἷα ξυμφέρει· εἰ γὰρ δὴ τοῖσί γε ὑγιαίνουσι φαίνεται διαφέροντα μεγάλα τὰ τοῖα, ἢ τοῖα διαιτήματα, καὶ ἐν ἄλλῳ τινί που, καὶ ἐν τῇσι μεταβολῇσι, πῶς οὐχὶ καὶ ἔν γε τῇσι νούσοισι διαφέρει μεγάλα, καὶ τουτέων ἐν τῇσι ὀξυτάτῃσι μέγιστα; ἀλλὰ μὴν εὐκαταμάθητόν γε ἐστὶ, ὅτι φαυλὴ δίαιτα βρώσιος καὶ πόσιος, αὐτὴ ἑωυτῇ ἐμφερὴς αἰεὶ, ἀσφαλεστέρη ἐστὶ τὸ ἐπίπαν ἐς ὑγιείην, ἢ εἴ τις ἐξαπίνης μεταβάλλοι ἐς ἄλλο κρέσσον. Ἐπεὶ καὶ τοῖσι δὶς σιτεομένοισι τῆς ἡμέρης καὶ τοῖσι μονοσιτέουσι, αἱ ἐξαπιναῖοι μεταβολαὶ βλάβας καὶ ἀῤῥωστίην παρέχουσι. καὶ τοὺς μέν γε μὴ μεμαθηκότας ἂν ἀριστᾷν, ἢν ἀριστήσωσι, εὐθέως ἀῤῥώστους ποιέει, καὶ βαρέας ὅλον τὸ σῶμα, καὶ ἀσθενέας καὶ ὀκνηρούς· ἢν δὲ καὶ ἐπιδει-

---

utuntur; at hi omnium minimas.

XXVIII. Verum e sanorum adhuc hominum victus ratione discere oportet, quid prosit. Quodsi enim in sanis magnopere diversae videantur haec illave victus ratio, tum in aliis quibusdam, tum in permutatione, quo tandem modo fieri possit, ut non magnopere inter se differant, in morbis, idque praecipue in maxime acutis? Atqui facillime intelligimus pravam victus rationem tum in cibo, tum in potu, sed eam semper sibi similem, ad sanitatem servandam in universum esse tutiorem, quam si quis subito in aliam meliorem eam mutet. Quippe etiam in iis, qui bis de die cibum capere sunt soliti et in iis, qui semel, mutationes subito factae noxas et morbos inferunt. Et qui prandere non consueverunt, eos, si prandium sumserint, id ipsum statim aegrotos facit et toto corpore gravatos et debiles et pigros. Quodsi insuper coenaverint, acidum eru-

πνήσωσι, ὀξυρεγμιώδεας. ἐνίοισι δὲ καὶ σπατίλη γένοιτο ἂν, ὅτι παρὰ τὸ ἐωθὸς ἠχθοφόρηκε ἡ κοιλίη εἰθισμένη ἐπιξηραίνεσθαι, καὶ μὴ δὶς διογκοῦσθαι, μηδὲ δὶς ἑψεῖν τὰ σιτία.

κθ'. Ἀρήγει οὖν τουτέοισι ἀνασηκῶσαι τὴν μεταβολήν· ἐγκοιμηθῆναι γὰρ χρὴ, ὥςπερ νύκτα ἂν αγαγόντα μετὰ τὸ δεῖπνον, τοῦ μὲν χειμῶνος ἀῤῥιγέως, τοῦ δὲ θέρεος ἀθαλπέως· ἢν δὲ καθεύδειν μὴ δύνηται, βραδείην, συχνὴν περίοδον πλανηθέντα, μὴ στασίμως, δειπνῆσαι μηδὲν, ἢ ὀλίγα καὶ μὴ βλαβερά· ἔτι δὲ ἔλασσον πιεῖν ἀκρατὲς καὶ μὴ ὑδαρές. ἔτι δὲ μᾶλλον ἂν πονήσειε ὁ τοιοῦτος, εἰ τρὶς σιτέοιτο τῆς ἡμέρης ἐς κόρον· ἔτι δὲ μᾶλλον εἰ πλεονάκις, καίτοι γε πολλοί εἰσι, οἳ εὐφόρως φέρουσι τρὶς σιτέομενοι τῆς ἡμέρης ἐς πλῆθος, οἳ ἂν οὕτως ἐθισθῶσι.

λ'. Ἀλλὰ μὴν καὶ οἱ μεμαθηκότες δὶς σιτέεσθαι τῆς ἡμέρης, ἢν μὴ ἀριστήσωσι, ἀσθενέες καὶ ἄῤῥωστοί εἰσι,

---

ctant. Nonnullis etiam alvus fiet liquida, quia praeter consuetudinem ventriculus cibis gravatus fuerit siccari solitus, non bis tumere, nec bis cibos concoquere.

XXIX. His igitur compensare mutationem conducit. Dormire enim eos oportet, quasi noctem transigerent post coenam, hieme quidem extra frigus, aestate vero extra calorem. Sin autem dormire homo non possit, lenta deambulatione et continua, ita ut ne gressum sistat, utendum est, et a coena abstinendum, vel haec parca sumenda, nec noxia: praeterea minus bibendum est vini sinceri, neque aquosi. Magis vero etiam is laederetur, si ter de die ad satietatem usque cibos sumsisset: quin magis etiam, si saepius. Sunt tamen multi, qui facile ferunt cibum ter de die copiose sumtum, modo ita facere consueti sint.

XXX. Verum illi etiam, qui bis de die cibum capere soliti sunt, si non pransi fuerint, debiles sunt et invalidi

καὶ δειλοὶ ἐς πᾶν ἔργον, καὶ καρδιαλγέες· [1] κρέμασθαι γὰρ δοκέει τὰ σπλάγχνα αὐτέοισι, καὶ οὐρέουσι θερμὸν καὶ χλωρὸν, καὶ ἡ ἄφοδος ξυγκαίεται· ἔστι δὲ οἷσι καὶ τὸ στόμα πικραίνεται καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ κοιλαίνονται, καὶ οἱ κρόταφοι πάλλονται, καὶ τὰ ἄκρα διαψύχονται, καὶ οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν ἀνηριστηκότων οὐ δύνανται κατεσθίειν τὸ δεῖπνον· δειπνήσαντες δὲ βαρύνουσι τὴν κοιλίην καὶ δυςκοιτέουσι πουλὺ μᾶλλον ἢ εἰ προηριστήκεσαν.

λα΄. [2] Ὁκοτε οὖν ταῦτα τοιαῦτα γίγνεται τοῖσι ὑγιαίνουσι εἵνεκεν ἡμίσεος ἡμέρης διαίτης μεταβολῆς παρὰ τὸ ἔθος, οὔτε προςθεῖναι λυσιτελέειν φαίνεται, οὔτε ἀφελέειν.

λβ΄. [3] Εἰ τοίνυν οὗτος, ὁ παρὰ τὸ ἔθος μονοσιτήσας, ὅλην τὴν ἡμέρην κενεαγγήσας δειπνήσειε ὁκόσον εἴθιστο, εἰκὸς αὐτὸν, εἰ ὅτε ἀνάριστος ἐὼν ἐπόνεε καὶ ἠῤῥώστει,

1) κρεμάσθαι. 2) ὁκόταν γοῦν. 3) ὁ τοίνυν οὗτος ὁ.

---

et ad opus quodlibet formidolosi, et ventriculi os illis dolet: viscera enim illis velut suspensa esse videntur, et urinam emittunt calidam, et e viridi pallentem, stercusque illis exuritur. Sunt vero nonnulli, quibus os quoque amarum fit, et oculi excavantur, et venae in temporibus pulsant, et extrema frigescunt. Quin etiam maior pars eorum, qui non pransi sint, coenam consumere nequeunt. Quodsi vero coenaverint, ventriculum gravant et longe difficilius decumbunt, quam si antea pransi fuissent.

XXXI. Quum ergo talia sanis contingant propter dimidii diei victus mutationem praeter consuetudinem, non videtur usu venire neque addere quidquam, neque detrahere.

XXXII. Quodsi ergo iste, qui praeter consuetudinem semel tantum cibum cepit, totum illum diem exinanitis vasis, coenaret quantum solitus esset,

δειπνήσας δὲ τότε βαρὺς ἦν, πουλὺ μᾶλλον βαρύνεσθαι. εἰ δέ γε ἐπὶ πλείω χρόνον κενεαγγήσας ἐξαπίνης μεταδειπνήσειε, ἔτι μᾶλλον ἂν βαρύνοιτο.

λγ′. Τὸν μὲν οὖν παρὰ τὸ ἔθος κενεαγγήσαντα ξυμφέρει ταύτην τὴν ἡμέρην ἀντισηκῶσαι ὧδε· ἀῤῥιγέως καὶ ἀθαλπέως καὶ ἀταλαιπώρως· ταῦτα γὰρ πάντα βαρέως ἂν ἐνέγκοι· τὸ δὲ δεῖπνον συχνῷ ἔλασσον ποιήσασθαι ἢ ὅσον εἴθιστο, καὶ μὴ ξηρὸν, ἀλλὰ τοῦ πλαδαρωτέρου τρόπου· καὶ πιεῖν μὴ ὑδαρὲς, μηδ᾽ ἔλασσον ἢ κατὰ λόγον τοῦ βρώματος· καὶ τῇ ὑστεραίῃ ὀλίγα ἀριστῆσαι, ὡς ἐκ προςαγωγῆς ἀφίκηται ἐς τὸ ἔθος.

λδ′. Αὐτοὶ μέντοι σφῶν αὐτῶν δυςφορώτερον δὴ τὰ τοιαῦτα φέρουσι οἱ πικρόχολοι τὰ ἄνω, τὴν δέ γε ἀσιτίην, τὴν παρὰ τὸ ἔθος, οἱ φλεγματίαι τὰ ἄνω εὐφορώτερον φέρουσι τὸ ἐπίπαν, ὥςτε καὶ τὴν μονοσιτίην, τὴν παρὰ τὸ ἔθος, εὐφορώτερον ἂν οὗτοι ἐνέγκοιεν.

---

par est eum, si tunc non pransus doluit et infirmus fuit, et coena sumta gravitatis sensum perpessus est, iam multo magis gravari. Sin autem diutius etiam exinanitis vasis postea subito coenaret, magis adhuc gravitate opprimeretur.

XXXIII. Itaque qui praeter morem quidem exinanitus fuerit, hunc illum diem ita compensare oportet, ut extra frigus et calorem nimium et laborem transigat: haec enim omnia graviter feret. Coenam autem multo parciorem sumat quam erat solitus, eamque non siccam sed ex humidiori ciborum genere: bibatque vinum non aquosum, nec minori copia, quam pro cibi ratione. Postridie vero parce prandeat, ut sensim sensimque ad consuetudinem redeat.

XXXIV. Attamen longe difficilius haec ferunt qui superne bilem amaram redundantem habent, maiorem autem quam vulgo a cibis abstinentiam in universum facilius ferunt qui superne pituitosi sunt, adeo ut hi etiam facilius ferant, si semel tantum praeter morem cibum sumserint.

λε΄. Ἱκανὸν μὲν οὖν καὶ τοῦτο σημήϊον, ὅτι αἱ μέγισται μεταβολαὶ τῶν περὶ τὰς φύσιας ἡμῶν καὶ τὰς ἕξιας ξυμβαινόντων μάλιστα νοσοποιέουσι· οὐδὲ δὴ οἷόν τε παρὰ καιρὸν οὔτε σφοδρὰς τὰς κενεαγγείας ποιέειν, οὔτε ἀκμαζόντων τῶν νουσημάτων καὶ ἐν φλεγμασίῃ ἐόντων προςφέρειν, οὔτε ἐξαπίνης οἷόν τε ὅλῳ τῷ πρήγματι μεταβάλλειν οὔτε ἐπὶ τὰ, οὔτε ἐπὶ τά.

λϛ΄. Πολλὰ δ' ἄν τις ἠδελφισμένα τουτέοισι τῶν ἐς κοιλίην καὶ ἄλλα εἴποι, ὡς εὐφόρως μὲν φέρουσι τὰ βρώματα, ἃ εἰθίδαται, ἣν καὶ μὴ ἀγαθά ᾖ φύσει· ὡςαύτως δὲ καὶ τὰ ποτά· δυςφόρως δὲ φέρουσι τὰ βρώματα, ἃ μὴ εἰθίδαται, κἢν μὴ κακὰ ᾖ, ὡςαύτως δὲ καὶ τὰ ποτά.

λζ΄. Καὶ ὁκόσα μὲν κρεηφαγίη πολλὴ παρὰ τὸ ἔθος βρωθεῖσα ποιέει, ἢ σκόροδα, ἢ σίλφιον, ἢ ὀπὸς ἢ καυλὸς, ἢ ἄλλα ὁκόσα τοιουτότροπα μεγάλας δυνάμιας ἰδίας

XXXV. Firmum igitur argumentum hac in re positum est, quo probes maximas mutationes eorum, quae circa naturam nostram et corporis habitum contingunt, in primis morbos generare: nec vero discrimine caret praeter modum magnas moliri vasorum inanitiones, nec, quo tempore vigent morbi et in inflammatione versantur, cibum offerre; nec periculo vacat repente sive in hanc, sive in illam partem totam immutare curandi rationem.

XXXVI. Multa vero cum his coniuncta alia etiam quis adferat eorum, quae ad ventrem spectant: quam facile ferant cibos, quibus adsueverint, etiamsi natura non sint probandi, similique modo potiones; et quam difficulter ferant cibos, quibus non adsueverint, etiamsi pravi non sint, pariterque potiones.

XXXVII. Et quae multus quidem praeter morem carnium esus efficit, vel allium, vel laseris sive succus, sive caulis, vel alia quaecumque ex hoc genere magnas sibi proprias vires habent, minus

ἔχοντα, ἧσσον ἄν τις θαυμάσειε, εἰ τὰ τοιαῦτα πόνους ἐμποιέει τῇσι κοιλίῃσι μᾶλλον τῶν ἄλλων· ἀλλ' εἰ καταμάθοις ὁκόσον μᾶζα ὄχλον καὶ ὄγκον. καὶ φῦσαν καὶ στρόφον τῇ κοιλίῃ παρέχει παρὰ τὸ ἔθος βρωθεῖσα τῷ ἀρτοφαγέειν εἰθισμένῳ, ἢ ὁκοῖον ἄρτος βάρος καὶ τάσιν κοιλίης τῷ μαζοφαγέειν εἰθισμένῳ· ἢ αὐτός γε ὁ ἄρτος θερμὸς βρωθεὶς οἵην[1] δίψαν παρέχει καὶ ἐξαπιναίην πληθώρην διὰ τὸ ξηραντικόν τε καὶ βραδύπορον· καὶ οἱ ἄγαν καθαροί γε καὶ ξυγκομιστοὶ παρὰ τὸ ἔθος βρωθέντες οἷα διαφέροντα ἀλλήλων ποιεῦσι· καὶ μᾶζά γε ξηρὴ παρὰ τὸ ἔθος, ἢ ὑγρὴ, ἢ γλίσχρη· καὶ τὰ ἄλφιτα οἷόν τι ποιέει[2] τὰ ποταίνια τοῖσι μὴ εἰωθόσι, καὶ τὰ ἑτεροῖα τοῖσι τὰ ποταίνια εἰωθόσι· καὶ οἰνοποσίη καὶ ὑδροποσίη παρὰ τὸ ἔθος ἐς θάτερα μεταβληθέντα ἐξαπίνης· καὶ ὑδαρής γε οἶνος καὶ ἄκρητος παρὰ τὸ ἔθος ἐξαπίνης ποθείς· ὁ μὲν γὰρ πλάδον τε ἐν τῇ ἄνω κοιλίῃ ἐμποιήσει

1) δίψην. 2) ἤγουν τὰ πρόσφατα τὰ ποταίνια.

---

quidem quis mirabitur, minusque etiam si haec magis quam alia ventris dolorem provocent. Sed magis miratus fueris, si cognoveris quantam turbationem et tumorem, et flatum, et tormina maza in ventriculo pariat comesta praeter morem ab eo, qui pane vesci solet, vel qualem ponderis sensum et tensionis in ventre panis illi, qui maza vulgo vescitur: vel ipse panis calidus sumtus, quantam sitim inferat et repentinam repletionem, propterea quod siccat et diu in ventriculo remoratur: et quam diversa inter se efficiant panes purissimi et confusanei praeter consuetudinem comesti et maza solito siccior, vel humidior, vel lentior: et polenta recens quid efficiat in non adsuetis, et ab hac diversa in illis, qui recenti adsueverunt: et aquae et vini potio praeter morem subito inter se permutatae, et vinum aquosum et merum praeter morem subito epotum. Illud

καὶ φῦσαν ἐν τῇ κάτω· ὁ δὲ παλμόν τε φλεβῶν καὶ καρηβαρίην καὶ [1] δίψαν· καὶ λευκός γε καὶ μέλας οἶνος παρὰ τὸ ἔθος μεταβάλλοντι, εἰ καὶ ἄμφω οἰνώδεες εἶεν, ὅμως πολλὰ ἂν ἑτεροιώσειαν κατὰ τὸ σῶμα, ὡς δὴ γλυκύν γε καὶ οἰνώδεα ἧσσον ἄν τις φαίη θαυμαστὸν εἶναι μὴ τὠυτὸ δύνασθαι ἐξαπίνης μεταβληθέντα.

λη′. Τιμωρητέον μὲν δὴ τοιόνδε τι μέρος τῷ ἐναντίῳ λόγῳ· ὅτι ἡ μεταβολὴ τῆς διαίτης τουτέοισι ἐγένετο, οὐ μεταβάλλοντος τοῦ σώματος, οὔτε ἐπὶ τὴν ῥώμην, ὥςτε προςθέσθαι δεῖν σιτία, οὔτε ἐπὶ τὴν ἀῤῥωστίην, ὥςτε ἀφαιρεθῆναι· προςτεκμαρτέα δὴ καὶ ἡ ἰσχὺς καὶ ὁ τρόπος τοῦ νουσήματος ἑκάστου, καὶ τῆς φύσιος τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ ἔθεος τῆς διαίτης τοῦ κάμνοντος οὐ μόνον σιτίων ἀλλὰ καὶ ποτῶν. πολλῷ δὲ ἧσσον ἐπὶ τὴν πρόςθεσιν ἰτέον· [2] ἐπεὶ τήν γε ἀφαίρεσιν ὅλως ἀφελεῖν πολλαχοῦ λυσιτελέει, ὅκου διαρκέειν μέλλει ὁ κάμνων,

1) δίψην. 2) ἐπί.

---

enim humorem abundantem in superiori ventre gignet et flatum in inferiori; hoc vero venarum pulsationem, et capitis gravitatem, et sitim. Tum etiam album vinum et nigrum praeter morem permutanti, licet utrumque fuerit vinosum, multa tamen in corpore immutabunt: nempe de dulci vino et vinoso minus mirum esse quis dixerit, non eundem ab utroque effectum edi derepente inter se permutato.

XXXVIII. Hoc tamen eorum in gratiam, qui contrariam amplectuntur sententiam, iure dici potest: istis victus rationis mutationem esse factam corpore nec robustiori facto, ita ut ciborum quantitati adiiciendum sit, nec debiliori, ita ut inde sit detrahendum: et profecto tum aegri vires, tum morborum singulorum ratio, et natura hominis, et aegri consuetudo victus, tum in cibis, tum in potu computandae sunt: sed longe minus quantitatem adaugere convenit: quippe saepe prodest totam quantitatem de-

μέχρι τῆς νούσου ἡ ἀκμὴ πεπανθῇ· ἐν ὁκοίοισι δὲ τὸ τοιόνδε ποιητέον γεγράψεται.

λθ'. Πολλὰ δ' ἄν τις καὶ ἄλλα ἠδελφισμένα τοῖσι εἰρημένοισι γράφοι· τόδε γε μὴν κρέσσον μαρτύριον· οὐ γὰρ ἠδελφισμένον μοῦνόν ἐστι τῷ πρήγματι, περὶ οὗ μοι ὁ πλεῖστος λόγος εἴρηται, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πρῆγμα ἐπικαιρότατόν ἐστι διδακτήριον· οἱ γὰρ ἀρχόμενοι τῶν ὀξέων νουσημάτων ἔστι ὅτε οἱ μὲν σιτία ἔφαγον αὐθημερὸν ἠργμένοι ἤδη, οἱ δὲ καὶ τῇ ὑστεραίῃ, οἱ δὲ καὶ ἐῤῥόφεον τὸ πρόςτυχον, οἱ δὲ καὶ κυκεῶνα ἐῤῥόφεον· ἅπαντα δὲ ταῦτα κακίω μέν ἐστι ἢ εἰ ἑτεροίως τις διαιτηθείη· πολλῷ μέντοι ἐλάσσω βλάβην φέρει ἐν τουτέῳ τῷ χρόνῳ ἁμαρτηθέντα, ἢ εἴ τις τὰς μὲν πρώτας ἡμέρας δύο ἢ τρεῖς κενεαγγήσειε τελείως, τεταρταῖος δὲ ἐὼν τοιάδε διαιτηθείη, ἢ καὶ πεμπταῖος· ἔτι μέντοι κάκιον, εἰ ταύτας πάσας τὰς ἡμέρας προκενεαγγήσας, ἐν τῇσι ὕστερον ἡμέρῃσι οὕτω διαιτηθείη, πρὶν ἢ πέπειρον γενέσθαι τὴν

---

trahere, ubi aeger sufficere valeat, donec morbi vigor concoctus sit: quod in quibus faciendum sit mox scribetur.

XXXIX. Multa vero alia etiam supra dictis affinia quis conscribere possit: hoc tamen gravissimum est testimonium: neque enim coniunctum modo est cum re, de qua hucusque plurima dixi, sed ipsa experientia luculentissimum praebet documentum. Nam morborum acutorum principio alii, quo die iam laborare morbo coeperunt, cibos consumserunt, alii postridie, alii vero etiam primum quodlibet ipsis obvium pro sorbitione sumserunt, alii vel cyceona sorbuerunt. Quae quidem omnia deteriora sunt, quam si quis aliam victus rationem instituat. Longe tamen minus damnum inferunt quae isto tempore committuntur peccata, quam si quis duobus vel tribus initio diebus prorsus vasa exinaniverit, dein autem quarto die, vel etiam quinto, eiusmodi cibos obferat. Peius etiam si quis hos dies omnes

νοῦσον. οὕτω μὲν γὰρ θάνατον φέρει φανερῶς τοῖσι πλείστοισι, εἰ μὴ πάμπαν ἡ νοῦσος εὐήθης εἴη. αἱ δὲ κατ' ἀρχὰς ἁμαρτάδες οὐχ ὁμοίως ταύτῃσι ἀνήκεστοί εἰσι, ἀλλὰ πολλῷ εὐακεστότεραι. τοῦτο οὖν ἡγεῦμαι μέγιστον διδακτήριον, ὅτι οὐχὶ στερητέαι αἱ πρῶται ἡμέραι τοῦ ῥοφήματος ἢ τοίου, ἢ τοίου τοῖσι μέλλουσι ὀλίγον ὕστερον ῥοφήμασι ἢ τοίοισι, ἢ τοίοισι χρέεσθαι.

μ'. Πυθμενόθεν μὲν οὖν οὐκ ἴσασι οὐθ' οἱ τῇσι κριθώδεσι πτισάνῃσι χρεόμενοι, ὅτι αὐτέῃσι κακοῦνται, ὁκόταν ῥοφέειν ἄρξωνται, [1] ἢν προκενεαγγήσωσι δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας, ἢ καὶ πλείους, οὔτ' αὖ οἱ τῷ χυλῷ χρεόμενοι γιγνώσκουσι ὅτι αὐτέοισι βλάπτονται ῥοφέοντες, ὁκόταν μὴ ὀρθῶς ἄρξωνται τοῦ ῥοφήματος. τόδε γε μὴν καὶ φυλάσσουσι καὶ γιγνώσκουσι, ὅτι μεγάλην τὴν βλάβην φέρει, ἢν πρὶν πέπειρον τὴν νοῦσον γενέσθαι, κριθώδεα πτισάνην ῥοφέῃ ὁ κάμνων, εἰθισμένος χυλῷ χρέεσθαι.

1) εἰ προκενεαγγήσουσι.

---

vasis exinanitis, sequentibus hoc modo victus rationem instituat, priusquam maturuerit morbus. In hoc casu enim manifesto plurimis mortem adfert, nisi quam maxime benignus sit morbus. Qui vero initio committuntur errores non aeque insanabiles sunt atque illi, sed facilius restituuntur. Hoc ergo firmissimum esse puto argumentum, quo demonstrem primis diebus sorbitionibus, sive huius, sive illius generis non esse abstinendum iis, quos postea his vel illis uti oporteat.

XL. Prorsus quidem ergo nesciunt tum illi, qui hordeacea utuntur ptisana sese hac laedi, quum sorbere incipiunt, si antea duos tresve dies vasa exinaniverint; tum illi, qui cremore utuntur, ignorant sese eo laedi sorbentes, si minus recte sorbitionis initium fecerint. Hoc tamen et servant et cognoverunt, magnum nempe inferre damnum si prius cremori adsuetus aeger, antequam morbus maturuerit, hordeaceam ptisanam sorbeat.

μα'. Πάντα οὖν ταῦτα μεγάλα μαρτύρια, ὅτι οὐκ ὀρθῶς ἄγουσι ἐς τὰ διαιτήματα οἱ ἰητροὶ τοὺς κάμνοντας· ἀλλ' ἐν ᾗσί γε νούσοισι οὐ χρὴ κενεαγγέειν τοὺς μέλλοντας ῥοφήμασι διαιτᾶσθαι, κενεαγγέουσι· ἐν ᾗσι δὲ οὐ χρὴ μεταβάλλειν ἐκ κενεαγγείης ἐς ῥοφήματα, ἐν ταύτῃσι μεταβάλλουσι· [1] καὶ ὡς ἐπιτοπολὺ ἀπαρτὶ ἐν τοῖσι καιροῖσι μεταβάλλουσι ἐς τὰ ῥυφήματα ἐκ τῆς κενεαγγείης, ἐν οἷσι πολλάκις ἀρήγει ἐκ τῶν ῥυφημάτων πλησιάζειν τῇ κενεαγγείῃ, ἢν οὕτω τύχῃ παροξυνομένη ἡ νοῦσος.

μβ'. Ἐνίοτε δὲ καὶ ὠμὰ ἐπισπῶνται ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ περὶ τὸν θώρηκα τόπου χολώδεα· ἀγρυπνίαι τε ξυμπίπτουσι αὐτέοισι, δι' ἃς οὐ πέσσεται ἡ νοῦσος, περίλυποί τε καὶ πικροὶ γίγνονται καὶ παραφρονέουσι, καὶ μαρμαρυγώδεα σφέων τὰ ὄμματα, καὶ αἱ ἀκοαὶ ἤχου

1) καὶ ὡς ἐπὶ πολὺ ἀπάρτι ἁμαρτάνουσιν. ἐνίοτε δὲ ἐν τ. κ.

XLI. Omnia haec igitur magna sunt indicia, medicos minus recte aegrotantibus victus rationem instituere: sed in quibus morbis eos, qui sorbitionibus uti debebunt, exinanire non conducit, exinaniunt: et in quibus non conducit e vasorum inanitione ad sorbitiones transitum facere, in his transire iubent: et in universum ipsis illis temporibus ad sorbitiones transeunt e vasorum inanitione, quibus ut plurimum a sorbitionibus ad vasorum exinanitionem accedere iuvat, quando accidit, ut morbus tunc incrementa capiat.

XLII. Subinde vero etiam cruda a capite et locis circa thoracem attrahuntur biliosa: et vigiliae illis contingunt, quibus morbi coctio impeditur, et tristes evadunt et morosi, et mente turbantur, et oculis obversatur splendor coruscans, et aures sonis replentur, et extrema frigescunt, neque urinae coquuntur, et

μεσταὶ, καὶ τὰ ἀκρωτήρια κατεψυγμένα, καὶ οὖρα ἄπεπτα, καὶ πτύσματα λεπτὰ καὶ ἁλυκὰ καὶ κεχρωσμένα ἀκρήτῳ χρώματι σμικρὰ, καὶ ἱδρῶτες περὶ τὸν τράχηλον καὶ διαπορήματα, καὶ πνεῦμα προςπταῖον ἐν τῇ ἄνω φορῇ πυκνὸν, ἢ μέγα λίην, ὀφρύες δεινώσιος μετέχουσαι, λειποψυχώδεα πονηρὰ, καὶ τῶν ἱματίων ἀποῤῥίψιες ἀπὸ τοῦ στήθεος, καὶ χεῖρες τρομώδεες, ἐνίοτε δὲ καὶ χεῖλος τὸ κάτω σείεται. ταῦτα δὲ ἐν ἀρχῇσι ἐπιφαινόμενα παραφροσύνης δηλωτικά ἐστι σφοδρῆς, καὶ ὡς ἐπιτοπολὺ ἀποθνήσκουσι· οἱ δὲ διαφεύγοντες, ἢ μετὰ ἀποστήματος, ἢ αἵματος ῥύσιος ἐκ τῆς ῥινὸς, ἢ πῦον παχὺ πτύσαντες διαφεύγουσι, ἄλλως δὲ οὔ.

μγ΄. Οὐδὲ γὰρ τῶν τοιουτέων ὁρέω ἐμπείρους τοὺς ἰητροὺς, ὡς χρὴ διαγιγνώσκειν τὰς ἀσθενείας ἐν τῇσι νούσοισι, αἵ τε διὰ κενεαγγείην ἀσθενεῦνται, αἵ τε δι᾽ ἄλλον τινὰ ἐρεθισμὸν, αἵ τε διὰ πόνον καὶ ὑπὸ [1] ὀξύτη-

1) ὀξύτατα.

sputa prodeunt tenuia et salsa et parca, sincero colore tincta, et sudor ad cervicem et animi anxietudo invadunt et spiritus, quo tempore sursum fertur, allliditur et creber est, vel valde magnus: supercilia torvum adspectum habent, pravae fiunt animae defectiones, vestes a pectore deiiciunt et manus tremunt. Interdum vero labium inferius quatitur. Haec autem si morbi principio adparuerint, grave fore delirium denotant, aegrique ut plurimum moriuntur. Qui vero effugiunt, illi vel cum abscessu, vel cum sanguinis e naribus eruptione, vel cum crassi puris exscreatione, neque sine harum crisium aliqua, evadunt.

XLIII. Neque enim huius rei medicos peritos esse video, quo modo dignoscere oporteat virium in morbis lapsus, qui vasorum inanitioni debentur, ab iis, qui propter aliam quamdam fiunt irritationem, et qui ob dolorem, et morbi vehe-

τος τῆς νούσου, ὁκόσα τε ἡμέων ἡ φύσις καὶ ἡ ἕξις ἑκάστοισι ἐκτεκνοῖ πάθεα καὶ εἴδεα παντοῖα· καίτοι σωτηρίην ἢ θάνατον φέρει γινωσκόμενα ἢ ἀγνοούμενα τὰ τοιαῦτα.

μδʹ. Μέζον μὲν γὰρ κακόν ἐστι, ἢν διὰ τὸν πόνον καὶ τὴν ὀξύτητα τῆς νούσου ἀσθενέοντι προςφέρῃ τις ποτὸν ἢ ῥύφημα πλέον, ἢ σιτίον, οἰόμενος διὰ κενεαγγείην ἀσθενέειν. ἀεικὲς δὲ καὶ διὰ κενεαγγείην ἀσθενέοντα μὴ γνῶναι καὶ πιέζειν τῇ διαίτῃ· φέρει μὲν γάρ τινα κίνδυνον καὶ αὕτη ἡ ἁμαρτὰς, πολλῷ δὲ ἥσσονα τῆς ἑτέρης· καταγελαστοτέρη δὲ πολλῷ αὕτη μᾶλλον ἡ ἁμαρτὰς τῆς ἑτέρης· εἰ γὰρ ἄλλος ἰητρὸς ἢ καὶ δημότης ἐςελθὼν καὶ γνοὺς τὰ ξυμβεβηκότα, δῴη καὶ φαγεῖν καὶ πιεῖν, ἃ ὁ ἕτερος ἐκώλυεν, ἐπιδήλως ἂν δοκοίη ὠφεληκέναι. τὰ δὲ τοιάδε μάλιστα καθυβρίζεται τῶν χειρωνακτέων ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων· δοκέει γὰρ αὐτέοισι ὁ [1] ἐςελθὼν ἰητρὸς ἢ

1) ἐλθών.

---

mentiam, et quaecumque natura nostra et habitus in singulis hominibus varia affectionum genera pariat: quamquam haec, prouti cognita incognitave sunt, vel mortem adferunt vel salutem.

XLIV. Nam maius quidem est malum, si quis aegro propter dolorem et morbi impetum invalido potum, vel sorbitionem, vel cibum maiori copia obferat, propter vasorum inanitionem debilem esse opinatus. Indecorum vero etiam vasorum inanitione debilitatum non agnovisse et victus ratione opprimere: nam hic error etiam discrimen aliquod adfert, longe tamen minus quam alter: sed error hicce multo magis quam alter ridiculus. Quodsi enim alius quis, sive medicus, sive artis imperitus accedat et, auditis quae contigerint, cibum et potum exhibeat, a quibus alter aegrum detinuerat, is nae manifesto opem adtulisse videbitur. Eiusmodi autem eventus in primis artificibus opprobrio vertuntur apud homines, a quibus qui

ἰδιώτης ὥςπερεὶ τεθνεῶτα ἀναστῆσαι· γεγράψεται οὖν καὶ περὶ τουτέου σημήϊα, οἷσι χρὴ ἕκαστα τουτέων διαγινώσκειν.

με΄. Παραπλήσια μέντοι τοῖσι κατὰ κοιλίην ἐστὶ καὶ ταῦτα· καὶ γὰρ ἢν ὅλον τὸ σῶμα ἀναπαύσηται πουλὺ παρὰ τὸ ἔθος, οὐκ αὐτίκα ἔῤῥωται μᾶλλον· ἢν δὲ δὴ καὶ πλείω χρόνον διελινύσαν ἐξαπίνης ἐς τοὺς πόνους ἔλθῃ, φλαῦρόν τι πρήξει ἐπιδήλως. οὕτω δὲ καὶ ἓν [1] ἕκαστον τοῦ σώματος. [2] καὶ γὰρ ἂν οἱ πόδες τοιόνδε τι πρήξειαν, καὶ τὰ ἄλλα ἄρθρα μὴ εἰθισμένα πονέειν, εἰ διὰ χρόνου ἐξαπίνης πρὸς τὸ πονέειν ἔλθοι· ταὐτὰ δ' ἂν καὶ οἱ ὀδόντες καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ πάθοιεν καὶ [3] πᾶν ὁτιοῦν.

μϛ΄. Ἀτὰρ καὶ τῶν τοιῶνδε πάντων ἀρκέει παραδείγματα γράψαι. εἰ γάρ τις ἕλκος λαβὼν ἐν κνήμῃ μήτε λίην ἐπίκαιρον, μήτε λίην εὐηθες, μήτε ἄγαν εὐελκὴς

1) ἑκάστῳ. 2) καὶ γὰρ ἂν dat cod. Voss. 3) οὐθέν.

---

advenerit medicus vel non medicus veluti mortuum suscitasse reputatur. Mox igitur etiam huius rei signa exponentur, quibus unumquodque horum dignoscere oporteat.

XLV. Iis tamen, quae circa ventrem contingunt, similia haec sunt: nempe si totum corpus multum praeter consuetudinem quieverit, propterea non statim robustius factum id est: quodsi etiam, postquam aliquanto diutius quieverit, derepente ad laborem accedat, profecto mali quid patietur. Eodemque modo res se habet cum singulis corporis partibus. Nimirum etiam pedes eiusmodi quid patientur et cetera membra labori non adsueta, si, post longiorem temporis lapsum, ad hunc devenerint. Eadem vero etiam dentes patientur et ocnli, et alia corporis pars qualiscumque.

XLVI. Verum horum etiam omnium exempla scriptis tradere iuvat. Si quis enim vulnere in tibia accepto, neque admodum gravi, neque levi adeo,

ἐὼν, μήτε ἄγαν δυςελκὴς, αὐτίκα ἀρξάμενος ἐκ πρώτης κατακείμενος ἰητρεύοιτο καὶ μηδαμῇ μετεωρίζοι τὸ σκέλος, ἀφλέγμαντον μὲν ἂν εἴη οὕτω μᾶλλον, καὶ ὑγιὴς πολλῷ θᾶσσον ἂν γένοιτο, ἢ εἴπερ πλανώμενος ἰητρεύοιτο· εἰ μέντοι πεμπταῖος, ἢ [1] ἑκταῖος ἐὼν, ἢ καὶ ἔτι ἀνωτέρω ἀναστὰς ἐθέλοι προβαίνειν, μᾶλλον ἂν πονέοι τότε ἢ εἰ αὐτίκα ἐξ ἀρχῆς πλανώμενος ἰητρεύοιτο. εἰ δὲ καὶ πολλὰ ταλαιπωρήσειε ἐξαπίνης, πολλῷ ἂν μᾶλλον πονήσειε ἢ εἰ ἐκείνως ἰητρευόμενος τὰ αὐτὰ ταῦτα ταλαιπωρήσειε ἐν αὐτῇσι τῇσι ἡμέρῃσι. διὰ τέλεος οὖν [2] μαρτυρέει ταῦτα πάντα ἀλλήλοισι, ὅτι πάντα ἐξαπίνης μέζω πολλῷ τοῦ μετρίου μεταβαλλόμενα ἐπὶ τὰ καὶ ἐπὶ τὰ βλάπτει.

μζ'. Πολλαπλασίη μὲν οὖν κατὰ κοιλίην ἡ βλάβη ἐστὶ, ἢν ἐκ πολλῆς κενεαγγείης ἐξαπίνης πλέον τοῦ μετρίου προςαίρηται, ἢ εἰ ἐκ πολλῆς ἐδωδῆς ἐς κενεαγ-

1) ἑκταῖος ἢ ἢ καὶ. 2) καρτερεῖ.

---

illo quidem sit habitu, ut vulnera in ipso nec facile admodum, neque omnino difficulter sanentur, et ita se habens a primo inde die decumbens curetur, neque crus omnino attollat, facilius ab inflammatione tutum id erit, et longe ipse citius sanus evadet, quam si obambulans curetur. Sin autem quinto, vel sexto die, vel superiori aliquo, surgere ac progredi velit, magis tum laedetur, quam si statim ab initio circumeunti medicina fiat. Quodsi vero multum etiam laborem derepente peragat, multo magis dolore vexabitur, quam si altero illo modo curatus diebus illis ipsis eundem illum perfecerit laborem. Omnia haec igitur secum conspirant, ut ostendant omnia, quaecumque sive in hanc, sive in illam partem subito immutentur, damnum inferre.

XLVII. Multipliciter quidem ergo maiores noxas ventriculo adfert, si e multa vasorum exinanitione derepente plus iusto ingeratur, quam si a multo cibo ad abstinentiam fiat transitus: in his tamen

γείην μεταβάλλοι· δεῖ μέντοι καὶ τὸ σῶμα τουτέοισι ἐλιννύειν. ἀτὰρ καὶ κατὰ τὸ ἄλλο σῶμα, ἢν ἐκ πολλῆς ἡσυχίης ἐξαίφνης ἐς πλείω πόνον ἔλθῃ, πουλὺ πλείω βλάψει, ἢ εἰ ἐκ πολλῆς ταλαιπωρίης ἐξαπίνης ἐς σχολήν τε καὶ ῥαθυμίην ἐκπέσοι· δεῖ δὲ καὶ τουτέοισι τὴν κοιλίην ἐλιννύειν ἐκ πλήθεος βρώμης· εἰ δὲ μὴ, πόνον ἐν τῷ σώματι ἐμποιήσει καὶ βάρος ὅλου τοῦ σώματος.

μη΄. Ἀγρυπνίη ἰσχυρὴ πόμα καὶ σιτίον ἀπεπτότερα ποιέει· καὶ ἡ ἐπὶ τὰ ἕτερα αὖ μεταβολὴ διαλύει τὸ σῶμα καὶ ἑφθότητα καὶ καρηβαρίην ἐμποιέει· ἐπεὶ καὶ κοίτη παρὰ τὸ ἔθος μαλθακὴ πόνον ἐμποιέει· καὶ σκληρὴ παρὰ τὸ ἔθος καὶ ὑπαίθριος εὐνὴ παρὰ τὸ ἔθος σκληρύνει τὸ σῶμα.

μθ΄. Ὁ δὴ οὖν πλεῖστός μοι λόγος γέγονε περὶ τῆς μεταβολῆς τῆς διαίτης ἐπὶ τὰ καὶ ἐπὶ τά. ἐς πάντα μὲν οὖν εὔχρηστα ταῦτα εἰδέναι· ἀτὰρ καὶ περὶ οὗ ὁ λόγος ἦν, ὅτι ἐν τῇσι ὀξείῃσι νούσοισι ἐς τὰ ῥυφήματα μετα-

---

corpus etiam quiescat, oportet. Sed reliquo etiam corpori si e quiete multa subito ad graviorem accedat laborem, multo magis id nocebit, quam si e gravi labore subito ad quietem et ignaviam decidat: verum in his etiam venter a larga ciborum copia quiescat, oportet. Sin minus, aegritudinem corpori inducet et gravitatis sensum.

XLVIII. Vigiliae diu protractae potum et cibos crudos et concoctu difficiliores reddunt et transitus ad contrarium solvit corpus et debilitat et capitis gravitatem infert. Quippe lectus etiam praeter morem mollis aegritudinem parit; et durus praeter consuetudinem, et noctem sub dio transigere corpus indurat.

XLIX. Maximam igitur partem hucusque egi de mutatione victus rationis in hanc illamve partem. Et ad omnia quidem ista novisse expedit, verum etiam ad id, de quo sermo erat, medicos in morbis acutis a vasorum exinanitione ad sorbitiones transitum fa-

βάλλουσι ἐκ τῆς κενεαγγείης· [1] μεταβλητέον γὰρ ὡς ἐγὼ κελεύω ἤδη· ἔπειτα οὐ χρηστέον ῥυφήμασι πρὶν ἢ νοῦσος πεπανθῇ, ἢ ἄλλο τι σημεῖον φανῇ, ἢ κατ' ἔντερον κενεαγγικὸν, ἢ ἐρεθιστικὸν, ἢ κατὰ τὰ ὑποχόνδρια ὁκοῖα γεγράψεται σημεῖα.

ν'. Γλυκὺν δὲ οἶνον καὶ οἰνώδεα, καὶ λευκὸν καὶ μέλανα, καὶ μελίκρητον, καὶ ὕδωρ, καὶ ὀξύμελι, τοισίδε σημαινόμενον χρὴ διορίζειν ἐν τῇσι ὀξείῃσι νούσοισι. ὁ μὲν γλυκὺς ἧσσόν ἐστι καρηβαρικὸς τοῦ οἰνώδεος, καὶ ἧσσον φρενῶν ἁπτόμενος, καὶ διαχωρητικώτερος δή τι τοῦ ἑτέρου κατὰ τὸ ἔντερον, μεγαλόσπλαγχνος δὲ σπληνὸς καὶ ἥπατος· οὐκ ἐπιτήδειος δὲ, οὐδὲ τοῖσι πικροχόλοισι· καὶ γὰρ οὖν διψώδης τοῖσί γε τοιουτέοισί ἐστι. ἀτὰρ καὶ φυσώδης τοῦ ἐντέρου τοῦ ἄνω· οὐ μὴν [2] πολέμιός γε αὖ τῷ ἐντέρῳ τῷ κάτω, ὡς κατὰ λόγον τῆς φύ-

1) μεταβλητέον. ὡς ἐγώ. 2) πολέμιός τε ἦν.

---

cere: transeundum enim sicuti ego iam praecipio: tum vero non utendum sorbitionibus priusquam morbus sit coctus, vel aliud quoddam signum appareat circa intestina, vel nimiae evacuationis, vel irritationis, vel circa hypochondria, quae mox describentur, signa.

L. Vinum autem dulce et vinosum, et album et nigrum, et mulsam, et aquam, et acetum mulsum hisce signis distinguere oportet in morbis acutis. Dulce quidem minus quam vinosum capitis gravitatem infert et minus mentem percellit, tum etiam quodammodo facilius, quam alterum, per intestina descendit. Viscerum vero lienis et hepatis volumen adauget: neque iis conducit, qui bilem amaram habent redundantem, quippe eiusmodi naturis sitim quoque infert. Verum etiam flatus gignit in intestini parte superiori: nec tamen ab altera parte intestino inferiori inimicum, pro flatus nempe ratione. Quamquam qui a dulci

σης· καίτοι γε οὐ πάνυ πορίμη ἐστὶ ἡ ἀπὸ τοῦ γλυκέος οἴνου φῦσα, ἀλλ' ἐγχρονίζει περὶ ὑποχόνδριον. καὶ γὰρ οὖν ἧσσον οὗτος διουρητικὸς γίγνεται τὸ ἐπίπαν τοῦ οἰνώδεος λευκοῦ· πτυάλου δὲ μᾶλλον ἀναγωγός ἐστι τοῦ ἑτέρου ὁ γλυκύς. καὶ οἷσι μὲν διψώδης ἐστὶ πινόμενος, ἧσσον ἂν τούτοισι ἀνάγοι ἢ ὁ ἕτερος οἶνος, οἷσι δὲ μὴ διψώδης, μᾶλλον ἀνάγοι ἂν τοῦ ἑτέρου.

να'. Ὁ δὲ λευκὸς οἰνώδης οἶνος ἐπῄνηται μὲν καὶ ἔψεκται τὰ πλεῖστα καὶ τὰ μέγιστα ἤδη ἐν τῇ τοῦ γλυκέος οἴνου διηγήσει· ἐς δὲ κύστιν μᾶλλον πόριμος ἐὼν τοῦ ἑτέρου καὶ διουρητικὸς δ' ἐὼν καὶ καταῤῥηκτικὸς αἰεὶ [1] πουλλὰ προςωφελέει ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισι· καὶ γὰρ εἰ πρὸς ἄλλα ἀνεπιτηδειότερος τοῦ ἑτέρου πέφυκε, ἀλλ' ὅμως ἡ κατὰ κύστιν κάθαρσις ὑπ' αὐτέου γιγνομένη ῥύεται, ἣν προτρέπηται ὁκοῖα δεῖ. καλὰ δὲ ταῦτα τε-

1) πουλλὰ om.

---

vino procreatur flatus, is non facile descendit, sed circa praecordia remorari solet. Hoc igitur in universum minus urinas propellit quam album vinosum. Sputa vero melius educit altero vinum dulce, et quibus quidem sitim infert epotum, in his minus bene educet quam alterum vinum; quibus vero sitim non infert, melius quam alterum educet.

LI. Dulce autem vinum vinosum plurimum et maximam partem quidem laudatum est et vituperatum in expositione de vino dulci. Quum tamen altero facilius ad vesicam pervadat et urinae excretionem promoveat et confertim deorsum prorumpat, semper magnopere in his morbis iuvat. Nam etiamsi ad cetera altero minus sit idoneum, purgatio tamen per vesicam eius ope facta salutem adfert, quando qualia oportet educit. Sunt autem haec pulcerrima signa utilitatis et noxarum a vini usu profluentium, quae qui-

κμήρια ἐστι [1] τὰ περὶ οἴνου ὠφελείης καὶ βλάβης, ἅσσα ἀκαταμάθητα ἦν τοῖσι ἐμεῦ γεραιτέροισι.

νβ'. Κιῤῥῷ δὲ οἴνῳ καὶ μέλανι αὐστηρῷ ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισι ἐς τάδε ἂν χρήσαιο· εἰ καρηβαρίη μὲν μὴ ἐνείη, μηδὲ φρενῶν ἅψις, μηδὲ τὸ πτύαλον κωλύοιτο τῆς ἀνόδου, μηδὲ τὸ οὖρον ἴσχοιτο, τὰ διαχωρήματα δὲ πλαδαρώτερα καὶ ξυσματωδέστερα εἴη· ἐν δὴ τοῖσι τοιουτέοισι πρέποι ἂν μάλιστα μεταβάλλειν ἐκ τοῦ λευκοῦ καὶ ὁκόσα τουτέοισι ἐμφερέα. προςξυνιέναι δὲ δεῖ, ὅτι τὰ μὲν ἄνω πάντα καὶ τὰ κατὰ κύστιν ἧσσον βλάψει, ἢν ὑδαρέστερος ᾖ· τὰ δὲ κατ' ἔντερον μᾶλλον ὀνήσει, ἢν ἀκρητέστερος ᾖ.

νγ'. Μελίκρητον δὲ πινόμενον διὰ πάσης τῆς νούσου ἐν τῇσι ὀξείῃσι νούσοισι τὸ ἐπίπαν μὲν τοῖσι πικροχόλοισι καὶ μεγαλοσπλάγχνοισι ἧσσον ἐπιτήδειον, ἢ τοῖσι μὴ τοιούτοισί ἐστι· διψῶδές γε μὴν ἧσσον τοῦ γλυκέος οἴνου·

1) τέ.

---

dem incognita erant decessoribus meis.

LII. Vino vero fulvo et nigro austero in morbis istis tum uteris, cum capitis quidem gravitas inest nulla, neque mentis turbae, neque sputum, quo minus adscendat, prohibetur, neque urina retinetur, sed alvi recrementa sunt fluida nimis et plena ramentis. In tali casu omnino expedit ab albo, et quae huic generi proxime accedunt, ad alia transire. Insuper tenendum est superiores partes et quodcumque ad vesicam pertinet minus laesurum vinum, quod plus aquae admistum habet, intestinis vero magis etiam profuturum, quod est meracius.

LIII. Aqua autem mulsa per totum morborum acutorum decursum epota in universum quidem illis, qui amara bile redundant et viscera in tumorem sublata habent, minus idonea est, quam iis, qui contrario modo sese ha-

πνεύμονός τε γὰρ μαλθακτικόν ἐστι, καὶ πτυάλου ἀναγωγὸν μετρίως, καὶ βηχὸς παρηγορικόν· ἔχει γὰρ σμηγματῶδές τί, ὃ μᾶλλον τοῦ καιροῦ καταγλισχραίνει τὸ πτύαλον· ἔστι δὲ καὶ διουρητικὸν τὸ μελίκρητον ἱκανῶς, ἢν μή τι τῶν ἀπὸ σπλάγχνων κωλύῃ· καὶ διαχωρητικὸν δὲ κάτω χολωδέων, ἔστι μὲν ὅτε καλῶν, ἔστι δ' ὅτε κατακορεστέρων μᾶλλον τοῦ καιροῦ καὶ ἀφρωδεστέρων. μᾶλλον δὲ τὸ [1] τοιοῦτο τοῖσι χολώδεσί τε καὶ μεγαλοσπλάγχνοισι γίγνεται.

νδ'. Πτυάλου μὲν οὖν ἀναγωγὴν καὶ πνεύμονος μάλθαξιν τὸ ὑδαρέστερον μελίκρητον ποιέει μᾶλλον· τὰ μέντοι ἀφρώδεα διαχωρήματα καὶ μᾶλλον τοῦ καιροῦ κατακορέως χολώδεα, καὶ μᾶλλον θερμὰ, τὸ ἄκρητον μᾶλλον τοῦ ὑδαρέος ἄγει· τὸ δὲ τοιόνδε διαχώρημα ἔχει μὲν καὶ ἄλλα σίνεα μεγάλα· οὔτε γὰρ ἐξ ὑποχονδρίων καῦμα σβεννύει, ἀλλὰ ὁρμᾷ, δυςφορίην τε καὶ ῥιπτα-

1) τοιοῦτον.

---

bent; minus tamen sitim provocat, quam vinum dulce. Pulmonem nempe emollit et sputi exscreationem modice promovet, et tussim sedat. Habet enim detergentis quid, quod iusto magis glutinosum reddit sputum. Urinae autem excretionem aqua mulsa satis etiam incitat, nisi a visceribus impedimentum aliquod obsit; praeterea deorsum biliosa expurgat, subinde quidem probanda, interdum vero magis quam par est bile tincta et spumantia: in primis vero id biliosis contingit et illis, quibus viscera intumuerunt.

LIV. Mulsa igitur magis diluta melius sputa educit et pulmonem emollit. Alvi tamen recrementa spumantia et iusto magis bilis colore tincta et calidiora potius depellit sincera quam aquosa. Eiusmodi alvi egestio et alias quidem noxas habet et eas graves. Neque enim ardorem in praecordiis exstinguit, sed adauget et ut aegre homo habeat facit et ut artus huc illuc jactitet, tum etiam in-

σμὸν τῶν μελέων ποιέει, ἑλκῶδές τε ἐστὶ καὶ ἐντέρου καὶ ἕδρης· ἀλεξητήρια δὲ τουτέων γεγράψεται.

νε΄. Ἄνευ μὲν οὖν ῥυφημάτων μελικρήτῳ χρεόμενος ἀντ' ἄλλου ποτοῦ ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισι πολλὰ ἂν εὐτυχοίης καὶ οὐκ ἂν πολλὰ ἀτυχοίης· οἷσι δὲ δοτέον, καὶ οἷσι οὐ δοτέον τὰ μέγιστα εἴρηται, καὶ δι' ἃ οὐ δοτέον.

νς΄. Κατέγνωσται δὲ μελίκρητον ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, ὡς καταγυιοῖ τοὺς πίνοντας καὶ διὰ τοῦτο ταχυθάνατον εἶναι νενόμισται· ἐκλήθη δὲ τοῦτο διὰ τοὺς ἀποκαρτερέοντας· ἔνιοι γὰρ μελικρήτῳ μόνῳ χρέονται ποτῷ, ὡς τοιούτῳ δῆθεν ἐόντι· τὸ δὲ οὐ παντάπασι ὧδε ἔχει· ἀλλ' ὕδατος μὲν πολλῷ ἰσχυρότερόν ἐστι πινόμενον, μοῦνον εἰ μὴ ἐκταράσσοι τὴν κοιλίην· ἀτὰρ καὶ οἴνου λεπτοῦ καὶ ὀλιγοφόρου καὶ ἀνόδμου ᾗ μὲν ἰσχυρότερον, ᾗ δὲ ἀσθενέστερον. μέγα μὴν διαφέρει καὶ οἴνου καὶ μέλι-

---

testina et sedem exulcerat: a quibus omnibus quo modo aegrum impunem serves, brevi post exponetur.

LV. Quodsi igitur missis sorbitionibus pro alio potu aquam mulsam in his morbis exhibeas, multa feliciter tibi succedent nec saepe spe decides. Quibus vero danda sit et quibus non danda sit, maximam partem exposui, tum etiam quare non danda sit.

LVI. Aqua autem mulsa ab hominibus damnatur, quasi ipsam bibentes debilitet, quapropter brevi mortem adferre putatur. Nomen vero illud promeruit ab illis, qui inedia se ipsi conficiunt: nonnulli enim sola mulsa utuntur potu, perinde ac si potus re vera esset: quod tamen non ab omni parte verum est: sed epota multo quidem valentior est aqua, modo ne ventrem deturbet. Verum etiam vino albo et tenui, aquoso atque inodoro partim quidem valida magis, partim infirmior. Magnopere tamen, si vires spectes, inter se diversa reddit vinum et mel utriusque meracitas. Tamen si quis utrumque

τος ἀκρητότης ἐς ἰσχὺν ἀμφοῖν· ἀμφοτέρων δ' ὅμως τούτων, εἰ καὶ διπλάσιον μέτρον οἴνου ἀκρήτου πίνοι τις ἢ ὁκόσον μέλι ἐκλείχοι, πολλὸν ἂν δήπου ἰσχυρότερος εἴη ὑπὸ τοῦ μέλιτος, μοῦνον εἰ μὴ ταράσσοι τὴν κοιλίην· πολλαπλάσιον γὰρ καὶ τὸ κόπριον διεξίοι ἂν αὐτέῳ· εἰ μέντοι ῥυφήματι χρέοιτο πτισάνῃ, ἐπιπίνοι δὲ μελίκρητον, ἄγαν πλησμονῶδες ἂν εἴη καὶ φυσῶδες καὶ τοῖσι κατὰ τὰ ὑποχόνδρια σπλάγχνοισι ἀξύμφορον· προπινόμενον μέντοι πρὸ ῥυφημάτων μελίκρητον οὐ βλάπτει ὅκως μεταπινόμενον, ἀλλά τι καὶ ὠφελέει.

νζ'. Ἑφθὸν δὲ μελίκρητον ἐςιδεῖν μὲν πολλῷ κάλλιον τοῦ ὠμοῦ· λαμπρὸν γὰρ καὶ λεπτὸν καὶ λευκὸν καὶ διαφανὲς [1] γίγνεται· ἀρετὴν δὲ ἥντινα αὐτέῳ προςθέω διαφέρουσάν τι τοῦ ὠμοῦ οὐκ ἔχω· οὐδὲ γὰρ ἥδιόν ἐστι τοῦ ὠμοῦ, ἢν τυγχάνῃ γε τὸ μέλι καλὸν ἐόν· ἀσθενέστερον μέντοι γε τοῦ ὠμοῦ καὶ ἀκοπρωδέστερόν ἐστι, ὧν

1) γίγνεται om.

---

sumeret, et vel bis tantumdem vini meri biberet, quam mel delingeret, multo valentior is esset a mellis potione, modo ne ventrem conturbaret: multo enim plus stercoris ipsi prodibit. Quodsi tamen sorbitione utatur ptisana et multum insuper aquae mulsae bibat, valde replebitur et flatus gignet mulsa, et visceribus circa praecordia sitis nocebit. Ante sorbitiones autem epota non tantopere nocet, quam si postea bibatur, sed etiam quodammodo prodest.

LVII. Cocta vero aqua mulsa longe quidem pulcrior adspectu, quam cruda. Splendescit enim et tenuis fit, et albida, et pellucida. Virtutem vero, quam illi tribuam, a crudae facultate diversam, novi nullam. Neque enim gratior ad gustum est cruda, dummodo mel bonum sit. Infirmior tamen est cruda et minus stercoris in intestinis

οὐδετέρης τιμωρίης προςδέεται μελίκρητον. ἄγχιστα δὲ χρηστέον αὐτέῳ τοιῷδε ἐόντι, εἰ τὸ μέλι τυγχάνοι πονηρὸν ἐὸν καὶ ἀκάθαρτον καὶ μέλαν καὶ μὴ εὐῶδες· ἀφέλοιτο γὰρ ἂν ἡ ἕψησις τῶν κακοτήτων αὐτέου τὰ πλέονα τοῦ αἴσχεος.

νη'. Τὸ δὲ ὀξύμελι καλεύμενον ποτὸν πολλαχοῦ μὲν εὔχρηστον ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισι εὑρήσεις ἐόν· καὶ γὰρ πτυάλου ἀναγωγόν ἐστι καὶ εὔπνοον, καιροὺς μέντοι τοιούςδε ἔχει· τὸ μὲν γὰρ κάρτα ὀξὺ οὐδὲν ἂν μέζον ποιήσειε πρὸς τὰ πτύαλα, τὰ μὴ ῥηϊδίως ἀνιόντα· εἰ γὰρ ἀνάγοι μὲν τὰ [1] ἐγκέρχνοντα καὶ ὄλισθον ἐμποιήσειε, καὶ ὥςπερ διαπτερώσειε τὸν βρόγχον, παρηγορήσειε ἂν τὸν πνεύμονα· μαλθακτικὸν γὰρ αὐτέου· καὶ εἰ μὲν ταῦτα συγκυρήσειε, μεγάλην ἂν ὠφελείην ποιήσειε. ἔστι δ' ὅτε τὸ κάρτα ὀξὺ οὐκ ἐκράτησε τῆς ἀναγωγῆς τοῦ

1) ἐγκέρχοντα; et in marg. glossa ἐνεχόμενα.

---

relinquit: quarum virtutum neutra mulsae opus est, ut melior fiat. Maxime vero ita eam adhibere conducit, ubi mel pravum fuerit et impurum, et nigrum, et mali odoris. Coctio enim horum eius vitiorum noxas partem maximam adimet.

LVIII. Qui vero oxymel vocatur potus, eum saepe quidem in his morbis utilem esse videbis: nam et sputum educit et spirationem facilem reddit. Momenta tamen in eius usu observanda habet sequentia. Quod nempe valde acidum est, nequaquam plus contulerit ad sputorum non facile prodeuntium exscreationem. Quodsi enim quae bronchia aspera reddunt educeret et laevitatem efficeret atque asperam arteriam veluti expanderet, pulmonem omnino leniret; quippe hoc eum emollit: quae si contingerent, magnam utique adferret utilitatem. At vero interdum illud valde acidum impar fuit educendo sputo, quin etiam vel magis viscidum reddidit et nocuit. Prae

πτυάλου, ἀλλὰ προςεγλίσχρηνέ τε καὶ ἔβλαψε· μάλιστα δὲ τοῦτο πάσχουσι οἵπερ καὶ ἄλλως ὀλέθριοί εἰσι, καὶ ἀδύνατοι βήσσειν τε καὶ ἀποχρέμπτεσθαι τὰ ἐνεχόμενα. [1] ἐς μὲν οὖν τόδε προςτεκμαίρεσθαι χρὴ τὴν ῥώμην τοῦ κάμνοντος, καὶ, ἢν ἐλπίδα ἔχῃ, διδόναι· διδόναι δὲ, ἢν διδῷς, ἀκροχλίερον καὶ κατ' ὀλίγον τὸ τοιόνδε, καὶ μὴ λάβρως.

νθ'. Τὸ μέντοι ὀλίγον ὕποξυ ὑγραίνει μὲν τὸ στόμα καὶ φάρυγγα, ἀναγωγόν τε πτυάλου ἐστὶ καὶ ἄδιψον, ὑποχονδρίῳ δὲ καὶ σπλάγχνοισι τοῖσι ταύτῃ εὐμενές, καὶ τὰς ἀπὸ μέλιτος βλάβας κωλύει· τὸ γὰρ ἐν μέλιτι χολῶδες κολάζεται. ἔστι δὲ καὶ φυσέων καταῤῥηκτικὸν, καὶ ἐς οὔρησιν προτρεπτικόν· ἐντέρου μέντοι τῷ κάτω μέρεϊ πλαδαρώτερον, καὶ ξύσματα ἐμποιέει· ἔστι δ' ὅτε καὶ φλαῦρον τοῦτο ἐν τῇσι ὀξείῃσι νούσοισι γίγνεται, μάλιστα μὲν ὅτι φύσας κωλύει περαιοῦσθαι, ἀλλὰ πα-

1) ἓν μὲν οὖν τόδε, προςτεκμαίρεσθαι δὲ χρή.

---

ceteris vero hoc patiuntur qui alias etiam perniciose habent et nec tussire, nec retenta exscreare valent. Hac in re igitur aegri vires computandae sunt, atque ubi spes adest, exhibere oportet: quodsi vero exhibeas, tepidum omnino exhibendum et paulatim parca quantitate, neque affatim.

LIX. Quod tamen parum aceti admistum habet os quidem et guttur humectat, et sputum educit, et sitim restinguit; praecordiis vero et visceribus in illis sitis gratum est, arcetque noxas a melle oriundas: quod enim in melle est biliosum emendatur. Praeterea flatum prorumpit et urinae secretionem promovet. Inferiori tamen intestini parti humorem iusto copiosiorem infert et ramenta facit. Subinde vero hoc etiam pravum est in morbis acutis, praecipue quia flatus, quominus prodeant, impedit, et recurrere cogit. Tum vero etiam alias debilitat et extrema frigida

ʼλινδρομέειν ποιέει. ἔτι δὲ καὶ ἄλλως γυιοῖ καὶ τὰ ἀκρωτήρια ψύχει. ταύτην καὶ οἶδα μούνην τὴν δι' ὀξυμέλιτος γιγνομένην βλάβην, ἥτις καὶ ἀξίη γραφῆς.

ξʹ. Ὀλίγον δὲ τὸ τοιόνδε ποτὸν νυκτὸς μὲν καὶ νήστει πρὸ ῥυφήματος ἐπιτήδειον προπίνεσθαι, ἀτὰρ καὶ ὁκόταν πουλὺ μετὰ ῥόφημα ᾖ, οὐδὲν κωλύει πίνειν. τοῖσι δὲ ποτῷ μούνον διαιτωμένοισι ἄνευ ῥυφημάτων διὰ τόδε οὐκ ἐπιτήδειόν ἐστι αἰεὶ καὶ διὰ παντὸς χρέεσθαι τούτῳ, μάλιστα μὲν διὰ ξύσιν ἢ τρηχυσμὸν τοῦ ἐντέρου· ἄκοπρον γὰρ ἐὸν τι μᾶλλον ἐμποιέοι ἂν ταῦτα, κενεαγγείης παρεούσης· ἔπειτα δὲ καὶ τὸ μελίκρητον τῆς ἰσχύος ἀφαιρέοιτο ἄν. ἢν μέντοι ἀρήγειν φαίνηται πρὸς τὴν ξύμπασαν νοῦσον πολλῷ ποτῷ τούτῳ χρέεσθαι, ὀλίγον χρὴ τὸ ὄξος παραχέειν, ὅσον μοῦνον γιγνώσκεσθαι· οὕτω γὰρ καὶ ἃ φιλέει βλάπτειν, ἥκιστα ἂν βλάπτοι, καὶ ἃ δεῖται ὠφελείης, προςωφελοίη ἄν.

---

reddit. Hanc vero solam omnino novi noxam ex aceto mulso oriundam, quae digna sit, quae scriptis mandetur.

LX. Parcum vero eiusmodi potum nocte quidem et ieiunum ante sorbitionem bibere conducit: verum etiam diu post sorbitionem sumtam, quo minus bibas, nihil vetat. Quibus vero potus solus conceditur in victus ratione praescripta sine sorbitionibus, iis propterea in primis minus confert, semper et sine intermissione eo uti, quod intestina veluti abradit vel exasperat: quum enim stercus non habeat, magis talia inducet ubi adsit vasorum inanitio : tum vero etiam acetum mulsum de viribus detraxerit. Sin tamen ad universum morbum prodesse videatur largo potu eo uti, parva aceti quantitas adiicienda est, ita ut gustu vix dignoscatur. Sic enim quas noxas inferre solet minimum inferet, et quae auxilium sibi requirunt, iis proderit.

ξα΄. Ἐν κεφαλαίῳ δὲ εἰρῆσθαι αἱ ἀπὸ ὄξεος ὀξύτητες πικροχόλοισι μᾶλλον ἢ μελαγχολικοῖσι ξυμφέρουσι· τὰ μὲν γὰρ πικρὰ διαλύεται καὶ ἐκφλεγματοῦται· τὰ δὲ μέλανα ζυμοῦται καὶ μετεωρίζεται, καὶ πολλαπλασιοῦται μετεωριζόμενα ὑπ᾽ αὐτέου· ἀναγωγὸν γὰρ μελάνων ὄξος. γυναιξὶ δὲ τὸ ἐπίπαν πολεμιώτερον ἢ ἀνδράσι ὄξος· ὑστεραλγὲς γάρ ἐστι.

ξβ΄. Ὕδατι δὲ ποτῷ ἐν τῇσι ὀξέῃσι νούσοισι ἄλλο μὲν οὐδὲν ἔχω ἔργον, ὅ τι προςθέω· οὔτε γὰρ βηχὸς παρηγορικόν ἐστι ἐν τοῖσι περιπνευμονικοῖσι, οὔτε πτυάλου ἀναγωγὸν, ἀλλ᾽ ἧσσον τῶν ἄλλων, εἴ τις διὰ παντὸς ὕδατι ποτῷ χρέοιτο· μεσηγὺ μέντοι ὀξυμέλιτος καὶ μελικρήτου ὕδωρ ἐπιῤῥοφεόμενον ὀλίγον πτυάλου ἀναγωγόν ἐστι διὰ τὴν μεταβολὴν τῆς ποιότητος τῶν ποτῶν· πλημμυρίδα γάρ τινα ἐμποιέει· ἄλλως δὲ οὐδὲ δίψαν παύει, ἀλλ᾽ ἐπιπικραίνει· χολῶδες γὰρ φύσει χολώδεϊ καὶ ὑπο-

---

LXI. Ut vero verbo dicam, qui in aceto inest, acor magis illis conducit, qui amara bile redundant, quam illis, qui nigra. Amara enim dissolvuntur et in pituitam convertuntur; nigra vero fermentantur et sublimia feruntur et ab eo sublata multis partibus augentur: acetum enim nigra sursum ducit. At mulieribus in universum magis nocet acetum quam viris, quippe uteri dolorem parit.

LXII. Aquae autem quam tribuam virtutem, praeterquam quod potus sit in morbis acutis idoneus, video nullam. Neque enim tussim sedat in illis, quibus pulmo incenditur, nec sputa educit, sed minus quam alia haec praestat, si quis per totum morbum aqua tanquam potu utatur. Inter acetum mulsum vero et aquam mulsam ipsa aqua cum hisce sorpta parumper sputum educit, ob vicissitudinem qualitatum harum potionum: redundantem enim humorem gignit: ceterum vero nec sitim restinguit, sed os amarum reddit. Est enim biliosa illis, qui natura biliosi

χονδρίῳ κακόν. καὶ κάκιστον ἑωυτοῦ καὶ χολωδέστατον καὶ φιλαδυναμώτατον, ὅταν ἐς κενεότητα ἐςέλθῃ· καὶ σπληνὸς δὲ αὐξητικὸν καὶ ἥπατός ἐστι, ὁκόταν πεπυρωμένον ᾖ· καὶ ἐγκλυδαστικόν τε καὶ ἐπιπολαστικόν· βραδύπορόν τε γάρ ἐστι διὰ τὸ ὑπόψυχρον καὶ ἄπεπτον εἶναι, καὶ οὔτε διαχωρητικὸν, οὔτε διουρητικόν· προςβλάπτει δέ τι καὶ διὰ τόδε, ὅτι ἄκοπρόν ἐστι φύσει· ἢν δὲ δὴ καὶ ποδῶν ποτε ψυχρῶν ἐόντων ποθῇ, πάντα ταῦτα πολλαπλασίως βλάπτει, ἐς ὅ τι ἂν αὐτέων ὁρμήσῃ.

ξγ'. Ὑποπτεύσαντι μέντοι ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισι ἢ καρηβαρίην ἰσχυρὴν, ἢ φρενῶν ἅψιν, παντάπασι οἴνου ἀποσχετέον· ὕδατι δὲ ἐν τῷ τοιῷδε χρηστέον, ἢ ὑδαρέα καὶ κιῤῥὸν παντελῶς δοτέον οἶνον καὶ ἄνοσμον παντάπασι, καὶ μετὰ τὴν πόσιν αὐτοῦ ὕδωρ μεταποτέον ὀλίγον· οὕτω γὰρ ἂν ἧσσον τὸ ἀπὸ τοῦ οἴνου μένος ἅπτοιτο

sunt, et praecordiis nocet. pessima vero et maxime biliosa et maxime vires adimens, quando in vacuum corpus incidit. Praeterea lienis et hepatis volumen adauget, quando cocta est, et fluitat intus et supernatat; aegre enim per intestina progreditur, quia subfrigida et digestu difficilis est, tum neque alvum neque urinas ciet. Nocet etiam quodammodo propterea, quod natura sua stercoris expers est. Quodsi vero insuper pedibus frigentibus bibatur, omnes has noxas multo magis inferet, ad quamcumque illarum maxime vergat.

LXIII. Qui tamen in his morbis insignem capitis gravitatem mentisve turbas a vini usu exspectet, is nae ab illo abstineat. Verum tum aqua exhibenda est, vel vinum dandum admodum aquosum et inodorum prorsus, quo epoto aquae tantillum superbibendum est: quippe ita vini vis minus facile caput tanget et mentem perturbabit. In quibus vero horum morborum

τῆς τε κεφαλῆς καὶ τῆς γνώμης. ἐν οἷσι δὲ μάλιστα αὐτέων ὕδατι ποτῷ χρηστέον, καὶ ὁκότε πολλῷ κάρτα, καὶ ὅκου μετρίῳ, καὶ ὅκου ψυχρῷ, καὶ ὅκου θερμῷ τὰ μέν που πρόσθεν εἰρέαται, τὰ δὲ ἐν αὐτέοισι τοῖσι καιροῖσι ῥηθήσεται.

ξδʹ. *Κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ποτῶν, οἷον τὸ κρίθινον, καὶ τὰ ἀπὸ χλοιῆς ποιεύμενα, καὶ τὰ ἀπὸ σταφίδος, καὶ στεμφύλων, καὶ πυρῶν, καὶ κνήκου, καὶ μύρτων, καὶ ῥοιῆς, καὶ τῶν ἄλλων, ὅτε οὖν ἄν τινος αὐτέων καιρὸς ᾖ χρέεσθαι, γεγράψεται παρ᾽ αὐτέῳ τῷ νουσήματι, ὅκως περ καὶ τἆλλα τῶν ξυνθέτων φαρμάκων.*

ξεʹ. *Λουτρὸν δὲ ἐν συχνοῖσι τῶν νουσημάτων ἀρήγοι ἂν χρεομένοισι, ἐς τὰ μὲν ξυνεχέως, ἐς τὰ δὲ οὔ. ἔστι δὲ ὅτε ἧσσον χρηστέον διὰ τὴν ἀπαρασκευασίην τῶν ἀνθρώπων. ἐν ὀλίγῃσι γὰρ οἰκίῃσι παρεσκεύασται τὰ ἄρμενα καὶ οἱ θεραπεύοντες, ὡς δεῖ· εἰ δέ μὴ παγκάλως λοῦοι-*

---

praecipue aquae potione utendum sit et quando magna, quando modica quantitate, et quando frigida, et quando calida, partim quidem supra dictum est, partim vero suo tempore dicetur.

LXIV. Eodem autem modo, quod ad ceteros potus attinet, veluti ille, qui ex hordeo conficitur, et qui parantur ex herbis virentibus et uva passa et vinaceis et tritico et cnico et myrti fructu et malo punico et aliis, quando quis opportune eos adhibeat, hac de re monebitur ad ipsum morbum, in quo usu veniunt, quemadmodum de ceteris etiam, quae composita medicamina tangunt.

LXV. Balneum autem in multis morbis proderit iis, qui eo utantur, partim continuo adhibitum, partim minus. Interdum vero aegre administrari potest, quia homines ad hanc rem non sunt parati. In paucis enim aedibus instrumenta et ministri, uti decet, in promtu sunt. Quod si balneum non ab omni parte

το, [1] βλάπτοι γ' ἂν οὐ σμικρά· καὶ γὰρ σκέπης ἀκάπνου δεῖ, καὶ ὕδατος δαψιλέος, καὶ τοῦ λουτροῦ συχνοῦ καὶ μὴ λίην λάβρου, ἤν γε μὴ οὕτω δέῃ· καὶ μᾶλλον μὲν μὴ σμήχεσθαι· ἢν δὲ σμήχηται, θερμῷ χρέεσθαι αὐτέῳ καὶ πολλαπλασίῳ ἢ ὡς νομίζεται σμήγματι, καὶ προκαταχέεσθαι μὴ ὀλίγῳ καὶ ταχέως μετακαταχέεσθαι. δεῖ δὲ καὶ τῆς ὁδοῦ βραχείης ἐς τὴν πύαλον καὶ ἐς εὐέμβατον καὶ ἐς εὐέκβατον· εἶναι δὲ καὶ τὸν λουόμενον κόσμιον καὶ σιγηλὸν καὶ μηδὲν αὐτὸν προςεξεργάζεσθαι, ἀλλ' ἄλλους καὶ καταχέειν καὶ σμήχειν· καὶ μετακέρασμα πολλὸν ἡτοιμάσθαι, καὶ τὰς ἐπαντλήσιας ταχείας ποιέεσθαι· καὶ σπόγγοισι χρέεσθαι ἀντὶ στλεγγίδος, καὶ μὴ ἄγαν ξηρὸν χρίεσθαι τὸ σῶμα. κεφαλὴν μέντοι ἀνεξηράνθαι χρὴ ὡς οἷόν τε μάλιστα ὑπὸ σπόγγου ἐκμασσομένην, καὶ μὴ διαψύχεσθαι τὰ ἄκρα, μήτε τὴν κεφαλὴν,

1) βλάπτοιντο ἄν.

---

bene administretur, non parvum inferet damnum: nempe et tecto opus est a fumo libero et aqua multa et frequenti adfusione neque admodum larga, nisi hoc quidem requiratur. Et praestat quidem non detergere, sin vero detersionem adhibeas, medicamento detergente utendum est calefacto et multo copiosiori quam quo vulgo utuntur, tum adfusio fiat minime parca ante detersionem, et cito iterum post peractam. Praeterea etiam brevis via requiritur ad solium, idque eiusmodi ut facilis sit aditus, item exitus facilis. Oportet etiam illum, qui lavatur, moderate se habere et tacere, neque ipsum aliud quid agere quam ut lavari se patiatur, sed alios tum adfundere, tum detergere. Aquam etiam temperati caloris paratam habere debes multam, et brevibus intervallis illam adfundere, et spongiis pro strigili uti, et corpus non penitus siccum inunguere. Caput tamen quam maxime fieri possit resiccare oportet spongia de-

μήτε τὸ ἄλλο σῶμα· καὶ μήτε νεοῤῥύφητον, μήτε νεόποτον λοῦεσθαι, μήτε ῥυφῆν, μήτε πίνειν ταχὺ μετὰ τὸ λουτρόν.

ξς'. Μέγα μὲν δὴ μέρος χρὴ νέμειν τῷ κάμνοντι, ἢν ὑγιαίνων ᾖ φιλόλουτρος ἄγαν καὶ εἰθισμένος λοῦεσθαι. καὶ γὰρ ποθέουσι μᾶλλον οἱ τοιοίδε, καὶ ὠφελέονται λουσάμενοι, καὶ βλάπτονται [1] μὴ λουσάμενοι. ἁρμόζει δὲ ἐν περιπνευμονίῃσι μᾶλλον ἢ ἐν καύσοισι τὸ ἐπίπαν· καὶ γὰρ ὀδύνης τῆς κατὰ πλευρὴν καὶ στήθεος καὶ μεταφρένου παρηγορικόν ἐστι τὸ λουτρὸν, καὶ πτυάλου πεπαντικὸν καὶ ἀναγωγὸν καὶ εὔπνοον καὶ ἄκοπον· μαλθακτικὸν γὰρ καὶ ἄρθρων καὶ τοῦ ἐπιπολαίου δέρματος· καὶ οὐρητικὸν δὲ καὶ καρηβαρίην λύει, καὶ ῥῖνας ὑγραίνει.

ξζ'. Ἀγαθὰ μὲν οὖν λουτρῷ τοσαῦτα πάρεστι, ὧν

1) οἱ μὴ λουσάμενοι.

---

tersum, neque refrigerare extremitates, neque caput, neque reliquum corpus : praeterea neque brevi post sorbitiones, neque brevi post potiones, lavare oportet, neque brevi post balneum tempore sorbere, neque bibere.

LXVI. Magnam tamen partem in balnei usu aegrotanti tribuere oportet, nempe num sanus balneum magnopere expetiverit et eo uti sit solitus. Hi enim cum magis id sibi expetunt, tum maiorem inde percipiunt utilitatem, eoque carentes magis laeduntur. In universum autem ad pulmonis inflammationes magis accommodatum est quam ad febres ardentes. Nempe dolorem lateris et pectoris et dorsi sedat balneum, et sputum ad maturitatem perducit, eiusque exscreationem promovet, et facilem reddit spirationem, et lassitudinis sensum adimit : mollit enim tum articulos, tum cutis superficiem et urinas provocat et capitis gravitatem solvit et nares humectat.

LXVII. Itaque tot bona

πάντων δεῖ. ἢν μέντοι τῆς παρασκευῆς ἔνδειά τις ᾖ ἑνὸς ἢ πλεόνων, κίνδυνος μὴ λυσιτελέειν τὸ λουτρὸν, ἀλλὰ μᾶλλον βλάπτειν· ἓν γὰρ ἕκαστον αὐτέων μεγάλην φέρει τὴν βλάβην, μὴ παρασκευασθὲν ὑπὸ τῶν ὑπουργῶν, ὡς δεῖ. ἥκιστα δὲ λούειν καιρὸς τούτους, οἷσι ἡ κοιλίη ὑγροτέρη τοῦ καιροῦ ἐν τῇσι νούσοισι· ἀτὰρ οὐδὲ οἷσι ἕστηκε μᾶλλον τοῦ καιροῦ καὶ μὴ προδιελήλυθε· οὐδὲ δὴ τοὺς γεγυιωμένους χρὴ λούειν, οὐδὲ τοὺς ἀσώδεας, ἢ ἐμετικοὺς, οὐδὲ τοὺς ἐπανερευγομένους χολῶδες, οὐδὲ τοὺς ἐκ ῥινῶν αἱμοῤῥαγέοντας, εἰ μὴ ἔλασσον τοῦ καιροῦ ῥέοι· τοὺς δὲ καιροὺς οἶδας· εἰ δὲ ἔλασσον τοῦ καιροῦ ῥέοι, λούειν, ἤν τε ὅλον τὸ σῶμα πρὸς τὰ ἄλλα ἀρήγῃ, ἤν τε τὴν κεφαλὴν μοῦνον.

ξη'. Ἢν οὖν αἵ τε παρασκευαὶ ἔωσι ἐπιτήδειοι καὶ ὁ κάμνων μέλλῃ εὖ δέξασθαι τὸ λουτρὸν, λούειν χρὴ ἑκάστης ἡμέρης· τοὺς δὲ φιλολουτρέοντας οὐδ' εἰ δὶς τῆς

---

balnei usus adfert, quibus omnibus opus est. Quodsi tamen unum vel plura deficiant eorum, quae ad id instruendum requiruntur, periculum est, ne potius laedat balneum quam prosit. Unumquodque horum enim a ministris non ita, uti decet, paratum magnum adfert damnum. Minime vero consentaneum lavare eos, quibus alvus in morbis iusto fluidior sit: nec vero quibus diutius restiterit, nec subierit ante. At neque valde debilitatos lavare expedit nec stomachi fastidio tentatos, aut vomiturientes, neque eos, qui biliosa eructent, nec qui sanguinem e naribus fundant, nisi parcius effluat quam pro ratione symptomatum, quorum rationes novisti; sin vero nimis parce fluat, lavare oportet, sive ceterum prosit totum corpus lavare, sive caput solummodo.

LXVIII. Quodsi ergo apparatus idoneus sit et exspectes fore ut aeger balneum bene ferat, quotidie eum lavare oportet: balnei amantes autem etiamsi bis de die laves, non laedes tamen. Balneis

ἡμέρης λούοις, οὐδὲν ἂν βλάπτοις. χρέεσθαι δὲ λουτροῖσι τοῖσι οὔλῃσι πτισάνῃσι χρεομένοισι παραπουλὺ μᾶλλον ἐνδέχεται, ἢ τοῖσι χυλῷ μοῦνον χρεομένοισι· ἐνδέχεται δὲ καὶ τουτέοισι ἐνίοτε· ἥκιστα δὲ τοῖσι ποτῷ [1] μοῦνον χρεομένοισι· ἔστι δὲ καὶ οἷσι τουτέων ἐνδέχεται. τεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ τοῖσι προγεγραμμένοισι οὕς τε μέλλει λουτρὸν ὠφελέειν ἐν ἑκάστοισι τῶν τρόπων τῆς διαίτης, οὕς τε μή· οἷσι μὲν γὰρ προςδέεταί τινος κάρτα τουτέων, ὁκόσα λουτρὸν ἀγαθὰ ποιέει, καὶ πρόςεστι αὐτέοισι ὅσα ἂν λουτρῷ ὠφελέηται, δεῖ λούειν· οἷσι δὲ τουτέων μηδενὸς προςδεῖ, καὶ πρόςεστι αὐτέοισι τῶν σημείων, ἐφ' οἷσι λούεσθαι οὐ ξυμφέρει, οὐ δεῖ λούειν.

1) μοῦνον οὐ χρ.

---

vero uti multo magis expedit iis, qui integram ptisanam sumunt, quam cremorem tantum sorbentibus. Interdum tamen his quoque expedit. Minime vero illis, qui potu modo utuntur, sunt tamen etiam inter hos, quibus illo uti licet. Iam vero ex supra dictis coniectura efficere oportet, quibus in singulis victus rationis modis balneum sit profuturum et quibus non sit profuturum. Quibus enim admodum opus sit aliquo bono ex iis, quae balneum adferre possit, et insint ea vitia quibus balneum medeatur, eos lavare oportet; quibus vero horum nullo opus sit et signa insint, quibus praesentibus lavare non expediat, eos non lavare oportet.

ΝΟΘΑ.

α΄. Καῦσος γίγνεται, ὁκόταν ἀναξηρανθέντα τὰ φλέβια ἐν θερινῇ ὥρῃ ἐπισπάσηται δριμέας καὶ χολώδεας ἰχῶρας ἐς ἑωυτά· καὶ πυρετὸς πουλὺς ἴσχει, [1] τό τε σῶμα ὡς ὑπο κόπου ἐχόμενον κοπιᾷ καὶ ἀλγέει. γίγνεται δὲ ὡς ἐπιτοπουλὺ καὶ ἐκ πορείης μακρῆς καὶ δίψεος μακροῦ, ὁκόταν ἀναξηρανθέντα τὰ φλέβια δριμέα καὶ θερμὰ ῥεύματα ἐπισπάσηται. γίγνεται δὲ ἡ γλῶσσα τρηχείη καὶ ξηρὴ καὶ μέλαινα κάρτα· καὶ τὰ περὶ τὴν νηδὺν δακνόμενος ἀλγέει· τά τε ὑποχωρήματα ἔξυγρα καὶ ὠχρὰ γίγνεται, καὶ δίψαι σφοδραὶ ἔνεισι, καὶ ἀγρυπνίη, ἐνίοτε δὲ καὶ παραλλάξιες φρενῶν. τῷ τοιῷδε δίδου πίνειν ὕδωρ τε καὶ μελίκρητον ἑφθὸν ὑδαρὲς, ὁκόσον ἐθέλει· καὶ

1) τό τε σῶμα ὑπὸ κόπου ἐχ.

ADDITAMENTA SPURIA.

I. Febris ardens exoritur, quando venulae aestatis tempore resiccatae acres et biliosos humores ad se attraxerunt; quo facto vehemens febris aegrum occupat et corpus veluti lassitudine defatigatur et dolet. Fit autem plerumque etiam e longo itinere et siti protracta, quum venulae resiccatae acres et calidos fluxiones attraxerint. Fit autem lingua aspera et sicca, et valde nigra, et ventriculi morsu aeger laborat, alvique deiectiones fiunt liquidae et pallidae, et vehemens inest sitis, et vigiliae et mentis perturbationes quoque interdum. Ita se habenti aquam bibendam exhibeas, et mulsae coctae dilutae quantum velit. Quod si os etiam amarum fiat, vomitus et alvum subluere conducit.

ἢν πικρὸν τὸ στόμα γίγνηται, ἐμέειν ξυμφέρει καὶ τὴν κοιλίην ὑποκλύσαι· ἢν δὲ μὴ πρὸς ταῦτα λύηται, γάλα ὄνου ἕψησας κάθαιρε. ἁλμυρὸν δὲ μηδὲν, μηδὲ δριμὺ προςφέρειν, οὐ γὰρ ὑποίσει· ῥύφημα δὲ, ἔςτ' ἂν ἔξω τῶν κρισίμων γένηται, μὴ δίδου· καὶ ἢν αἷμα ἐκ τῆς ῥινὸς ῥυῇ, λύεται τὸ πάθος· καὶ ἢν ἱδρῶτες ἐπιγένωνται κριτικοὶ γνήσιοι μετ' οὔρων παχέων, λευκῶν καὶ λείων, ὑφισταμένων, καὶ ἢν ἀπόστημά τι γένηται· ἢν δ' ἄνευ τούτων λυθῇ, ὑποστροφὴ πάλιν ἔσται τῆς ἀῤῥωστίης, ἢ ἰσχίου, ἢ σκελέων ἄλγημα ξυμβήσεται καὶ πτύσεται παχέα, ἢν μέλλῃ ὑγιὴς ἔσεσθαι.

β'. Καύσου γένος ἄλλο.

Κοιλίη ὑπάγουσα δίψης μεστὴ, γλῶσσα τρηχείη, ξηρὴ, ἁλυκώδης· οὔρων ἀπόληψις· ἀγρυπνίη· ἀκρωτήρια ἐψυγμένα. τῷ τοιούτῳ, ἢν μὴ αἷμα ἐκ ῥινὸς ῥυῇ, ἢ ἀπόστημα περὶ τράχηλον γένηται, ἢ σκελέων ἄλγημα,

---

Sin autem ad haec remedia non solvatur, lacte asinino cocto purga. Salsi vero acrisve ne quid adhibe; neque enim feret. Sorbitionem vero, antequam dies critici praeterierint, ne concedas. Quodsi e naribus sanguis fluat, morbus solvitur: et quum sudores vere critici oboriantur cum urinis crassis, albis ac laevibus, subsidentibus: et, si quis abscessus fiat. Sin vero sine hisce solvatur, morbus revertetur, vel dolor incidet coxae, vel crurum, et sputa prodibunt crassa, si quidem in fatis sit, ut servetur aeger.

II. Aliud genus febris ardentis.

Venter fluit et sitis plenus est, lingua aspera, arida, salsusque eius sapor: urinae interceptio est, vigiliae, extrema corporis frigent. Ita se habenti, nisi sanguis e naribus effluat, vel abscessus ad collum fiat, vel crurum dolor, vel sputa crassa eiiciat, (qua-

καὶ πτύσματα παχέα πτύσῃ, (ταῦτα δὲ ξυστάσης τῆς κοιλίης γίγνεται, ἢ ἰσχίου ὀδύνη, ἢ αἰδοίου πελίωμα,) οὐ κρίνεται· καὶ ὄρχις ἐνταθεὶς ʽκριτικόν. ῥυφήματα ἐπισπαστικὰ δίδου.

γʹ. Τὰ ὀξέα παθέα φλεβοτομήσεις, ἢν ἰσχυρὸν φαίνηται τὸ νούσημα, καὶ οἱ ἔχοντες ἀκμάζωσι τῇ ἡλικίῃ, καὶ ῥώμη παρῇ αὐτέοισι. ἢν μὲν οὖν σύναγχος ᾖ, ἐκλεικτοῖσι ἀνακάθαιρε, [1] ἢν τ' ἄλλο τι τῶν πλευριτικῶν· ἢν δὲ ἀσθενέστεροι φαίνωνται, ἢ καὶ πλέον τοῦ αἵματος ἀφέλῃς, κλυσμῷ κάτω κατὰ κοιλίην χρέεσθαι διὰ τρίτης ἡμέρης, ἕως ἂν ἐν ἀσφαλείῃ γένηται ὁ νοσέων· καὶ λιμῷ, εἰ καὶ λιμοῦ χρήζοι.

δʹ. Φλεγμαίνοντα ὑποχόνδρια, πνευμάτων ἀπολήψει φρενῶν ἐντάσιες, πνεύματος προςτάσιες ὀρθοπνοίης ξηρῆς, οἷσι μὴ πῦον ὕπεστι, ἀλλὰ ὑπὸ πνευμάτων ἀπο-

1) εἴ τ' ἄλλο τῷ πλευριτικῷ.

---

lia alvo subsistente contingunt, vel dolor coxae etiam, vel pudendi livor,) iudicio non absolvitur: ad iudicium confert quoque inflammatione distentus testiculus. Sorbitiones administra, quibus attrahantur humores.

III. Morbos acutos venae sectione curabis, si vehemens videatur morbus, illoque laborantes sint in aetatis flore, viresque sint integrae. Quodsi igitur angina vel alio quodam morbo pleuritico laboret, sursum purgandus est medicamentis, quae lingendo sumuntur. Sin autem debiliores esse videantur, vel maiorem etiam sanguinis copiam detraxeris, clysterem ad alvum movendam infra adhibeas tertio quoque die, donec in tuto sit aeger: etiam abstinentiam a cibis, si hac quoque opus sit.

IV. Praecordia inflammata, tensiones septi transversi a spirituum interceptione, spiritus tensiones in spiratione erecto cervice, in iis, quibus intro pus non sit subortum, sed quibus propter spirituum

λήψιος τὰ παθήματα ταῦτα ὑπογίνεται, μάλιστα δὲ ἥπατος περιωδυνίαι, καὶ σπληνὸς βάρεα, καὶ ἄλλαι φλεγμασίαι τε καὶ ὑπὲρ φρενῶν περιωδυνίαι, καὶ ξυστροφαὶ νουσημάτων, οὐ δύνανται λύεσθαι, ἥν τις πρῶτον ἐπιχειρέῃ φαρμακεύειν· ἀλλὰ φλεβοτομίη τῶν τοιῶνδε ἡγεμονικόν ἐστι· ἔπειτα δὲ ἐπὶ κλυσμὸν, ἢν μὴ μέγα καὶ ἰσχυρὸν τὸ νούσημα ᾖ· εἰ δε μὴ, ὕστερον καὶ φαρμακείης δεῖ· δέεται δὲ ἀσφαλείης καὶ μετριότητος μετὰ φαρμακείης φλεβοτομίη.

ε΄. Ὁκόσοι δὲ τὰ φλεγμαίνοντα ἐν ἀρχῇ τῶν νούσων εὐθέως ἐπιχειρέουσι λύειν φαρμακείῃ, τοῦ μὲν ξυντεταμένου καὶ φλεγμαίνοντος οὐδὲν ἀφαιρέουσι· οὐ γὰρ ἐνδιδοῖ ὠμὸν ἐὸν τὸ πάθος· τὰ δὲ ἀντέχοντα τῷ νουσήματι καὶ ὑγιεινὰ ξυντήκουσι· ἀσθενέος δὲ τοῦ σώματος γενομένου, τὸ νούσημα ἐπικρατέει· ὁκόταν δὲ τὸ νούσημα ἐπικρατήσῃ τοῦ σώματος, τὸ τοιόνδε ἀνιήτως ἔχει.

---

interceptionem haec mala oboriuntur; maxime vero hepatis dolores, et lienis gravitas, et aliae inflammationes et dolores in locis supra septum transversum, morborumque ibi loci sedem habentium continua praesentia, dissolvi nequeunt, si quis primum medicamine purgante eos adgrediatur: verum venae sectio in hisce primum est remedium et princeps: dein ad clysma deveniendum, nisi magnus sit morbus et vehemens, qualis si sit, postea etiam purgatione opus est. Tuta tamen et modica purgatio sit oportet, quae cum venae sectione coniungatur.

V. Quicumque vero inflammationes statim initio morbi purgatione solvere tentant, ii tensioni quidem et inflammationi nihil adimunt: neque enim cedit morbus, quum crudus sit: sed quae morbo resistunt et sana sunt, consumunt: debilitato vero corpore, morbus superior evadit, qui quando corpus vicit, hoc sanari nullo modo potest.

VI. Si quis derepente voce

ϛ'. Τὸ δὲ ἄφωνον τινὰ ἐξαίφνης γενέσθαι, φλεβῶν ἀπολήψιες λυπέουσι, ἢν ὑγιαίνοντι τόδε ξυμβῇ ἄνευ προφάσιος. φλεβοτομέειν οὖν χρὴ τὸν βραχίονα τὸν δεξιὸν, τὴν ἔσω φλέβα, καὶ ἀφαιρέειν τοῦ αἵματος κατὰ τὴν ἕξιν καὶ τὴν ἡλικίην διαλογιζόμενον τὸ πλέον καὶ τὸ ἔλασσον. ξυμπίπτει δὲ τοῖσι πλείστοισι αὐτέων τοιάδε· ἐρυθήματα προσώπου, καὶ ὀμμάτων στάσιες, καὶ χειρῶν διατάσιες, τρισμοὶ ὀδόντων, σφυγμοὶ, σιηγόνων συναγωγὴ, καὶ κατάψυξις ἀκρωτηρίων.

ζ'. Πνευμάτων ἀπολήψεσι ἀνὰ τὰς φλέβας ὁκόταν ἀλγήματα προσγένηται, μελαίνης χολῆς καὶ δριμέων ῥευμάτων ἐπιῤῥύσιες γίγνονται· ἀλγέει δὲ τὰ ἐντὸς δακνόμενος· δηχθεῖσαι δὲ καὶ λίην ξηραὶ γενόμεναι αἱ φλέβες ἐντείνονταί τε καὶ φλεγμαίνονται, καὶ ἐπισπῶνται τὰ ἐπιῤῥέοντα· ὅθεν διαφθαρέντος τοῦ αἵματος καὶ τῶν πνευμάτων οὐ δυναμένων ἐν αὐτῇσι τὰς κατὰ φύσιν

---

destituatur et sine causa manifesta id contingat, venarum interceptiones malum inducunt; itaque vena secanda brachii dextri interna, et sanguis detrahendus, quantitatis sive maioris sive minoris subducta ratione secundum aetatem et habitum corporis. Eorum autem plerisque talia contingunt: faciei rubores, oculorum immobilitas, manuum distentiones, stridor dentium, pulsus venarum, maxillarum ad se invicem adductio et extremorum refrigeratio.

VII. Quando spirituum in venis interceptionibus dolores accedunt, atrae bilis et acrium humorum adfluxus fiunt: partes autem internae tanquam a morsu dolent: derosae vero et admodum arefactae venae tenduntur, et inflammantur, et humores adfluentes adtrahunt, unde, corrupto sanguine, et spiritibus in illis solitas secundum naturam vias pervadere nequeuntibus, refrigerationes fiunt, sistente sanguine, et vertigo, et vocis defectus, et capitis gravitas, vel convulsiones etiam, si

δδοὺς βαδίζειν, καταψύξιές τε γίγνονται ὑπὸ τῆς στάσιος, καὶ σκοτώσιες, καὶ ἀφωνίη, καὶ καρηβαρίη, ἢ καὶ σπασμοὶ, ἢν ἤδη ἐπὶ τὴν καρδίην, ἢ τὸ ἧπαρ, ἢ ἐπὶ τὴν φλέβα ἔλθῃ· ὅθεν ἐπίληπτοι γίγνονται, ἢ παραπλῆγες, ἢν ἐς τοὺς περιέχοντας τόπους ἐμπέσῃ τὰ ῥεύματα, καὶ ὑπὸ τῶν πνευμάτων οὐ δυναμένων διεξιέναι καταξηρανθῇ.

η'. Ἀλλὰ χρὴ τοὺς τοιούτους προπυριῶντα φλεβοτομέειν ἐν ἀρχῇ εὐθέως, μετεώρων ἐόντων πάντων τῶν λυπεόντων πνευμάτων καὶ ῥευμάτων· εὐβοηθότερα γάρ ἐστι· καὶ ἀναλαμβάνοντα, καὶ τὰς κρίσιας ἐπιθεωρέοντα φαρμακεύειν, ἢν μὴ κουφίζηται, ἄνω· τὴν δὲ κάτω κοιλίην, ἢν μὴ ὑποχωρέῃ, κλυσμῷ· ἢ ὄνου γάλα ἑφθὸν δίδου, καὶ πινέτω μὴ ἔλασσον δώδεκα κοτυλῶν· ἢν δὲ ῥώμη περιέχῃ, πλεῖον ἑκκαίδεκα.

θ'. Σύναγχος δὲ γίνεται, ὁκόταν ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥεῦμα πουλὺ καὶ κολλῶδες ὥρην χειμερινὴν, ἢ ἐαρινὴν

---

tandem ad cor, vel iecur, vel venam cavam malum devenerit; quo facto morbus comitialis oritur et partium resolutio, quum fluxiones in loca partes illas circumdantia inciderint, et a spiritibus transire nequeuntibus exsiccatae fuerint.

VIII. Verum ita se habentibus post fomenta adhibita statim initio vena secanda est, sublime latis omnibus spiritibus et fluxionibus, morbi causis: tunc enim facilius illi medeberis; dein aegri viribus prospiciendum et ad iudicium animum attendere oportet, atque ita, nisi morbus cedat, superne purgare aegrum, alvumque, si non subeat, clystere adhibito subducere: vel etiam lac asininum coctum exhibe, nec minus bibat quam duodecim heminas: sin autem vires sufficiant, plus quam sedecim.

IX. Angina vero fit, ubi hiemali vel vernali tempore e capite humor multus et lentus ad venas iugulares descenderit, atque hae quidem

ἐς τὰς σφαγίτιδας φλέβας ἐπιῤῥυῇ, καὶ τὸ ῥεῦμα πλέον διὰ τὴν εὐρύτητα ἐπισπάσωνται· ὁκόταν δὲ ψυχρόν τε ἐὸν καὶ κολλῶδες ἐμφράξηται, τοῦ πνεύματος τὰς διεξόδους καὶ τοῦ αἵματος ἀπόφρασσον, πήγνυσι τὰ ξύνεγγυς τοῦ αἵματος, καὶ ἀκίνητον καὶ στάσιμον ποιέει, φύσει ψυχρὸν ἐὸν καὶ ἐμφρακτικόν. διὰ τοῦτο πνίγονται, τῆς γλώσσης ἀποπελιουμένης καὶ στρογγυλουμένης, καὶ ἀνακαμπτομένης διὰ τὰς φλέβας, τὰς ὑπὸ τὴν γλῶσσαν· τῆς γὰρ ὑποταμνομένης σταφυλῆς, οἱ δὲ κιονίδα καλεῦσι, ἑκατέρωθεν φλὲψ παχείη· ὁκόταν οὖν πλήρεις αὗται ἐοῦσαι ἐς τὴν γλῶσσαν ἐναποστηρίζωνται ἀραιὴν ἐοῦσαν καὶ σπογγοειδέα, διά γε τὴν ξηρασίην, ἡ δ' ὑπὸ βίης τὸ ἐκ τῶν φλεβῶν δεχομένη ὑγρὸν ἐκ πλατείης μὲν στρογγύλη γίνεται, ἐξ εὐχρόου δὲ πελιδνὴ, ἐκ μαλθακῆς δὲ σκληρὴ, ἐξ εὐκάμπτου δὲ ἄκαμπτος, ὥςτε ταχέως ἀποπνίγεσθαι, ἢν μή τις ὀξέως βοηθῇ φλεβοτομίην τε ποιεύμενος ἀπὸ βραχιόνων, καὶ τὰς ὑπὸ τὴν γλῶσσαν φλέβας

---

fluxionem magis etiam ad se adtraxerint propter amplitudinem. Cum vero hic, utpote frigidus et lentus obstructionem infert, spiritus et sanguinis vias intercipiens, partes sanguinis vicinas condensat, eumque immobilem et stabilem reddit, quum sit frigidus natura et ad obstructionem inducendam idoneus. Idcirco suffocantur, lingua livida facta et rotunda, et reflexa, propter venas sub lingua decurrentes; ab utraque enim parte uvulae, aliis columella dicitur, quam rescindimus, vena cernitur crassa. Quodsi hae igitur oppletae in linguam, quippe quae rara est et spongiosa, defigantur, propter siccitatem haec quidem prae impetu humorem e venis recipit, et e lata fit rotunda, e bene colorata livida, e molli dura, e flexibili inflexibilis: ita ut brevi aeger suffocetur, nisi quis cito opem ferat, venas in brachiis secando et sub lingua sitas aperiendo, et adhibitis medicaminibus, quae delinguntur, atque calidis

ὑποτάμνων, καὶ φαρμακεύων τοῖσι ἐκλεικτοῖσι καὶ ἀναγαργαρίζων θερμοῖσι, καὶ κεφαλὴν ὑποξυρῶν· καὶ κήρωμα κεφαλῇ καὶ τραχήλῳ περιτιθέναι, καὶ εἰρίοισι περιελίσσειν, καὶ σπόγγοισι μαλθακοῖσι, ἐν ὕδατι θερμῷ [1] ἐκπιεζεῦντα, πυριῇν· πίνειν τε ὕδωρ καὶ μελίκρητον μὴ ψυχρά· χυλὸν δὲ προςφέρειν, ὁκόταν ἐκ κρίσιος ἐν ἀσφαλείῃ ἤδη ῇ.

ι'. Ὁκόταν ἐν θερινῇ ἢ μετοπωρινῇ ὥρῃ ἐκ κεφαλῆς θερμὸν τὸ ῥεῦμα καταῤῥυῇ, καὶ νιτρῶδες ῇ, ἅτε ὑπὸ τῆς ὥρης δριμὺ καὶ θερμὸν γεγενημένον, δάκνει τοιόνδε ἐὸν, καὶ ἑλκοῖ, καὶ πνεύματος ἐμπίπλησι, καὶ ὀρθοπνοίη παραγίγνεται, καὶ ξηρασίη πουλλὴ, καὶ τὰ θεωρεύμενα ἰσχνὰ φαίνεται, καὶ τοὺς ὄπισθεν τένοντας ἐν τῷ τραχήλῳ ξυντείνεται, καὶ δοκέει οἱ τέτανος ἐντετάσθαι, καὶ ἡ φωνὴ ἀπέῤῥωγε, καὶ τὸ πνεῦμα σμικρὸν, καὶ ἡ ἀντίσπασις τοῦ πνεύματος πυκνὴ καὶ βιαίη παραγίγνεται. οἱ

1) ἐμπιεζεῦντα.

---

gargarismatibus, et caput tondendo. Praeterea capiti et cervici ceratum adponendum est, et lana hae partes involvendae, et fovendae spongiis mollibus ex aqua calida expressis: tum etiam aegrum aquam bibere oportet et mulsam, minime frigidas. Ptisanae vero cremorem illi tum obferre oportet, quum e iudicio tandem in tuto sit.

X. Quum aestivo aut auctumnali tempore calida fluxio e capite descenderit et nitrosa sit, utpote per anni tempestatem acris facta et calida, haec, quia huius est naturae, mordet et exulcerat, et spiritu replet, et accedit respiratio erecta cervice et siccitas multa, quaeque in faucibus conspici possunt, ea gracilia esse apparet, et posteriores cervicis tendones intenduntur et veluti nervorum distentio aegro accidisse videtur, et vox deficit, et spiratio parva est eiusque retractio mutua in inspirando et exspirando crebra et difficillima. Qui ita sese habent asperae arteriae

τοιοίδε τὴν ἀρτηρίην ἑλκοῦνται, καὶ τὸν πνεύμονα πίμπρανται, οὐ δυνάμενοι τὸ ἔξωθεν πνεῦμα ἐπάγεσθαι. τοῖσι τοιουτέοισι δὲ, ἢν μὴ ἐς τὰ ἔξω μέρεα τοῦ τραχήλου ἑκουσίῃ ἀποφέρηται, δεινότερα καὶ ἀφυκτότερά ἐστι διὰ τὴν ὥρην, ὅτι ἀπὸ θερμῶν καὶ δριμέων.

ια΄. Ἢν πυρετὸς λάβῃ, παλαιῆς κόπρου μὴ ὑπιούσης νεοβρῶτι ἐόντι, ἤν τε ξὺν ὀδύνῃ πλευροῦ, ἤν τε μὴ, ἡσυχίην ἄγειν, [1] μέχρις οὗ καταβῇ τὰ σιτία πρῶτον ἐς τὴν κάτω κοιλίην· πόματι δὲ χρῆσθαι ὀξυμέλιτι· ὁκόταν δὲ ἐς τὴν ὀσφὺν βάρος ἥκῃ, κάτω κλύσαι κλυσμῷ, ἢ καθᾶραι φαρμάκῳ· ὁκόταν δὲ καθαρθῇ, διαιτᾷν ῥοφήματι πρῶτον καὶ πόματι μελικρήτῳ· ἔπειτα σιτίοισι, καὶ ἰχθύσι ἑφθοῖσι, καὶ οἴνῳ ὑδαρεῖ ἐς νύκτα ὀλίγῳ· ἡμέρῃ δὲ ὑδαρὲς μελίκρητον. ὁκόταν δὲ αἱ φῦσαι δυςώδεες ἔωσι, οὕτως ἢ βαλάνῳ, ἢ κλυσμῷ· εἰ δὲ μὴ, ἐπίσχειν ὀξυ-

1) μέχρι.

---

ulcere laborant, pulmoque illis incenditur, quum aërem externum attrahere nequeant. Hisce nisi morbus sponte ad externas colli partes deferatur, gravior erit et minus facile ex eo evadunt, propter anni tempestatem et quia calidi et acres humores in causa sunt.

XI. Si febris accidat homini, cui vetus stercus non subeat, sumto denuo cibo, sive cum dolore lateris, sive praeter illum, nihil moliendum est, donec cibi recrementa primum ad alvum inferiorem descenderint; at potu utatur aceto mulso; ubi vero ad lumbos gravitas devenerit, alvus inferior clysmate eluenda est, vel medicamine purganda. Quodsi purgatus fuerit, primum ptisana alendus est, et potui aqua mulsa danda; dein cibi dandi et pisces cocti, et noctu pauxillum vini, interdiu vero diluta mulsa propinanda. Sin autem flatus sint graveolentes, glande vel enemate alvi deiectio provocanda erit: sin minus ab aceti mulsi potione detinendus est, donec

μέλι πίνοντα, ἕως ἂν καταβῇ ἐς τὴν κάτω κοιλίην, εἶθ' οὕτω κλυσμῷ ὑπάγειν.

ιβ'. Ἢν δὲ λαπαρῷ ἐόντι καῦσος ἐπιγένηται, ἤν σοι δοκέῃ φαρμακεῦσαι ἐπιτηδείως ἔχειν, ἔσω τριῶν ἡμερέων μὴ φαρμακεύειν, ἀλλ' ἢ τεταρταῖον. ὁκόταν δὲ φαρμακεύσῃς, τοῖσι ῥυφήμασι χρῶ, διαφυλάσσων τοὺς παροξυσμοὺς τῶν πυρετῶν, ὅκως μηδέποτε προςοίσεις ἐόντων, μηδὲ μελλόντων ἔσεσθαι τῶν πυρετῶν, ἀλλὰ ληγόντων, ἢ παυσαμένων, καὶ ὡς πορρωτάτω ἀπὸ τῆς ἀρχῆς.

ιγ'. Ποδῶν δὲ ψυχρῶν ἐόντων, μήτε ποτὸν, μήτε ῥύφημα, μήτε ἄλλο μηδὲν δίδου τοιόνδε, ἀλλὰ μέγιστον ἡγεῖο τοῦτ' εἶναι, διαφυλάσσεσθαι ἕως ἂν διάθερμοι σφόδρα γένωνται· εἶθ' οὕτω τὸ ξυμφέρον πρόςφερε. ὡς γὰρ ἐπιτοπουλὺ σημεῖόν ἐστι μέλλοντος παροξύνεσθαι τοῦ πυρετοῦ ψῦξις ποδῶν. εἰ δ' ἐν τοιούτῳ καιρῷ τι προςοίσεις, ἅπαντα τὰ μέγιστα ἐξαμαρτήσεις· τὸ γὰρ νούσημα αὔξη-

---

ad alvum inferiorem excrementa descenderint, quae dein clysmate sunt subducenda.

XII. Quum vero ventrem mollem habenti febris ardens supervenerit, si quidem purgatione utendum tibi videatur, intra diem tertium ne purga, sed quarto demum. Ubi vero purgaveris, sorbitiones administra, animum attendens ad febrium exacerbationes, ne unquam obferas febribus vigentibus vel brevi invasuris, sed cessantibus, vel finitis, et quam longissime fieri potest ab initio.

XIII. Pedibus vero frigentibus neque potum, neque sorbitionem, neque aliud quid huius generis dabis: sed maximi interesse puta exspectare donec valde incaluerint, quo facto quod prodest exhibeto. Ut plurimum enim instantis febris exacerbationis signum est pedum frigus; quo tempore, si quid obtuleris, in omnibus et maximis peccaveris: morbum enim non parum auxeris. Quum vero febris

σεις οὐ σμικρῶς. ὁκόταν δὲ ὁ πυρετὸς λήγῃ, τοὐναντίον οἱ πόδες θερμότεροι γίνονται τοῦ ἄλλου σώματος· αὔξεται μὲν γὰρ ψύχων τοὺς πόδας, ἐξαπτόμενος ἐκ τοῦ θώρηκος, ἐς τὴν κεφαλὴν ἀναπέμπων τὴν φλόγα. συνδεδραμηκότος δὲ [1] ἀλέος τοῦ θερμοῦ ἅπαντος ἄνω καὶ ἀναθυμιωμένου ἐς τὴν κεφαλὴν, εἰκότως οἱ πόδες ψυχροὶ γίγνονται, ἄσαρκοι καὶ νευρώδεες φύσει ἐόντες· ἔτι δὲ πουλὺ ἀπέχοντες τῶν θερμοτάτων τόπων ψύχονται, συναθροιζομένου τοῦ θερμοῦ ἐς τὸν θώρηκα· καὶ πάλιν ἀνὰ λόγον λυομένου τοῦ πυρετοῦ, καὶ κατακερματιζομένου, ἐς τοὺς πόδας καταβαίνει. κατὰ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον ἡ κεφαλὴ καὶ ὁ θώρηξ κατέψυκται.

ιδ'. Τοῦ δ'εἵνεκα τότε οὐ προςαρτέον, ὅτι, ὁκόταν οἱ πόδες ψυχροὶ ἔωσι, θερμὴν ἀνάγκη τὴν ἄνω κοιλίην εἶναι, καὶ πολλῆς ἄσης μεστὴν, καὶ ὑποχόνδριον ἐντεταμένον, καὶ ῥιπτασμὸν τοῦ σώματος διὰ τὴν ἔνδον τα-

1) ἀλεέος. (sic).

cessaverit e contrario pedes magis incalescunt, quam reliquum corpus. Augetur enim febris pedes refrigerando flammamque e thorace accensam ad caput sursum mittendo : confertim vero omni calore superiora versus tendente, et ad caput fumi adinstar adscendente, aliter fieri non potest, quin pedes, natura sua carnis expertes et nervosi frigescant: tum etiam propterea refrigerantur, quod a locis calidissimis procul absunt, quum calor in thorace collectus sit; et rursum ad pedes descendat eadem ratione, qua febris dissolvitur et dissipatur. Hoc tempore vero caput et thorax refrigerata sunt.

XIV. Hac de causa vero tum cibum exhibere non conducit, quod necesse est frigentibus pedibus ventriculus sit calidus, et multi fastidii plenus, et praecordia sint contensa, et corporis sit iactatio propter turbas internas, et mentis alienatio, et dolores.

ραχὴν, καὶ μετεωρισμὸν γνώμης, καὶ ἀλγήματα· καὶ ἕλκεται, καὶ ἐμέειν ἐθέλει, καὶ ἢν πονηρὰ ἐμέῃ, ὀδυνῆται· θέρμης δὲ καταβάσης ἐς τοὺς πόδας, καὶ οὔρου διελθόντος, ἢν μὴ ἱδρώσῃ, πάντα λωφᾷ· κατὰ τόνδε οὖν τὸν καιρὸν τὸ ῥόφημα διδόναι· τότε δὲ ὄλεθρος.

ιε'. Ὁκόσοισι δὲ διὰ τέλεος ἡ κοιλίη ἐν τοῖσι πυρετοῖσι ὑγρὴ, τουτέοισι διαφερόντως τοὺς πόδας θερμαίνων καὶ περιστέλλων κηρώμασι, καὶ ταινιδίοισι περιελίσσων πρόςεχε, ὅκως μὴ ἔσονται ψυχρότεροι τοῦ ἄλλου σώματος· θερμοῖσι δ' ἐοῦσι θέρμασμα μηδὲν πρόςφερε, ἀλλὰ παρατήρει, ὅκως μὴ ψυχθήσονται· πόματι δὲ χρέεσθαι ὡς ἐλαχίστῳ ὕδατι ψυχρῷ, ἢ μελικρήτῳ.

ις'. Ὁκόσοισι δὲ ἐν πυρετοῖσι κοιλίη ὑγρὴ καὶ γνώμη τεταραγμένη, καὶ οἱ πολλοὶ τῶν τοιουτέων τὰς κροκύδας ἀφαιρέουσι, καὶ τὰς ῥῖνας σκάλλουσι, καὶ κατὰ βραχὺ μὲν ἀποκρίνονται τὸ ἐρωτώμενον, αὐτοὶ δὲ ἐφ' ἑωυτῶν οὐδὲν λέγουσι κατηρτημένον· δοκέει οὖν μοι τὰ τοιάδε

Et vellitur aeger et vomituritione tentatur, et, si pravus sit vomitus, dolet. Calore vero ad pedes descendente, et, nisi sudet, urinis prodeuntibus, omnia levantur. Hoc igitur tempore sorbitionem dare expedit, altero vero illo perniciem adfert.

XV. Quibus vero continuo alvus in febribus est liquida, horum pedes diligenter calefacines et contegens, ceratis et fasciis obvolvendo, cave ne frigidiores fiant reliquo corpore. Sin autem caleant, nihil fomenti loco adhibeto, verum vide ne refrigerentur. Potu vero utendum aqua frigida quam parcissima, vel aqua mulsa.

XVI. Quibus vero in febribus alvus est liquida et mens turbata, quorum multi floccos avellunt, et nares fodiunt, et brevissime ad ea, de quibus interrogantur, respondent, ipsi vero per se compositi nihil proferunt, his ob atram bilem ista contingere mihi videntur. Quodsi hisce venter fluat et habitus colliquescat,

μελαγχολικὰ εἶναι. ἢν δὲ τοιῶνδε ἐόντων ἡ κοιλίη ὑγρὴ ᾖ καὶ συντήκῃ, δοκέει μοι τὰ ῥυφήματα ψυχρότερα καὶ παχύτερα προσφέρειν, καὶ τὰ πόματα σταλτικὰ καὶ οἰνωδέστερα ἢ στυπτικώτερα.

ιζ'. Ὁκόσοισι δὲ τῶν πυρετῶν δῖνοί τε ἀπ' ἀρχῆς καὶ σφυγμοὶ τῆς κεφαλῆς εἰσι, καὶ οὖρον λεπτὸν, τουτέοισι προσδέχεσθαι πρὸς τὰς κρίσιας παροξυνθησόμενον τὸν πυρετόν· οὐ θαυμάσαιμι δ' ἂν οὐδ' εἰ παραφρονήσειαν. οἷσι δὲ ἐν ἀρχῇ τὰ οὖρα νεφελοειδέα καὶ παχέα, τοὺς τοιούσδε ὑποκαθαίρειν. ἢν καὶ τὰ ἄλλα ξυμφέρῃ· ὁκόσοισι δὲ ἐν ἀρχῇ τὰ οὖρα λεπτὰ, μὴ φαρμάκευε τοὺς τοιούτους, ἀλλ', ἢν δοκέῃ, κλύσαι· τούτους ξυμφέρει οὕτω θεραπεύεσθαι, τῷ σώματι ἡσυχίην ἄγοντας ἀλείφοντά τε καὶ περιστέλλοντα ὁμαλῶς· ποτῷ δὲ χρέεσθαι μελικρήτῳ ὑδαρεῖ, καὶ ῥυφήματι χυλῷ πτισάνης ἐς ἑσπέρην· κοιλίην δὲ ὕπαγε κατ' ἀρχὰς κλυσμῷ· φάρμακα δὲ μὴ πρόσαγε τούτοισι· ἢν γάρ τι κινήσῃς κατὰ κοιλίην,

---

sorbitiones illis administrandae videntur frigidiusculae et crassiores, et potiones alvum sistentes, eaeque vinosae magis quam adstringentes.

XVII. In febribus, in quibus ab initio vertigines et capitis pulsationes adsunt, et urina tenuis, in his exspectandum sub iudicationes febrim exacerbatum iri: nec vero mirarer, si etiam delirarent. Quibus vero initio urinae nebulosae sunt et crassae, hos deorsum purgare convenit, si per cetera etiam liceat. Quibus autem initio urinae sunt tenues, his ne medicamen purgans exhibeas, sed, si ita videatur, clysma adhibe. Hos sic curare conducit: corpore quiescentes inunguendo et aequabiliter contegendo: potione vero utantur aquae mulsae dilutae, et sorbitione sub vesperem cremoris ptisanae: alvum autem initio subducito clysmate: purgantia vero ne his administra. Quodsi enim, quod ad alvum attinet, aliquid moliaris, urina non coquitur, sed febris diu sine

τὸ οὖρον οὐ πεπαίνεται, ἀλλ' ἄνιδρός τε καὶ ἄκριτος ὁ πυρετὸς ἐπὶ πολὺν χρόνον ἔσται. τὰ δὲ ῥυφήματα, ὁκόταν ἐγγὺς τῶν κρισίων ᾖ, μὴ δίδου, ἢν θορυβῆται, ὁκόταν δὲ ἀνῇ καὶ ἐπιδιδῷ ἐπὶ τὸ βέλτιον· φυλάσσεσθαι δὲ χρὴ καὶ τῶν ἄλλων πυρετῶν τὰς κρίσιας, καὶ ἀφαιρέειν τὰ ῥυφήματα κατὰ τοῦτον τὸν καιρόν. μεμαθήκασι δὲ μακροὶ οἱ πυρετοὶ οἵδε γίγνεσθαι, καὶ ἀποσκήμματα ἴσχειν, ἢν μὲν τὰ κάτω ψυχρὰ ᾖ, περὶ ὦτα καὶ τράχηλον· ἢν δὲ μὴ ψυχρὰ ᾖ, ἄλλας ἴσχειν μεταβολάς· ῥέει δὲ καὶ αἷμα ἐκ ῥινῶν, καὶ αἱ κοιλίαι τοῖσι τοιουτέοισι ἐκταράσσονται.

ιη'. Ὁκόσοισι δὲ πυρετοὶ ἀσώδεές εἰσι, καὶ ὑποχόνδρια συντείνονται, καὶ κεκλιμένοι οὐκ ἀνέχονται ἐν τῷ αὐτέῳ, καὶ τὰ ἄκρα ψύχονται πάντα, πλείστης ἐπιμελείης καὶ φυλακῆς δέονται· δίαγειν δὲ τούτοισι προςφέροντα μηδὲν ἄλλο ἢ ὀξύμελι ὑδαρές· ῥόφημα δὲ μὴ πρόςφερε, ἕως ἂν λήξῃ, καὶ τὸ οὖρον πεπανθῇ· κατακλίνειν

---

sudore manebit et sine iudicio. Sorbitiones vero, si prope absit a iudicio, ne concede, ubi conturbetur, sed si remittat febris et in melius vertatur. Oportet vero ceterarum etiam febrium iudicationes servare, et sub hoc tempus sorbitiones seponere. Eiusmodi febres vero in longum protrahi solent, et abscessus habere, si quidem partes inferiores frigeant, ad aures et collum: sin contra non frigeant, alias habere solent conversiones: fluit etiam sanguis e naribus, et alvus his deturbatur.

XVIII. Quicumque vero in febribus anxietate vexantur et praecordiorum tensione, nec diu eidem lateri incumbere sustinent, et extremis sunt frigidis omnibus, hi maximam sibi curam et prudentiam requirunt. Iam vero ita agere oportet, ut his nil, nisi admodum dilutam mulsam, exhibeas. Sorbitionem vero ne propina, donec febris cesset, et urina cocta sit. Decumbant vero in aedibus

δὲ ἐς ζοφερὰ οἰκήματα καὶ κατακεκλίσθαι ὡς ἐπὶ μαλθακωτάτοισι στρώμασι, πολὺν χρόνον ἐπὶ τὰ αὐτὰ καρτερέοντα, καὶ ὡς ἥκιστα ῥιπτάζειν· μάλιστα γὰρ τοῦτο τοὺς τοιούτους ὠφελέει. ἐπὶ δὲ τὸ ὑποχόνδριον λίνου σπέρμα ἐγχρίων ἐπιτίθει, φυλασσόμενος ὅκως μὴ φρίξῃ προςτιθέμενος· ἔστω δὲ ἀκροχλίερον, ἑφθὸν ἐν ὕδατι καὶ ἐλαίῳ.

ιθ'. Τεκμαίρεσθαι δὲ ἐκ τῶν οὔρων τὸ μέλλον ἔσεσθαι· ἢν μὲν γὰρ παχύτερα καὶ ὠχρότερα ᾖ, βελτίω· ἢν δὲ λεπτότερα καὶ μελάντερα, πονηρότερα· ἢν δὲ μεταβολὰς ἔχῃ, χρόνον τε σημαίνει, καὶ ἀνάγκη τῷ νοσέοντι μεταβάλλειν καὶ ἐπὶ τὰ χείρω καὶ ἐπὶ τὰ βελτίω τὴν ἀνωμαλίην.

κ'. Τοὺς δὲ ἀκαταστάτους τῶν πυρετῶν ἐᾷν, μέχρι ἂν καταστῶσι, ὁκόταν δὲ στῶσι, ἀπαντῆσαι διαίτῃ καὶ θεραπείῃ τῇ προςηκούσῃ, κατὰ φύσιν θεωρέων.

κα'. Εἰσὶ δὲ ὄψιες πολλαὶ τῶν καμνόντων· διὸ προς-

---

obscuris et stragulis quam mollissimis, diu eandem servantes posituram, et quam minime fieri possit sese huc illuc iactantes. Hoc enim ita se habentibus maxime prodest. Hypochondrio vero lini semen illiniendo impone, cavens ne is, cui imponitur, inhorrescat. Sit autem exacte tepidum, coctum in aqua et oleo.

XIX. Ex urina autem conficiendum est, quid futurum sit. Quodsi enim crassior sit et pallidior, melior est: sin autem tenuior et nigrior, deterior. Ubi vero mutationes habet, in longius morbum protrahi significat, et necesse est, ut aeger inaequabilitatem in meliorem et deteriorem statum transeundo percipiat.

XX. Febres vero vagas sibi permittere oportet, donec constiterint: quum vero constiterint, eas oppugnare victu et medicina idoneis, indolis earum habita ratione.

XXI. Sunt autem multi aegrotantium adspectus varii: quapropter medicus animum

ἐκτέον τῷ ἰωμένῳ, ὅκως μὴ διαλήσει τις τῶν προφασίων, μήτε τῶν κατὰ λογισμὸν, μήτε ὁκόσα ἐς ἀριθμὸν ἄρτιον ἢ περισσὸν δεῖ φανῆναι· μάλιστα μὲν ὧν δεῖ τὸν περισσὸν ἀριθμὸν εὐλαβέεσθαι, ὡς αὗται αἱ ἡμέραι ἑτεροῤῥεπέας ποιέουσι τοὺς κάμνοντας.

κβʹ. Φυλάσσεσθαι οὖν δεῖ τὴν πρώτην ἡμέρην, ᾗ ἦρκται ἀσθενέειν ὁ κάμνων, ἰδόντα τὴν ἀρχὴν ἐξ ὅτου καὶ διότι· ἡγέεται γὰρ τοῦτο πρῶτον εἰδῆσαι. ὁκόταν δὲ ἔρῃ αὐτὸν καὶ διασκέψῃ ταῦτα πάντα, πρῶτον μὲν κεφαλὴν ὅκως ἔχει, εἰ ἀνάλγητος καὶ μὴ βάρος ἔχει ἐν ὠυτῇ· ἔπειτα ὑποχόνδρια καὶ πλευρὰ, εἰ ἀνάλγητα· ὑποχόνδριον μὲν γὰρ ἢν ἐπίπονον ᾖ, ἢ ἐπηρμένον, ἢ ἔχῃ τινὰ σκολιότητα, ἢ κόρον, ἢ πλευροῦ ἀλγηδὼν ἐνῇ, καὶ ἅμα τῷ ἀλγήματι ἢ βήχιον, ἢ στρόφος, ἢ πόνος κοιλίης, ὅταν τι τουτέων παρῇ ἐν ὑποχονδρίῳ, μάλιστα μὲν λύειν τὴν κοιλίην κλυσμοῖσι, πινέτω δὲ μελίκρητον θερμὸν ἀφηψημένον. καταμανθάνειν δὲ καὶ ἐν τῇσι ἐξαναστάσεσι εἰ λειποθυμέει,

---

attendat oportet, ne quae causa eum lateat, neque quid eorum, quae ratiocinio discantur, neque quae numero pari vel impari apparere debeant: inprimis vero numerus impar animi attentione dignus, quippe hi dies faciunt, ut morbus in melius vel peius vertatur.

XXII. Primum ergo diem observare oportet, quo aeger morbo laborare coeperit, animadvertentem initium unde et quare. Id enim in primis novisse oportet. Quum vero illum interrogaveris et omnia haec respexeris, primum quidem quomodo caput sese habeat, num dolore vacet nec gravitatis sensum percipiat· tum praecordia et latera num vacent dolore: praecordia enim si doleant, vel intumuerint, vel curva sint praeter naturae modum, vel latus si doleat, et una cum dolore tussicula, vel tormina, vel dolor ventris, si quid, inquam, horum adsit in hypochondrio, in primis quidem clysmate alvus eluenda est, tum vero bibat mulsam coctam calidam. Id etiam

ἢ εἰ τοῦ πνεύματος εὐφορίη αὐτὸν ἔχει· ἰδεῖν δὲ καὶ τὴν διαχώρησιν, μή τι μέλαν διεχώρησε ἰσχυρῶς πάνυ χρῶμα, ἢ εἰ καθαρὸν, ὁκοῖα ὑγιαίνοντος ἂν εἴη διαχωρήματα, καὶ ὁ πυρετὸς εἰ ἐς τὴν τρίτην ἐπιπαροξυνόμενος. κατιδὼν δὲ εὖ μάλα τοὺς τοιούσδε ἐν ταύτῃσι τῇσι νούσοισι τριταίους, πρὸς ταῦτα ἤδη καὶ τὰ ἄλλα συνορῇν· καὶ ἢν ἡ τετάρτη τῇ τρίτῃ ἡμέρῃ ὁμοῖον ἔχῃ τι τῶν αὐτῶν τουτέων, κινδυνώδης ὁ κάμνων γίγνεται.

κγ'. Τὰ δὲ σημεῖα, ἡ μὲν μέλαινα διαχώρησις θάνατον σημαίνει, ἡ δὲ ὁμοίη τῷ ὑγιαίνοντι, ὁκόταν ἀνὰ πάσας τὰς ἡμέρας φαίνηται, ὑγιείην· ὁκόταν δὲ μὴ ὑπακούῃ τῇ βαλάνῳ, μὴ ἐνῇ δὲ καὶ τοῦ πνεύματος εὐφορίη, διαναστὰς δ' ἐπὶ τὸν θρόνον, ἢ αὐτοῦ ἐν τῇ κλίνῃ, ἢν ἀψυχίη ἐγγένηται, ταῦτα ὁκόταν προσῇ τῷ κάμνοντι (ἢ τῇ καμνούσῃ) κατ' ἀρχὰς, παραφροσύνην οἷον ἐσομένην. προσέχειν δὲ χρὴ καὶ τῇσι χερσί. ἢν γὰρ τρομεραὶ ἔωσι, προσδέχου τῷ τοιῷδε ἀπόσταξιν αἵματος ἐκ ῥινῶν ἐσομέ-

---

exquirere oportet utrum inter surgendum animo linquatur, an vero bene spiret, conspicienda etiam alvi recrementa, num quid coloris admodum nigri exeat, an vero puri quid, adinstar stercoris hominis sani, et febris observanda num tertio quoque die intendatur. Adcuratissime vero sic se habentes observanti in his morbis maxime tertio die, tandem reliqua etiam consideranda sunt; quodsi in his ipsis quartus dies tertio simile quid habeat, aeger in periculo versatur.

XXIII. E signis vero nigra alvi deiectio mortem significat, quae vero hominis sani excrementis similis est, si quotidie appareat, sanitatem. Sin autem glandi non obsequatur, neque insit spirandi facilitas, sed surgens ad desidendum, vel in lectulo ipso animo linquatur, — haec, inquam, si aegro (vel aegrae) contingant, delirium adfore existimandum est. Verum manus etiam observandae: quodsi enim tremulae sint,

νην· ὀρῇν δὲ χρὴ [1] καὶ τοὺς μυκτῆρας· ἢν γὰρ ὁμοίως τὸ πνεῦμα δι' ἀμφοτέρων ἕλκηται, καὶ ἢν πουλὺ φέρηται ἐκ τῶν μυκτήρων, φιλέει γίγνεσθαι σπασμός· ἢν δὲ σπασμὸς γένηται, τῷ τοιῷδε θάνατος προςδόκιμος, καὶ καλῶς ἔχει προλέγειν.

κδ'. Ἢν δὲ ἐν πυρετῷ χειμερινῷ ἡ γλῶσσα τρηχείη γένηται καὶ ἀφυχίαι ἐνέωσι, φιλέει τῷ τοιῷδε καὶ ἐπάνεσις εἶναι τοῦ πυρετοῦ· ἀλλ' ὅμως τὸν τοιόνδε παραφυλάσσειν τῇ λιμοκτονίῃ καὶ ὑδατοποσίῃ, καὶ μελικρήτου πόσει· καὶ χυλοῖσι παραφύλασσε, μηδὲν πιστεύων τῇ ἀνέσει τῶν πυρετῶν, ὡς οἱ τοιάδε ἔχοντες σημεῖα, ἐπικίνδυνοί εἰσι θνήσκειν· ὁκόταν δὲ ταῦτα συνιδῇς, οὕτω προλέγειν, ἢν σοι ἀρέσκῃ, θεωρήσας εὖ μάλα.

κε'. Ὁκόταν δὲ ἐν πυρετοῖσι φοβερόν τι γένηται πεμπταίοισι ἐοῦσι, ἢν ἡ κοιλίη ἐξαίφνης ὑγρὰ διαχωρήσῃ, καὶ ἀψυχίη γένηται, ἢ ἀφωνίη ἐπιλάβῃ, ἢ σπασμώδης γέ-

1) αὐτοὺς τοὺς μ. — forte ortum ex αὖ τοὺς μ., quod tamen non praetuleris.

---

sanguinis e naribus fluxus exspectandus est. Inspiciendae etiam nares: nam si aequabiliter per utramque spiritus ducatur, et si multus e naribus feratur, convulsio fieri solet. Quae si fiat, mors exspectanda est, et bene feceris, si eam praedixeris.

XXIV. Quum vero in febre hiemali lingua sit aspera et animi deliquia contingant, ita se habenti etiam febris remissio accidere solet · tamen ad eum animum attendere oportet eumque a cibis arcere et aquam et mulsam illi potui dare: nutriatur vero cremore ptisanae, neque fidem adhibeas febris remissioni, quippe qui haec signa habent in mortis periculo versantur: hoc igitur si perspicias, rebus rite perpensis, ita praedicendum est, si tibi placeat.

XXV. At quando in febribus quinto die horrendi quid contingat, si per alvum subito liquida deiiciantur, et animi deliquium fiat, vel vocis de-

νηται, ἢ λυγμώδης, ἐπὶ τούτοισι ἀσώδεα φιλέει γίγνεσθαι, καὶ περὶ ὑποῤῥίνιον καὶ μέτωπον ἱδρῶτες, καὶ κατ' αὐχένα, καὶ ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς· οἱ δὲ ταῦτα πάσχοντες θνήσκουσι οὐκ ἐς μακρὸν πνευματωθέντες.

κς'. Ὀκόσοισι δὲ ἐν πυρετοῖσι τὰ σκέλεα γίνεται φυματώδεα καὶ ἐγχρονιζόμενα μὴ [1] ἐκπεπαίνεται, ἔτι ἐόντων δ' ἐν πυρετοῖσι ἢν καὶ προςπέσῃ πνιγμὸς ἐν φάρυγγι, ἰσχνῶν ἐόντων τῶν περὶ φάρυγγα, καὶ μὴ πεπαίνηται, ἀλλὰ σβεσθῇ, φιλέει τῷ τοιῷδε αἷμα ῥέειν ἐκ τῶν ῥινῶν· κἢν μὲν πουλὺ ῥυῇ, λύσιν σημαίνει τῆς νούσου· ἢν δὲ μὴ, μακρήν· ὁκόσῳ δ' ἂν ἔλασσον ῥυῇ, τοσῷδε χεῖρον καὶ μῆκος· ἢν δὲ τἆλλα ῥήϊστα γένηται, προςδέχεσθαι τῷ τοιῷδε ἐς πόδας ἀλγήματα. ἢν δὲ ἅψηται τοῦ ποδὸς, καὶ ἐπώδυνος γενόμενος παραμένῃ πυριφλεγὴς καὶ μὴ λυθῇ, κατὰ σμικρὸν ἥξει καὶ ἐς αὐχένα ἀλγήματα καὶ ἐς κληῗδα, καὶ ἐς ὦμον, καὶ ἐς στῆθος, καὶ ἐς ἄρθρα, καὶ

1) ἐμπεπαίνεται.

---

fectio prehendat, vel convellatur vel singultu vexetur aeger, dein anxietas oriri solet, et sub naribus et in facie et ad cervicem et occiput sudor erumpit; quod qui patiuntur, ii non diu post anheli facti e vita decedunt.

XXVI. Quibus vero in febribus tubercula ad crura exoriuntur, et diu persistentia ad maturitatem non perveniunt, his si febribus adhuc perseverantibus etiam suffocatio in faucibus contigerit sine tumore in gutture manifesto, neque concoquantur ista tubercula, sed citra iudicationem evanescant, sanguis e naribus effluere solet: qui si copiose fluat, morbi sanationem significat: sin minus, longum fore: quo minori vero copia effluat, eo peior erit morbus et longior: sin autem cetera sint leviora, in hoc casu dolores ad pedes exspectandi sunt. Quodsi morbus pedem prehenserit et hic dolere coeperit, et calere pergat, neque haec signa solvantur, sensim etiam ad cervicem dolores ac-

ταῦτα δεήσει φυματώδεα γενέσθαι· σβεννυμένων δὲ τουτέων, ἢν αἱ χεῖρες ἐφέλκωνται, ἢ τρομεραὶ γένωνται, σπασμὸς τὸν τοιόνδε ἐπιλαμβάνει καὶ παραφροσύνη· ἀτὰρ καὶ φλυζάκια ἐπὶ τὴν ὀφρὺν, καὶ ἐρυθήματα ἴσχει, καὶ βλέφαρον ἕτερον παρὰ τὸ ἕτερον παραβλαστάνει, καὶ σκληρὴ φλεγμονὴ κατέχει, καὶ οἰδέει ἰσχυρῶς ὁ ὀφθαλμὸς, καὶ ἡ παραφροσύνη μέγα ἐπιδιδοῖ· αἱ δὲ νύκτες μαλλον σημαίνουσι ἢ αἱ ἡμέραι τὰ περὶ τὴν παραφροσύνην. τὰ δὲ σημεῖα μάλιστα γίνεται πολλὰ ἐπὶ τὸν περισσὸν ἀριθμὸν, ἢ ἐπὶ τὸν ἄρτιον· ὁκοτέρῳ δ' ἂν τουτων τῶν ἀριθμῶν γένηται, ὄλεθροι ἐπιγίγνονται.

κζ'. Τοὺς τοιούτους δὲ ἢν μὲν ἐξ ἀρχῆς φαρμακεύειν προαιρῇ, πρὸ τῆς πέμπτης, ἢν βορβορύζῃ ἡ κοιλίη· εἰ δὲ μὴ, ἐᾷν ἀφαρμακεύτους εἶναι· ἢν δὲ διαβορβορύζῃ καὶ τὰ ὑποχωρήματα χολώδεα ᾖ, σκαμμωνίῳ ὑποκάθαιρε μετρίως· τῇ δὲ ἄλλῃ θεραπείῃ ὡς ἐλάχιστα προςφέρειν

---

cedent et ad claviculam et ad humerum et ad articulos, et necesse est ut hae partes tuberculis contegantur: quibus evanescentibus si manus convellantur, vel tremulae fiant, convulsio aegrum prehendit et delirium: verum etiam bullae supercilia obsident et rubores, et alia alii supervenit palpebra, et sicca partes has occupat inflammatio, oculusque insigniter tumet, et delirium vehementer augetur: noctu autem magis quam interdiu manifesta sunt delirii signa. Intenduntur vero maxime signa pari dierum numero vel impari: quocumque vero horum numerorum intendantur, eodem pernicies instat.

XXVII. Ita autem se habentes si ab initio inde purgare tibi visum fuerit, ante diem quintum id faciendum est, si venter crepuerit: sin minus sine purgatione sibi permittendi sunt: sin autem venter cum crepitu excrementa deiecerit et haec sint biliosa, scammonio modice aeger purgandus est. Reliqua vero curatione, quam minime fieri possit, potiones et sorbitiones

πόματα καὶ ῥυφήματα, ἵνα βελτιόνως ἔχῃ, ἢν μὴ ὑπερβῶσι τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἐπανέντες.

κη΄. Ὁκόταν πυρέσσοντι τεσσαρεσκαιδεκαταίῳ ἐόντι ἀφωνίη προσγένηται, οὐ φιλέει ἥκειν λύσις ταχείη, οὐδ᾽ ἀπαλλαγὴ τοῦ νουσήματος γίγνεσθαι, ἀλλὰ χρόνον τῷ τοιῷδε σημαίνει. (ὁκόταν δὲ φανῇ ἐπὶ τῇ ἡμέρῃ ταύτῃ, μακρότερον ξυμπίπτει.) Ὁκόταν δὲ πυρέσσοντι τεταρταίῳ ἡ γλῶσσα ἐκτεταραγμένα διαλέγηται, καὶ ἡ κοιλίη χολώδεα ὑποχωρέῃ ὑγρὰ, φιλέει παραληρεῖν ὁ τοιόσδε· ἀλλὰ χρὴ παραφυλάσσειν παρεπόμενον τοῖσι ἀποβαίνουσι.

κθ΄. Θερινῆς καὶ μετοπωρινῆς ὥρης ἐπὶ τῶν ὀξέων αἵματος ἀπόσταξις ἐξαπίνης, συντονίην καὶ πολλὴν φλεγμασίην κατὰ τὰς φλέβας δηλοῖ, καὶ ἐς τὴν ὑστεραίην λεπτῶν οὔρων ἐπιφάσιας· καὶ ἢν ἀκμάζῃ τῇ ἡλικίῃ καὶ τὸ σῶμα ἐκ γυμνασίων καὶ εὐσαρκώσιος ἔχῃ, ἢ μελαγχολικὸς ᾖ, ἢ ἐκ πόσιος χεῖρες τρομεραὶ, καλῶς ἔχει

---

propinandae sunt, ut melius habeat, nisi post decimum quartum diem demum remissio morbi contingat.

XXVIII. Quum febricitanti decimoquarto die vox defecerit, morbus tempore brevi solvi, aegerque illo liberari non solet, verum temporis longinquitatem huic significat. Quum vero febricitanti quarto die lingua perturbate loquatur et alvus biliosa liquida deiiciat, facile qui ita se habet delirabit: verum animus ad hunc attendendus et observandum quid inde fiat.

XXIX. Aestivo et auctumnali tempore in morbis acutis sanguinis stillatio subito orta tensionem et calorem multum in venis significat, et postridie urinas tenues prodituras: quodsi aetate floreat et corpus exercitatum habeat et carnosum, vel atra bile redundet, vel manus post potum tremulae factae sint, delirium vel convulsionem praedicendo bene feceris. Et si quidem paribus diebus contingat, melius

παραφροσύνην προειπεῖν, ἢ σπασμόν· κῆν μὲν ἐν ἀρτίῃσι ἐπιγένηται, βέλτιον, ἐν κρισίμῃσι δὲ ὀλέθριον, ἢν μὴ πουλὺ ἁλὲς ἐπεσσυθὲν αἷμα ἐξόδους ποιήσηται τῆς πλεονεξίης κατὰ ῥῖνας, ἢ κατὰ ἕδρην ἐμποιήσῃ ἀπόστασιν, ἢ πόνους ἐν ὑποχονδρίῳ, ἢ ἐς ὄρχιας, ἢ ἐς σκέλεα· πεφθέντων δὲ τουτέων, ἔξοδοι γίγνονται πτυσμῶν, ἢ παχέων οὔρων, λείων, λευκῶν.

λ'. Πυρετῷ λυγγώδει· ὀπὸν σιλφίου, ὀξύμελι, δαῦκον τρίψας πιεῖν δίδου, καὶ χαλβάνην ἐν μέλιτι καὶ κύμινον ἐκλεικτὸν, καὶ χυλὸν πτισάνης ἐπὶ τουτέοισι ῥυφῆν. ἄφυκτος δὲ ὁ τοιοῦτος, ἢν μὴ ἱδρῶτες κριτικοὶ καὶ ὕπνοι ὁμαλοὶ ἐπιγένωνται, καὶ οὖρα παχέα καὶ δριμέα καταδράμῃ, ἢ ἐς ἀπόστασιν στηρίξῃ· κόκκαλος καὶ σμύρνα ἐκλεικτόν· πίνειν δὲ τοῖσι τοιουτέοισι διδόναι ὀξύμελι ὡς ἐλάχιστον· ἢν δὲ διψώδεες ἔωσι σφόδρα, τοῦ κριθινοῦ ὕδατος.

λα'. Τὰ δὲ [1] περιπνευμονικὰ καὶ πλευριτικὰ ὧδε χρὴ

1) πλευμονικά.

---

est, diebus vero criticis perniciosum, nisi multi confertim irruentis sanguinis redundantia exitum sibi muniverit per nares, vel ad sedem abscessum fecerit, vel dolores in hypochondrio, vel ad testiculos, vel ad crura: quibus maturis factis sputa prodeunt, vel urinae crassae, laeves, albae.

XXX. Remedium ad febrim cum singultu: Succum laseris et daucum cum aceto mulso trita exhibe potus vice: et delingendum galbanum cum cymino in melle, quibus superbibendum da cremorem ptisanae. Ex hac febre salvi evadere non possunt, nisi sudores critici contingant et somnus placidus, et urina exeat crassa et acris, vel morbus in abscessum transeat. Nux pinea et myrrha delingenda: bibendum his concede oxymel quam parcissime: sin autem admodum siticulosi sint, aquam hordeaceam.

XXXI. Morbos vero pe-

σκέπτεσθαι· ἢν ὀξύς τε ὁ πυρετὸς ᾖ, καὶ τὰ ὀδυνήματα θατέρου πλευροῦ, ἢ καὶ ἀμφοῖν, καὶ τοῦ πνεύματος δὲ ἀναφερομένου ἢν πονέῃ, καὶ βῆχες ἐνέωσι, καὶ τὰ πτύαλα πτύῃ πυῤῥὰ ἢ πελιδνὰ, ἢ καὶ λεπτὰ καὶ ἀφρώδεα καὶ ἀνθηρὰ, καὶ εἴτι ἄλλο διαφέρον ἔχοι παρὰ τὰ μεμαθηκότα· τουτοισι οὕτω χρὴ διάγειν· ἢν μὲν ἡ ὀδύνη ἄνω περαίνῃ πρὸς κληΐδα, ἢ περὶ μαζὸν, ἢ περὶ βραχίονα, τάμνειν χρὴ τὴν ἐν τῷ βραχίονι φλέβα τὴν ἔσω, ἐφ' ὁκότερον ἂν ᾖ τῶν μερέων, κατὰ τόδε· ἀφαιρέειν δὲ κατὰ τὴν τοῦ σώματος ἕξιν καὶ ὥρην, καὶ ἡλικίην, καὶ χροιὴν πλέον, καὶ θαρσέων, ἢν ὀξὺ τὸ ἄλγημα ᾖ, ἀγάγειν πρὸς λειποψυχίην· ἔπειτα ὑποκλύζειν μετὰ τοῦτο. ἢν δὲ ὑποκάτω τοῦ θώρηκος ᾖ τὸ ἄλγημα, καὶ συντείνῃ λίην, τῷ πλευριτικῷ τὴν κοιλίην ὑποκάθαιρε· μεσηγὺ δὲ τῆς καθάρσιος μηδὲν δίδου, μετὰ κάθαρσιν δὲ ὀξύμελι· φαρμακεύειν δὲ τεταρταῖον· τὰς δὲ ἐξ ἀρχῆς τρεῖς ὑποκλύζειν, καὶ, ἢν μὴ κουφίζῃ, οὕτως ὑποκάθαιρε· φυλακὴ

---

ripneumonicos et lateris ita considerare oportet: num febris acuta sit, et utrum unum latus dolor occupet, an vero utrumque, et in exspiratione num doleat aeger, et tussis adsit, et sputa eiiciat flava vel livida, an vero tenuia et spumosa et florida, et numquid aliud adsit a solitis diversum. In his curandis ita facere oportet: si quidem dolor sursum tendat versus claviculam, vel circa mammam, vel brachium, secanda vena in cubitu interna, eiusdem lateris, atque ubi dolor sedem habet: detrahendum vero plus sanguinis pro corporis habitu et anni tempestate, et aetate, et colore: et confidenter, ubi dolor acutus sit, ad animi deliquium usque detrahendum, dein clysma administrandum. Sin autem infra thoracem dolor sedem habeat et admodum intendatur, alvus purganda pleuritico: in ipsa autem purgatione nihil dandum, sed post purgationem acetum mulsum: quarto vero die medicamen purgans exhibendum: at primo

δὲ ἔστω ἕως ἀπυρέτου καὶ ἑβδόμης· ἔπειτα, ἢν ἀσφαλὴς ἐὼν φαίνηται, οὕτω χυλὸν ὀλίγον καὶ λεπτὸν τὸ πρῶτον ξὺν μέλιτι [1] μίσγων δίδου. ἢν δὲ ἀνάγηται ῥηϊδίως, καὶ εὔπνοος ᾖ, καὶ ἀνώδυνος τὰ πλευρὰ, καὶ ἀπύρετος, κατὰ σμικρὸν παχύτερον τε καὶ πλείονα καὶ δὶς τῆς ἡμέρης· ἢν δὲ μὴ ῥηϊδίως ἀπαλλάσσῃ, ἔλασσόν τε τὸ πόμα καὶ τὸ ῥύφημα ὀλίγον χυλὸν λεπτὸν, καὶ ἅπαξ, ἐν ὁκοτέρῃ ἂν ὥρῃ βέλτιον διάγῃ· γνώσῃ δὲ ἐκ τῶν οὔρων.

λβʹ. Δεῖ δὲ τὸ ῥύφημα προσφέρειν τοῖσι ἐκ τῶν νουσημάτων μὴ πρότερον ἢ πέπονα τὰ οὖρα, ἢ πτύσματα ἴδῃς γεγενημένα. ἢν δὲ φαρμακευθεὶς συχνὰ καθαρθῇ, ἀναγκαῖον διδόναι, ἔλασσον δὲ καὶ λεπτότερον· οὐ γὰρ δυνήσεται ὑπὸ κενεαγγείης ὑπνώσσειν, οὐδὲ πέσσειν ὁμοίως, οὐδὲ τὰς κρίσιας ὑπομένειν. ἀλλ' ἐπειδὰν ξυντήξιες ὠμῶν γένωνται, καὶ τὰ ἀντέχοντα ἀποβάλῃ, ἀν-

1) σμίγων.

tres morbi dies clysma adhibendum, quod ubi non levat dolorem, tum demum purga aegrum: prudentia vero opus est, donec febre liber sit et ad septimum morbi diem usque: tum, si in tuto esse videatur, primo cremor paucus et tenuis cum melle mistus dandus: sin autem facile sputa educat et facile spiret, et dolore vacent latera, et febris cessaverit, sensim crassiorem concede, et maiori quantitate, et bis de die: sin minus bene procedat sanatio, minori quantitate potum exhibe et sorbitionis loco succum parcum tenuem, semelque de die, qua hora optime habeat: quod ex urinis cognosces.

XXXII. Ex istis morbis autem convalescentibus sorbitionem concedere non oportet, priusquam urinas vel sputa coctionis signa habere videas. Sin autem purgatus multa deiecerit, necesse est ut concedatur, minori tamen copia et tenuior: nam prae vasorum exinanitione dormire non poterit, neque concoquere mor-

θέξει οὐδέν. πέπονα δέ ἐστι τὰ μὲν πτύαλα, ὁκόταν γένηται ὁμοῖα τῷ πύῳ, τὰ δὲ οὖρα τὰς ὑποστάσιας ὑπερύθρους ἔχοντα, ὁκοῖον ὄροβος.

λγ'. Οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ πρὸς τὰ ἄλλα ἀλγήματα τῶν πλευρέων χλιάσματα προςτιθέναι καὶ κηρώματα· ἀλείφειν δὲ σκέλεα καὶ ὀσφὺν θερμῷ, καὶ λίπος ἐγκαταλείφειν· ἐπὶ δὲ ὑποχόνδρια λίνου σπέρμα καταπλάσσειν ἕως μαζῶν· ἀκμαζούσης δὲ τῆς περιπνευμονίης, ἀβοήθητον μὴ ἀνακαθαιρομένου, καὶ πονηρὸν ἢν δύςπνοος ᾖ, καὶ οὖρα λεπτὰ καὶ δριμέα, καὶ ἱδρῶτες περὶ τράχηλον καὶ κεφαλὴν γίγνωνται· οἱ τοιοῦτοι ἱδρῶτες πονηροί, ὑπὸ πνιγμοῦ καὶ ῥωγμῆς, καὶ βίης, ἐπικρατεόντων τῶν νουσημάτων, ἢν μὴ οὖρα πολλὰ καὶ παχέα ὁρμήσῃ, ἢ πτύσματα πέπονα ἔλθῃ· ὅ τι δ' ἂν τούτων αὐτοματίσῃ, λύσει τὸ νοῦσημα.

λδ'. Περιπνευμονίης ἐκλεικτόν· χαλβάνη καὶ κόκκα-

---

bum, nec crises perferre: sed postquam crudae materiae colliquatio obtinuerit, et quae morbi resistere poterant eiecta fuerint, nihil amplius repugnabit. Sunt autem sputa cocta, quando puri similia facta sunt, urinae vero, quando rubentia adinstar ervi in ipsis subsidunt.

XXXIII. Nihil autem impedit, quo minus ad ceteros etiam dolores laterum, et fomenta et cerata adhibeantur. Crura vero et lumbos oleo calido inungere oportet, tum pinguedinem illinere: ad praecordia vero lini semen ad mammas usque tanquam cataplasma adponere. At vigente peripneumonia, nisi sputis sursum purgetur, nulla salus exspectanda; malum etiam, si difficulter spiret aeger, et urinae sint tenues et acres, et sudor circa cervicem et caput erumpat: eiusmodi sudores pravi sunt a suffocatione et impetu, et vi expressi, quum morbus sit superior, ubi non prodeunt urinae multae et crassae, vel sputa eiiciuntur cocta: quodcumque vero horum sponte contingat, solvet morbum.

XXXIV. Medicamen ad

λος ἐν μέλιτι ἀττικῷ. — καὶ ἀβρότονον ἐν ὀξυμέλιτι, καὶ πέπερι. — ἐλλέβορον μέλανα ἀποζέσας πλευριτικῷ ἐν ἀρχῇ περιωδύνῳ ἐόντι πίνειν δίδου· — ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸ πάνακες ἐν ὀξυμέλιτι ἀναζέσαντα καὶ διηθέοντα διδόναι πίνειν, καὶ ἡπατικοῖσι, καὶ τῇσι ὑπὸ τῶν [1] φρενῶν περιωδυνίῃσι. — καὶ ὁκόσα δὴ ἐς οὔρησιν, ἐν οἴνῳ καὶ μέλιτι· τὰ δὲ ἐς κοιλίην, ξὺν ὕδαρεῖ μελικρήτῳ πίνειν τὰ πλείω δίδου.

λε'. Δυσεντερίη ἀπόστημα, ἢ ἔπαρμά τι παυσαμένη ποιήσει, ἢν μὴ ἱδρῶτες, ἢ οὖρα παχέα καὶ λευκὰ καὶ λεῖα ἐπιφανῇ, ἢ ἐς πυρετοὺς τριταίους, ἢ ἐς κιρσὸν, ἢ ἐς ὄρχιν, ἢ ἐς σκέλεα, ἢ ἐς ἴσχια στηρίξῃ ἡ ὀδύνη.

λς'. Ἐν πυρετῷ χολώδεϊ πρὸ τῆς ἑβδόμης μετὰ ῥίγεος ἴκτερος ἐπιγενόμενος λύει τὸν πυρετόν· ἄνευ δὲ ῥίγεος, ἢν ἐπιγένηται ἔξω τῶν καιρῶν, ὀλέθριον.

1) νεφρῶν et in marg. ἢ φρενῶν.

---

peripneumoniam delingendum: Galbanum et nux pinea in melle Attico. — Item Abrotonum et piper in aceto mulso. — Veratrum nigrum decoque et bibendum exhibe initio morbi, si quis lateris dolorem patiatur. Recte etiam feceris panacem in aceto mulso coctum et colatum propinando in iecinoris morbis, et doloribus sub septo transverso sedem habentibus. — Praeterea quaecumque medicamina urinas propellere debent, cum vino et melle mista danda sunt, quaecumque vero alvi excretionem, maxime cum mulsa diluta.

XXXV. Difficultas intestinorum cum cessaverit, vel abscessum vel tumorem aliquem efficiet, nisi sudores prodeant, vel urinae crassae et albae et laeves, vel dolor febre tertiana, vel varice finiatur, vel ad testiculum, vel crura, vel coxendicem abeat.

XXXVI. In febre biliosa morbus regius ante diem septimum cum rigore superveniens febrim solvit: sine rigore vero, si extra iudicii tempora superveniat, perniciem adfert.

λζ΄. Τετάνου δὲ ὀσφύος, καὶ ἀπὸ μελαγχολικῶν διὰ φλεβῶν πνευμάτων ἀπολήψιες ὁκόταν ἔωσι, φλεβοτομίη ῥύεται. ὁκόταν δὲ ὑπὸ τῶν τενόντων σφοδρῶς ἔμπροσθεν ἀντισπῶνται, καὶ ἱδρῶτες περὶ τράχηλον καὶ πρόςωπον, ὑπὸ τοῦ πόνου δακνομένων καὶ ξηραινομένων τῶν τενόντων τῶν ὀῤῥωδέων, οἳ παχύτατοι τὴν ῥάχιν ξυνέχουσι, ἢ οἱ μέγιστοι ξύνδεσμοι καταπεφυκότες ἕως ἐς πόδας ἀποτελευτῶσι· τῷ τοιῷδε, ἢν μὴ πυρετὸς καὶ ὕπνος ἐπιγένηται, καὶ τὰ ἑπόμενα οὖρα πέψιν ἔχοντα ἔλθῃ, καὶ ἱδρῶτες κριτικοὶ, πίνειν δίδου οἶνον κρητικὸν οἰνώδεα, καὶ ἄλητον ἑφθὸν ἐσθίειν, καὶ κηρωτῇ ἀλείφειν καὶ ἐγχρίειν, τά τε σκέλεα περιελίσσειν ἕως τῶν ποδῶν, θερμῷ προβρέχων ἐν σκάφῃ, καὶ βραχίονας ἕως δακτύλων κατελίσσειν καὶ ὀσφὺν ἀπὸ τοῦ τραχήλου ἕως τῶν ἰσχίων, λάσιον ἐγκήρωσας, ὅκως καὶ τὰ ἔμπροσθεν περιέξει, καὶ διαλείπων πυρία τοῖσι ἀσκίοισι· θερμὸν ὕδωρ ἐγχέων καὶ περιτείνων σινδόνιον ἐπανάκλινε αὐτόν.

XXXVII. Tetani lumborum et ab atra bile per venas spirituum interceptiones ubi adsunt, venae sectio ab iis liberat. Quum vero a tendonibus fortiter versus anteriora incurvantur, et sudor est circa cervicem et faciem, morsis et arefactis a dolore tendonibus ad extremam ossis sacri partem pertingentibus, qui crassi admodum connectunt spinam, qua parte maxima ligamenta adnata usque ad pedes desinunt: ita se habenti nisi febris et somnus superveniat, et urinae coctae prodeant, bibendum exhibe vinum vinosum Cretense, et farina cocta cibo sit, tum cerato inungere expedit et illinere, et ad pedes usque crura, antea aquae calidae in vase immersa, obvolvere, et brachia ad digitos usque involvere et lumbos a cervice ad coxendicem usque, ita ut anteriores partes etiam circumdet, cerato in hunc finem linteo, tum per intervalla fomentatio adhibenda ope vesicarum: nempe aquam calidam his infunde, et in linteo circumvolutas aegrum reclinato.

λη'. Κοιλίην δὲ μὴ λύειν, ἢν μὴ βαλάνῳ, ἢν πουλὺς χρόνος ᾖ ἀδιαχωρήτῳ ἐούσῃ· καὶ ἢν μέν τί σοι ἐπιδιδῷ ἐπὶ τὸ βέλτιον· εἰ δὲ μὴ, τοῦ μάδου τῆς ῥίζης τρίβων ἐν οἴνῳ εὐώδεϊ, καὶ τοῦ δαύκου, πίνειν δίδου πρωΐ νήστει πρὸ τοῦ βρέχειν, καὶ ταχὺ ἐπὶ τουτέοισι τὸ ἄλευρον ἑφθὸν χλιερὸν ἐσθιέτω ὡς πλεῖστον, καὶ οἶνον, ὁκόταν βούληται, εὔκρητον ἐπιπινέτω. καὶ ἢν μέν σοι ἐπιδιδῷ ἐπὶ τὸ βέλτιον· εἰ δὲ μὴ, προλέγειν.

λθ'. Τὰ δὲ νουσήματα πάντα λύεται ἢ κατὰ στόμα, ἢ κατὰ κοιλίην, ἢ κατὰ κύστιν, ἢ διά τινος ἄλλου τοιούτου ἄρθρου· ἡ δὲ τοῦ ἱδρῶτος ἰδέη κοινὸν ἁπάντων.

μ'. Ἐλλεβορίζειν δὲ χρὴ οἷσι ἀπὸ κεφαλῆς φέρεται ῥεῦμα· ὁκόσοι δὲ ἐξ ἀποστημάτων, ἢ φλεβοῤῥαγίης, ἢ δι' ἀκρησίην, ἢ δι' ἄλλην τινὰ ἰσχυρὴν αἰτίην ἔμπυοι γίγνονται, μὴ δίδου ἐλλέβορον τοῖσι τοιουτέοισι· οὐδὲν γὰρ ὠφελήσει, καὶ ἤν τι πάθῃ, αἴτιον δόξει εἶναι ὁ

XXXVIII. Alvum autem ne moveas, nisi adposita glande, quum diu restiterit: quo facto, si in meliorem partem res verti tibi videatur, bene habet: sin contra, bryoniae radicis et dauci aliquantum contere, et in vino bene olente ieiuno mane propina, antequam irrigetur, et brevi post farinam coctam tepidam quam plurimam comedat, et vinum bene temperatum, si velit, superbibat. Quodsi tibi melius habere videatur, bene habet: sin minus, praedicere periculum oportet.

XXXIX. Morbi vero omnes solvuntur vel per os, vel per alvum, vel per vesicam, vel per aliud quodpiam membrum eiusmodi. Sudor vero solutionis forma est omnibus communis.

XL. Veratro autem curandi sunt, quibus fluxio a capite descendit: at quicumque ex abscessibus, vel venae ruptione, vel incontinentiam, vel aliam quamdam causam validam pus intro colligunt, his ne veratrum praescribe: ne-

ἐλλέβορος· ἢν δὲ διαλύηται τὸ σῶμα, ἢ πόνος ἐν κεφαλῇ ᾖ, ἢ ἐμπεπλασμένα τὰ οὔατα, ἢ ῥὶς, ἢ πτυαλισμὸς, ἢ γουνάτων βάρος, ἢ σώματος ὄγκος παρὰ τὸ ἔθος, ὅ τι ἂν ξυμβαίνῃ μήτε ὑπὸ ποτῶν, μήτε ὑπὸ ἀφροδισίων, μήτε ὑπὸ λύπης, μήτε ὑπὸ φροντίδων, μήτε ὑπὸ ἀγρυπνιῶν· κὴν μέν τι τουτέων ἔχῃ αἴτιον, πρὸς τοῦτο ποιέεσθαι τὴν θεραπείην.

μα΄. Τὰ δὲ ἐκ πορείης ἀλγήματα πλευρέων, νώτου, ὀσφύος, ἰσχίων, καὶ ὁκόσα ἀναπνέοντες ἀλγέουσι πρόφασιν ἔχοντες, πολλάκις γὰρ μεμάθηκε φοιτῆν ἐκ κραιπαλέων καὶ βρωμάτων φυσωδέων ἀλγήματα ἐς ὀσφὺν καὶ ἐς ἴσχια, οἷσι δ' ἂν αὐτέων ᾖ τοιάδε, δυςουρέεται, τουτέων δὲ πορείη αἰτίη καὶ κορυζέων καὶ βράγχων.

μβ΄. Ὁκόσα δὲ ἀπὸ διαιτημάτων, τὰ μὲν πολλὰ ἕκαστος, ὡς ἂν παρὰ τὸ ἔθος διαιτηθῇ, μάλιστα ἐπισημαίνει. καὶ γὰρ ὁκόσοι ἂν μὴ μεμαθηκότες ἀριστῆν ἀριστήσωσι, ὄγκος πουλὺς [1] αὐτοῖσι τῆς γαστρὸς καὶ νυ-

1) αὐτῆς.

---

que enim quidquam iuvabit, et si quid mali contingat, veratro tanquam causae tribuetur. Sin autem corpus resolvatur, vel capitis dolor sit, vel aures vel nares obturatae, vel sputi profluvium, vel gravitas crurum vel corporis moles praeter modum aucta, dandum est, ad quodcumque horum contigerit, si non a potu, aut veneris abusu, aut moerore, aut curis, aut vigiliis profluat: quae quidem si in causa sint, ad causam istam curatio adverti debet.

XLI. *Locum ita corruptum et mancum, ut, quid auctor voluerit, nemo perspiciat, Latine interpretari nolo.*

XLII. Quae vero a victus ratione profluunt ut plurimum varia signa edunt, prouti quis praeter consuetudinem eam mutaverit. Nam qui, prandere non soliti, pransi fuerint, his venter multum tumet, hi dormitant, sensusque pleni-

σταγμὸς, καὶ πληθώρη· ἢν δὲ ἐπιδειπνήσωσι, κοιλίη ἐκταράσσεται· ξυμφέρει δὲ τουτέοισι λουσαμένοισι καθεύδειν· κοιμηθέντας δὲ περιπατῆσαι βραδέως συχνὴν περίοδον· κἢν μὲν λαπαχθῇ, δειπνῆσαι καὶ πιεῖν οἶνον ἐλάσσονα ἀκρητέστερον· ἢν δὲ μὴ λαπαχθῇ, ὑποχρίσασθαι τὸ σῶμα θερμῷ· καὶ ἢν διψῇ, ὑδαρέα οἶνον γλυκὺν, ἢ λευκὸν ἐπιπιόντα ἀναπαύεσθαι· ἢν δὲ ἢμ ἐγκοιμηθῇ, πλείω ἀναπαύεσθαι· τὰ δ' ἄλλα ὁμοίως τοῖσι ἐκ κραιπάλης διαιτάσθω.

μγ'. Τὰ δὲ ἀπὸ πομάτων· ὁκόσα μὲν ὑδαρέα, βραδυπορώτερά ἐστι, καὶ ἐγκυκλέεται, καὶ ἐπιπολάζει περὶ ὑποχόνδρια, καὶ ἐς οὔρησιν οὐ κατατρέχει· τοιούτου δὲ πόματος πληρωθεὶς μηδὲν ἔργον ὀξέως διαπρήξει, ὁκόσα τῷ σώματι ξυνταθέντι βίῃ, ἢ τάχεϊ, πονέειν ξυμβαίνει· ὡς μάλιστα δὲ ἡσυχαζέτω, ἕως ἂν καταπεφθῇ μετὰ τῶν σιτίων. ὁκόσα δὲ τῶν πομάτων ἀκρητέστερά ἐστι ἢ αὐστηρότερα, παλμὸν ἐν τῷ σώματι καὶ σφυγμὸν ἐν τῇ

---

tudinis iis inest. Quodsi insuper coenaverint, alvus deturbatnr. His autem expedit post balneum dormire: post somnum vero lente deambulando multos circuitus continuos conficere: quodsi venter quidem subierit, coenare et vini meracioris bibere quantitatem parciorem. Sin contra non subierit, corpus oleo calido inungere, et, ubi sitis adsit, vinum aquosum dulce et album superbibere et quiescere, diutiusque quiescere, si non dormiat. Ceterum similis victus ratio instituenda atque illis, qui e crapula emergunt.

XLIII. Quod autem attinet ad ea, quae a potionibus profluunt, quicumque potus aquosi sunt, tardius pervadunt intestina, et veluti in orbem circumferuntur, et circum praecordia fluitant, neque ad mictionem deveniunt. Qui eiusmodi potu repletus est, is nullum opus alacriter peraget, quod intenso corpore vi aut celeritate effici debeat: verum quiescat quam maxime, donec cum cibis potus illi sint

κεφαλῇ ἐμποιέει· τούτοισι καλῶς ἔχει ἐπικοιμᾶσθαι, καὶ θερμόν τι ἐπιῤῥυφῆν, πρὸς ὅ τι μάλιστα ἡδίστως ἔχουσι· νηστείη δὲ πονηρὸν πρὸς τὴν κεφαλαλγίην καὶ κραιπάλην.

μδ'. Ὁκόσοι δὲ μονοσιτεῦσι, κεῖνοι καὶ ἀδύνατοί εἰσι, καὶ οὐρέουσι θερμὸν, παρὰ τὸ ἔθος κενεαγγέοντες· γίγνεται δὲ καὶ τὸ στόμα ἁλυκὸν καὶ πικρὸν, καὶ τρέμουσιν ἐν παντὶ ἔργῳ, καὶ κροτάφους ἐπιξυντείνονται, καὶ τὸ δεῖπνον οὐ δύνανται πέσσειν, ὅκως περ ἢν ἠριστηκότες ἔωσι. τούτους δὲ χρὴ δειπνέειν ἔλασσον ἢ μεμαθήκασι, καὶ ὑγροτέρην μᾶζαν ἀντὶ ἄρτου, καὶ λαχάνων λάπαθον, ἢ μολόχην, ἢ σεῦτλα, ἢ πτισάνην· πίνειν δὲ κατὰ τὸ σιτίον οἶνον, ὁκόσον ξύμμετρον, ὑδαρέστερον, καὶ ἀπὸ δείπνου περιπατῆσαι ὀλίγον, ἕως οὖρα καταδράμῃ καὶ οὐρήσῃ· χρήσθω δὲ καὶ ἰχθύσι ἑφθοῖσι.

με'. Βρώματα δὲ μάλιστα ἐπισημαίνει· σκόροδον

---

concocti. Qui vero potus magis sunt meraci quam adstringentes, hi palpitationem in corpore et pulsationem in capite faciunt. His sumtis dormire expedit et calidi quid sorbere, quodcumque maxime placeat. Ieiunitas vero prava ad capitis dolorem et crapulam.

XLIV. Quicumque vero semel tantum cibum sumserunt, ii et invalidi sunt, et calidam mittunt urinam, praeter morem exinanitis vasis: fit etiam os illis salsum et amarum, et tremunt in quolibet labore, et cutis ad tempora valde tenditur, et coenam concoquere sicuti cum pransi sint nequeunt. Hos vero parcius quam solent coenare oportet, et humidiori vesci maza pro pane, et ex oleribus lapatho, vel malva, vel betis, vel ptisana: cum cibis vero vinum bibendum modica copia et magis aquosum, et post coenam parumper deambulari eos oportet, donec urinae descenderint et emissae sint: utatur praeterea piscibus coctis.

XLV. E cibis vero maxime sui significationem edunt sequentes: Allium flatum gignit

φῦσαν καὶ θέρμην περὶ τὸν θώρηκα, καὶ κεφαλῆς βάρος, καὶ ἄσην ἐμποιέει, καὶ εἴ τι ἄλλο ἄλγημα εἴη μεμαθηκὸς πρόσθεν, παροξύνειε ἄν· οὐρητικὸν δὲ, καὶ τοῦτο ἔχει ἀγαθόν· ἄριστον δὲ αὐτοῦ φαγέειν μέλλοντι ἐς πόσιν ἰέναι, ἢ μεθύοντι.

μς΄. Τυρὸς δὲ φῦσαν καὶ στεγνότητα καὶ σιτίων ἔξαψιν ποιέει, τό τ' ὠμὸν καὶ ἄπεπτον· κάκιστον δὲ ἐν ποτῷ φαγεῖν πεπληρωμένοισι.

μζ΄. Ὄσπρια δὲ πάντα φυσώδεα, καὶ ὠμὰ, καὶ ἑφθὰ, καὶ πεφρυγμένα· ἥκιστα δὲ, [1] βεβρεγμένα καὶ χλωρά· τουτέοισι δὲ μὴ χρέεσθαι, ἢν μὴ μετὰ σιτίων. ἔχει δὲ καὶ ἰδίας μοχθηρίας ἕκαστον αὐτέων. ἐρέβινθος μὲν φῦσαν, ὠμὸς καὶ πεφρυγμένος, καὶ πόνον ἐμποιέει. φακὸς δὲ στύφει καὶ ἄραδον ἐμποιέει, ἢν μετὰ τοῦ φλοιοῦ ῇ. θέρμος δὲ ἥκιστα τουτέων κακὰ ἔχει.

μη΄. Σίλφιον δὲ καὶ ὀπὸς ἔστι μὲν οἷσι μάλιστα,

1) βεβραγμένα.

---

et calorem circa thoracem, et capitis gravitatem, et nauseam: tum vero, si quis dolor antea adesse consueverit, eum adaugebit: urinas vero expellit, quod in eo laudandum: praestat vero maxime illo vesci, si quis ad comissationem se conferat, vel iam ebrius sit.

XLVI. At caseus inflat et obstructionem parit, et cibi recrementa incendit, et cruditatem gignit, et digestionem laedit. Pessimum vero cibis oppletis eo uti inter potandum.

XLVII. Legumina vero omnia flatum gignunt, tum cruda, tum elixa, tum frixa, minime vero macerata recensque collecta. His autem utendum non est, nisi una cum aliis cibis. Habet praeterea illorum unumquodque sibi propria vitia. Cicer quidem crudus et frixus flatum parit et dolorem. Lens adstringit et perturbationem infert, si cum cortice sumatur. Minima vero ex hisce lupinus mala habet.

XLVIII. Laser ipsum et

τοῖσι δὲ ἀπείροισι οὐ διέρχεται τῇ κοιλίῃ, ἀλλὰ καλέεται ξηρὴ χολέρη· μάλιστα δὲ γίγνεται, ἢν μετὰ πολλοῦ τυροῦ μιχθῇ, ἢ κρεηφαγίης βοείων κρεῶν. τὰ μὲν γὰρ μελαγχολικὰ παθήματα καὶ παροξυνθείη ἂν ὑπὸ βοείων κρεῶν· ἀνυπέρβλητος γὰρ ἡ φύσις αὐτέων, καὶ οὐ τῆς τυχούσης κοιλίης καταπέψαι· βέλτιστα δ' ἂν ἀπαλλάξαιεν, εἰ διέφθοισί τε χρέοιντο καὶ ὡς παλαιοτάτοισι.

μθ'. Αἴγεια δὲ κρέα, ὅσα γε ἐν βοείοισι ἔνι, κακὰ πάντα ἔχει, τήν τε ἀπεψίην, καὶ φυσωδέστερα καὶ ἐρευγματώδεα, καὶ χολέρης γεννητικά· ἔστι δὲ τὰ εὐωδέστατα καὶ τέρενα ἥδιστα, ταῦτα ἄριστα δίεφθα καὶ ψυχρά· τὰ δὲ ἀηδέστατα δυςωδέα καὶ σκληρά· ταῦτα κάκιστα, καὶ τὰ πρόςφατα· βέλτιστα δέ ἐστι ὥρῃ τῇ θερινῇ, μετοπώρου δὲ κάκιστα.

ν'. Χοίρου δὲ πονηρὰ, ὁκόταν ᾖ ἐνωμότερα καὶ περικαῇ· χολερώδεα δ' ἂν εἴη καὶ ἐκταρακτικά. ὕεια δὲ βέλτιστα τῶν κρεῶν ἁπάντων· κράτιστα δὲ τὰ μήτε

---

succus eius quibusdam facillime per intestina descendit, in non adsuetis vero minime, sed cholera sicca id mali vocatur. Quod inprimis fit, si cum multo caseo mistum fuerit, vel comestum cum multa carne bubulina. Nam quae ab atra bile profluunt mala, a bubularum carnium esu etiam augebuntur: quippe harum natura insuperabilis, neque cuiuslibet ventriculi est eas concoquere. Optime vero eas ferent, si percoctis fruantur et quam vetustissimis.

XLIX. Caprinae carnes quae in bubulis insunt mala habent omnia, digestionem difficilem, tum flatum gignunt nimium, et ructus et choleram faciunt: quae vero bene olent et tenerae sunt, suavissimae; sunt hae praestantissimae, bene coctae et frigidae: ingratissimae vero, quae male olent et durae sunt: optimae habentur aestate, minus laudandae auctumno.

L. Porcelli vero carnes pravae, quando intus subcrudae et extus ambustae sunt,

ἰσχυρῶς πίονα, μήτε πάλιν ἰσχυρῶς λεπτὰ, μήτε ἡλικίῃ παλαιοῦ ἱερείου· ἐσθίειν δὲ ἄνευ τῆς φορίνης καὶ ὑπόψυχρα.

να'. Χολέρης δὲ ξηρῆς ἡ γαστὴρ πεφύσηται, καὶ ψόφοι ἔνεισι, καὶ ὀδύνη πλευρέων καὶ ὀσφύος· διαχωρέει δὲ οὐδὲν κάτω, ἀλλ' ἀπεστέγνωται. τὸν τοιόνδε διαφύλαξον, ὅκως μὴ ἐμέεται, ἀλλ' ἡ κοιλίη ὑπελεύσεται. κλύσον οὖν ὅτι τάχιστα θερμῷ καὶ ὡς λιπαρωτάτῳ, καὶ ἐς ὕδωρ, ἀλείφων ὡς πλειστῷ, κάθιε θερμὸν, ἐν σκάφῃ κατακλίνων, καὶ τοῦ θερμοῦ παράχεε κατὰ σμικρὸν, καὶ ἢν θερμαινομένῳ αὐτέῳ ἡ κοιλίη ὑπάγῃ, λέλυται. ξυμφέρει δὲ καὶ ἐγκοιμᾶσθαι τῷ τοιῷδε, καὶ πίνειν οἶνον λεπτὸν καὶ παλαιὸν, καὶ ἀκρητέστερον, καὶ ἔλαιον δίδου, ὥστε ἡσυχῇ ἡ κοιλίη ὑπίῃ· σίτων δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἀπεχέσθω. ἢν δὲ μὴ ἀνῇ ὁ πόνος, ὄνου γάλα δίδου πίνειν, ἕως ἂν καθαρθῇ. ἢν δὲ ὑγρὴ ἡ κοιλίη ᾖ, καὶ

---

choleram inducent et alvum deturbabunt. Carnium omnium optimae sunt suillae: praestantissimae vero, quae neque pingues admodum, neque contra admodum macrae, neque aetate victimae veteris. Comedantur vero sine pelle et subfrigidae.

LI. In cholera sicca venter inflatus est, et strepitus insunt, et dolor laterum et lumborum: nihil vero deorsum transit, sed alvi excretio interclusa est. Hic ne vomat cave, sed fac ut venter deiiciat. Itaque quam citissime fieri possit clysma adhibe calidum et quam pinguissimum, et aegrum largiter unctum in aquam immitte calidam, ita ut in solio reclinetur, et sensim aquam calidam adfunde, quo facto, simul atque incalescenti alvus moveatur, morbus solutus est. Huic quoque expedit dormire, et vinum bibere tenue et vetus, et meracius; tum etiam oleum exhibe, ut leniter ducatur alvus; a cibis vero rebusque aliis abstineat: sin dolor non remittat, lac asininum da bibendum, donec purgatus sit. Quodsi vero alvus sit liquida,

χολὴ ὑποχωρέῃ, καὶ στρόφοι, καὶ ἔμετοι, καὶ πνιγμοὶ, καὶ δηγμοὶ, τούτοισι κράτιστον ἀτρεμίζειν· πίνειν δὲ μελίκρητον καὶ ἐξεμέειν.

νβ'. Ὑδρώπων δύο μὲν φύσιες, ὧν ὁ μὲν ὑποσαρκίδιος ἄφυκτος, ὁ δὲ μετ' ἐμφυσημάτων, ἐγχειρέων γίγνεσθαι, πολλῆς εὐτυχίης δεόμενος· μάλιστα δὲ ὑπὸ ταλαιπωρίης καὶ πυρίης, καὶ ἐγκρατείης· ξηρὰ δὲ καὶ δριμέα ἐσθιέτω· οὕτω γὰρ οὐρητικώτατος ἂν εἴη καὶ ἰσχύοι μάλιστα. ἢν δε δύσπνοος γένηται, καὶ ἡ ὥρη θερινὴ ἐοῦσα τύχῃ, καὶ ἡλικίῃ ἀκμάζῃ, καὶ ῥώμη ᾖ, ἀπὸ τοῦ βραχίονος αἷμα ἀφαιρέειν· εἶτα θερμοὺς ἄρτους ἐξ οἴνου μέλανος καὶ ἐλαίου ἀποβάπτων ἐσθιέτω· καὶ ὡς ἐλάχιστα πίνων, ὡς πλεῖστα πονεέτω, καὶ κρέα ὕεια σαρκώδεα ἐσθιέτω μετὰ ὄξους ἐφθὰ, ὅκως πρὸς τοὺς προσαντέας περιπάτους ἀντέχῃ.

νγ'. Ὁκόσοι κοιλίας τὰς κάτω θερμὰς ἔχουσι, καὶ δριμέα τὰ ὑποχωρήματα καὶ ἀνώμαλα διέρχεται ὑπὸ ξυν-

---

et bilis infra prodeat, et tormina sint et vomitus, et suffocatio, et morsus, optimum facies nihil agendo: bibant vero mulsam et evomant.

LII. Hydropis species duae sunt, quarum altera ὑποσαρκίδιος Graece dicta sanari nescia; alteri vero, quae cum inflatione coniuncta est, fieri coeptae multa opus est felicitate, ut curetur. Curatur vero maxime labore et fotu, et abstinentia. Sicca vero edat et acria: ita enim urinae facillime prodeunt et vires vigent maxime. Sin autem difficulter spiret, et anni tempestas aestiva sit, et aetate floreat, et vires sint integrae, sanguis, secta vena in brachio, detrahendus est: tum panes edat calidos, in vinum nigrum immissos et oleum: et quam minime bibens, quam plurimum laboret, et carnes suillas bene nutritas edat cum aceto coctas, ut par sit ferendis arduis obambulationibus.

LIII. In iis, qui ventrem inferiorem habent calidum, et quibus e colliquatione alvi

τῆξιος αὐτέοισι, ἢν μὲν δυνατοὶ ἔωσι, ἐλλεβόρῳ ἀντισπάσαι· ἢν δὲ μὴ, ὁ χυλὸς τῶν σητανίων πυρῶν παχὺς, ψυχρὸς, καὶ τὸ φάκινον ἔτνος, καὶ ἄρτοι ἐγκρυφίαι, καὶ ἰχθύες πυρέσσοντι μὲν ἑφθοὶ, ἀπυρετῷ δὲ ἐόντι ὀπτοὶ, καὶ οἶνος μέλας ἀπυρέτῳ· ἢν δὲ μὴ, ὕδωρ ἀπὸ μεσπίλων, ἢ μύρτων, ἢ μήλων, ἢ οὔων, ἢ φοινικοβαλάνων, ἢ οἰνάνθης ἀμπελικῆς. ἢν δὲ πυρετὸς μὴ ἔχῃ, καὶ στρόφοι ἔωσι, γάλα βόειον θερμὸν ὀλίγον τὸ πρῶτον, ἔπειτα ἐκ προςαγωγῆς πλεῖον, καὶ λίνου σπέρμα, καὶ πύρινα ἄλφιτα, καὶ τῶν αἰγυπτίων κυάμων ἐξελὼν τὰ πικρὰ, καταλέσας, ἐπιπάσσων πινέτω· καὶ ὠὰ ἡμιπαγέα ἐσθιέτω ὀπτὰ, καὶ σεμίδαλιν, καὶ κέγχρον, καὶ χόνδρον, ἐν γάλακτι ἑφθὰ ψυχρὰ ἐσθίειν· καὶ τὰ τούτοισι ὅμοια καὶ ποτὰ καὶ ἐδέσματα προςφερέσθω.

νδ'. Τῆς διαιτητικῆς ἐστι μέγιστον παρατηρεῖν καὶ φυλάσσειν (ὥςπερ ἐν τοῖσι ὀξέσι, οὕτω καὶ ἐν τοῖσι μα-

---

recrementa acria et inaequalia prodeunt, si ferre valeant, veratro albo sursum revulsio facienda: sin minus, cremor crassus frigidus tritici sitanii exhibendus, et pulta e lente, et panes subcinericei, et pisces febricitanti quidem cocti, a febre libero assi: etiam vinum nigrum non febricitanti dari potest: sin contra febris adsit, aqua infusa mespilis, vel myrtis, vel malis, vel sorbis, vel palmulis, vel vitium oenanthae. Sin febris non adsit, sed tormina infestent, lac bubulum calidum initio parca, dein sensim sensimque maiori quantitate bibat, lini semine et polenta triticea, et fabis Aegyptiis, exemto, quod in iis inest, amaro, mola subactis, inspersis: vescatur dein ovis assis semiconcretis, et simila et milio, et alica cum lacte coctis, (cocta haec frigida sumenda), et id genus alii tum potus, tum cibi illis exhibeantur.

LIV. In victus ratione praescribenda plurimum valet in morbis animadvertisse et observasse tum exacerbationes, tum remissiones febrium,

κροῖσι ἀῤῥωστήμασι) καὶ τὰς ἐπιτάσιας τῶν πυρετῶν καὶ τὰς ἀνέσιας, ὥςτε τοὺς καιροὺς διαπεφυλάχθαι, ὁκότε μὴ δεῖ τὰ σιτία προςενεγκεῖν, καὶ ἀσφαλέως ὁκότε προςοίσεις εἰδέναι· ἔστι δὲ, ὁκόταν πλεῖστον ἀπέχωσι τῆς ἐπιτάσιος.

νε'. Τοὺς δὲ κεφαλαλγικοὺς ἐκ γυμνασίων, ἢ δρόμων, ἢ πορειῶν, ἢ κυνηγεσίων, ἢ ἄλλου τινὸς πόνου ἀκαίρου, ἢ ἐξ ἀφροδισίων, τοὺς ἀχρόους, τοὺς βραγχαλέους, τοὺς σπληνώδεας, τοὺς λειφαίμους, τοὺς πνευματώδεας, τοὺς ξηρὰ βήσσοντας καὶ διψώδεας, τοὺς φυσώδεας, φλεβῶν ἀπολήψεσι ἐντεταμένους ὑποχόνδρια καὶ πλευρὰ καὶ μετάφρενον, τοὺς ἀπονεναρκωμένους, καὶ ἀμαυρὰ βλέποντας, καὶ οἷσι ἦχοι τῶν ούάτων ἐμπίπτουσι, καὶ τῆς οὐρήθρης ἀκρατέως διακειμένους, τοὺς ἰκτεριώδεας, καὶ ὧν αἱ κοιλίαι ὠμὰ ἐκβάλλουσι, καὶ αἱμοῤῥαγέοντας ἐκ ῥινὸς ἢ καθ' ἕδρην σφοδρῶς, ἢν ἐν ἐμφυσήμασι ἔωσι, ἢ πόνος αὐτέοισι ἐπιτρέχῃ σφοδρὸς, καὶ μὴ ἐπικρατέωσι, —

---

ita ut animum attendas ad tempora, quando cibos non obferre oporteat, et scias quando tuto obferri possint. Est autem, ubi longissime ab accessione absint.

LV. Quibus post exercitationes corporis, vel cursus, vel itinera, vel venationem, vel alium laborem praeter modum gravem, vel post veneris usum, caput dolet, decolores, raucedinosos, lienis tumorem habentes, exsangues, anhelos, sicca tussi laborantes et siticulosos, flatuosos, venarum obturatione praecordia tensa habentes et latera et dorsum, sensu hebetes et obscure videntes et quibus sonitus aurium accidunt, quique urinam continere nequeunt, morbo regio laborantes et quorum alvus cruda demittit, sanguinem copiosum e naribus vel ano fundentes, si inflatione laborent, vel dolor vehemens iis obortus fuerit, neque viribus morbum sustinere valeant, — horum omnium

τῶν τοιῶνδε μηδένα φαρμακεύειν· κίνδυνόν τε γὰρ ἕξει καὶ οὐδὲν ὀνήσεις, τάς τε ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου ἀπαλλάξιας καὶ κρίσιας ἀφαιρήσεις.

νϛ'. Ἢν δὲ αἷμά τινι ξυμφέρῃ ἀφαιρέειν, στερεὴν πρότερον ποιέειν τὴν κοιλίην, καὶ οὕτως ἀφαιρέειν, καὶ λιμοκτονέειν, καὶ οἶνον ἀφαιρέειν αὐτέων· ἔπειτα τῇ διαίτῃ τῇ προςηκούσῃ τὰ ἐπίλοιπα, καὶ πυρίῃσι ἐνίκμοισι θεράπευε. ἢν δέ σοι κατάπυκνος ἡ κοιλίη δοκέῃ εἶναι, μαλθακῷ κλύσματι ὑπόκλυζε.

νζ'. Ἢν δὲ φαρμακεῦσαι δόξῃ, ἐλλεβόρῳ ἀσφαλέως ἄνω κάθαιρε· κάτω δὲ μηδένα τῶν τοιῶνδε. κράτιστον δέ, ἐς οὔρησιν καὶ ἐς ἱδρῶτας, καὶ ἐς περιπάτους ἄγειν· καὶ τρίψει ἡσύχῳ χρέο, ἵνα μὴ πυκνώσῃς τὴν ἕξιν· ἢν δὲ κλινοπετὴς ᾖ, ἄλλοι τριβέτωσαν αὐτόν· κἢν μὲν ἐν τῷ θώρηκι ὑπὲρ τῶν φρενῶν λυπέῃ τὸ πάθος, αὐτὸν ἀνακαθίζειν ὡς πλειστάκις, καὶ ὡς ἥκιστα προςκλινέσθωσαν ἐς ὅτε δυνατοί εἰσι, καὶ καθίζοντα ἀνατρίβειν μιν που-

---

neminem purgare licet: periculum enim adferet nec quicquam proderit, et solutiones spontaneas et iudicationes praecides.

LVI. Quodsi cui sanguis sit detrahendus, primum alvus sistenda est, atque ita sanguis detrahendus, et abstinentia a cibis praescribenda et vinum iis adimendum. Dein reliqua victus ratione idonea et humidis fomentationibus curanda sunt. Sin autem iusto densior tibi alvus esse videatur, leni clysmate subducenda est.

LVII. Quodsi purgare visum sit, sursum tuto veratro purga: per inferiora vero horum neminem. Praestat vero maxime et urinas et sudores provocare, et ad ambulationes aegrum impellere: tum etiam leni fricatione uteris, ne nimis densum reddas habitum. Sin autem in lecto decumbat, alii illum fricent. Ac si quidem in thorace supra septum transversum malum sedem habeat, ipsum quam saepissime, ut consideat, erigere oportet, et, quoad eius vires permittant,

λὸν χρόνον πολλῷ θερμῷ· ἢν δὲ ἐν τῇ κάτω κοιλίῃ ὑπὸ φρένας ἴσχῃ τὰ ἀλγήματα, ἀνακέεσθαι ξυμφέρει καὶ μηδεμίην κίνησιν κινέεσθαι· τῷ τοιῷδε σώματι μηδὲν προςφέρεσθαι, ἔξω τῆς ἀνατρίψιος. τὰ δὲ ἐκ τῆς κάτω κοιλίης λυόμενα δι' οὔρων καὶ ἱδρώτων, ἢν ὀλισθῇ μετρίως, ὑπὸ αὐτοματισμοῦ λύεται τὰ σμικρά· τὰ σφοδρὰ δὲ πονηρόν· οἱ τοιοῦτοι γὰρ ἢ ἀπόλλυνται, ἢ ἄνευ ἄλλων κακῶν οὐ γίγνονται ὑγιέες, ἀλλ' ἀποστηρίζει καὶ τὰ τοιουτότροπα.

νη'. Πόμα ὑδρωπιῶντι· κανθαρίδας τρεῖς, ἀφελὼν τὴν κεφαλὴν ἑκάστης, καὶ πόδας καὶ πτερὰ, τρίψας ἐν τρισὶ κυάθοισι ὕδατος τὰ σώματα· ὁκόταν δὲ πονέῃ ὁ πιὼν, θερμῷ βρεχέσθω, ὑπαλειψάμενος πρότερον· νῆστις δὲ πινέτω· ἐσθιέτω δὲ ἄρτους θερμοὺς ἐξ ἀλείφατος.

νθ'. Ἴσχαιμον· ὀπὸν συκῆς ἐν εἰρίῳ προςθεῖναι ἔσω πρὸς τὴν φλέβα, ἢ πυτίην συστρέψαντα ἐμβῆσαι ἐς τὸν

---

quam minime decumbat, desidentem autem diu perfricare oportet multo oleo calido. Sin autem in inferiori ventre sub septo transverso dolor sit, decumbere expedit, et nullo modo moveri: ita se habenti corpori nihil administrandum est praeter frictionem. Quae vero e ventre inferiori solvuntur per urinas et sudores, ea, si modice prodeant, sponte finiuntur, modo exigua sint: quae vero vehementiora sunt, male habent: hi enim vel intereunt, vel sine alio damno sani non evadunt, sed quae huius sunt generis obfirmantur etiam.

LVIII. Potio hydrope laboranti. Cantharidum trium, detractis cuiusque capite et pedibus et alis, contere corpora in tribus cyathis aquae: quodsi doleat, qui medicamen sumserit, calida aqua perfundatur, postquam prius unctus sit: bibat vero ieiunus: comedatque panes calidos ex adipe.

LIX. Sanguinis fluxum sistens remedium. Fici succum lana exceptum intus ad venam adpone, vel coagulum spissa

μυκτῆρα, καὶ τοὺς χόνδρους ἔξωθεν προσπιέσαι ἑκατέρωθεν· ἢ χαλκίτιδος τῷ δακτύλῳ ἐπισπασάμενος πίεσον. καὶ τὴν κοιλίην λῦσον ὄνου γάλακτι ἑφθῷ· καὶ τὴν κεφαλὴν ξυρῶν ψυκτικὰ πρόσφερε, ἢν ἐν ὥρῃ θερμῇ γίγνηται.

ξ'. Σησαμοειδὲς ἄνω καθαίρει· ἡ πόσις ἡμιόλιον δραχμῆς ἐν ὀξυμέλιτι τετριμμένον· ξυμμίσγεται δὲ καὶ τοῖσι ἐλλεβόροισι, καὶ ἧσσον πνίγει, τὸ τρίτον μέρος τῆς πόσιος.

ξα'. Τριχώσιος. ὑποθεὶς τὸ ῥάμμα τῇ βελόνῃ, τῇ τὸ κύαρ ἐχούσῃ, κατὰ τὸ ὀξὺ τῆς ἄνω τάσιος τοῦ βλεφάρου ἐς τὸ κάτω διακεντήσας δίες, καὶ ἄλλο ὑποκάτω τούτου· ἀνατείνας δὲ τὰ ῥάμματα ῥάψον καὶ κατάδει, ἕως ἂν ἀποπέσῃ· κἢν μὲν ἱκανῶς ἔχῃ· ἢν δὲ μὴ, ὀπίσω ποιέειν τὰ αὐτά.

ξβ'. Καὶ τὰς αἱμοῤῥοΐδας τὸν αὐτὸν τρόπον διώσεις τῇ βελόνῃ, ὡς παχύτατον εἰρίου οἰσυπηροῦ ῥάμμα καὶ

---

et naribus immitte, et cartilagines utrinque adprime, vel attracta digito chalcitide nares comprime. Et alvum solve lacte asinino cocto, et capiti tonso refrigerantia adhibe, si anni tempestate calida contingat.

LX. Sesamoides sursum purgat: potioni sumitur sesquidrachma trita in aceto mulso. Admiscetur etiam veratro ad tertiam potionis partem, et facit hoc, ut minor sit suffocatio.

LXI. Ad cilia introrsum versa adhibenda methodus. Traducto per foramen, quod acus habet, filo, iuxta superioris palpebrae marginem acuminatam et tensam, inferiora versus, perforata cute, filum traducito, aliudque sub ipso hoc priori: sursum vero adducta fila ulterius transmitte, et deliga, donec deciderint. Quod si sufficiat, bene habet, sin contra, iterum idem faciendum.

LXII. Etiam haemorrhoïdes eadem ratione perforabis acu, deligatas antea crassissimo lanae succidaneae filo et maxi-

ὡς μέγιστον ἀποδήσας, ἀσφαλεστέρη γὰρ γίγνεται ἡ θεραπείη· εἶτα ἀποπιέσας τῷ σηπτῷ χρέο, καὶ μὴ βρέχε πρὶν ἀποπέσῃ, καὶ αἰεὶ μίην καταλίμπανε, καὶ μετὰ ταῦτα ἀναλαβὼν ἐλλεβορίσαι· εἶτα γυμναζέσθω καὶ ἀφιδρούτω· γυμνασίου δὲ τρίψις, πάλη ἀπὸ ὀρθοῦ· δρόμου δὲ ἀπεχέσθω καὶ μέθης, καὶ τῶν δριμέων ἔξω ὀριγάνου· ἐμεέτω δὲ δι' ἑπτὰ ἡμερέων, ἢ τρὶς ἐν τῷ μηνί· οὕτω γὰρ ἂν ἔχοι ἄριστα τὸ σῶμα· οἶνον δὲ κιῤῥὸν αὐστηρὸν, ὑδαρέα καὶ ὀλίγον πινέτω.

ξγ'. Τοῖσι δὲ ἐμπύοισι σκίλλης καταταμὼν κυκλίσκους ἕψε ἐν ὕδατι, καὶ ἀποζέσας εὖ μάλα ἀπόχεον, καὶ ἐπιχέας ἄλλο ἕψε, ἕως ἂν ἁπτομένῳ δίεφθον καὶ μαλθακὸν φανῇ· εἶτα τρίψας λεῖον ξύμμισγε κύμινον πεφρυγμένον, καὶ λευκὰ σήσαμα καὶ ἀμυγδάλας νέας τρίψας ἐν μέλιτι, ἐκλεικτὸν δίδου, καὶ ἐπὶ τούτῳ οἶνον γλυκύν· ῥυφήματα δέ· μήκωνος τῆς λευκῆς ὑποτρίψας ὁκόσον λεκίσκιον ὕδατι, διεὶς, σηταγίου πλύματι ἀλεύρου ἑψήσας,

---

mo, tutior enim ita redditur curatio; postea adstricto filo putrefaciens medicamen adhibe, neque irriga priusquam deciderit, et semper unam relinque, postea vero viribus prospicere et veratro purgare eos oportet. Deinde exerceat se ut sudet, exercitatio sit frictio, lucta stantium: abstineat autem a cursu et ebrietate, et acribus, excepto origano. Septimo vero quoque die vomat, vel ter quoque mense, ita enim optime corpore habebit: bibat vero vinum fulvum austerum, aquosum, parca quantitate.

LXIII. Iis vero, qui pus intro collegerunt, scillae orbiculos conscinde et in aqua decoque, a bene decoctis aquam exacte effunde, et alia adfusa rursum coque, donec tangenti tibi percocti et molles esse videantur. Contritis dein admisce cyminum frixum, et sesama alba et amygdalos recentes contritos in melle, ut delingi possit remedium, quo sumto superbibatur vinum dulce. Sorbitiones vero illis hae sint: peplo albo cum aqua

μέλι ἐπιχέας, χλιερὸν ἐπιῤῥυφῶν, οὕτω διαγέτω τὴν ἡμέρην· εἶτα ἐς τὰ ἀποβαίνοντα λογιζόμενος τὸ δεῖπνον δίδου.

ξδ'. Δυςεντερίης. κυαμῶν καθαρῶν τεταρτημόριον, καὶ ἐρυθροδανοῦ δώδεκα κάρφεα λεῖα ξυμμίξαντα καὶ ἑψήσαντα, λιπαρὸν διδόναι ἐκλείχειν.

ξε'. Ὀφθαλμῶν. σπόδος πεπλυμένη, λιπαρῶς πεφυρημένη, ὡς σταῖς μὴ ὑγρὸν, λεῖον τρίψας, ὀμφακίῳ τῷ τῆς πικρῆς ὄμφακος ἀνυγρήνας, ἐν ἡλίῳ τε ξηρήνας, ὑγραίνειν, ὡς ἐνάλειπτον, ὁκόταν δὲ ξηρὸν γένηται, τρίψας λεῖον, ξηρὸν, ὑπάλειφε τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ παρύπασσε τοὺς κάνθους.

ξς'. Ὑγρῶν. ἐβένου δραχμὴν μίαν ἐπ' ἀκόνης τρίβων, χαλκοῦ κεκαυμένου ἐννέα ὀβολοὺς, κρόκου τριώβολον· ταῦτα τρίψας λεῖα, παράχεε οἴνου γλυκέος κοτύλην ἀττικὴν,

---

trito ad mensuram acetabuli parvi, colato coctoque cum lotura farinae sitaneae mel adfunde, tum tepidum sorbeat, atque ita diem transigat. Dein eventum respiciens, pro huius ratione coenam concede.

LXIV. Ad difficultatem intestinorum remedium. Fabarum Aegyptiacarum mundarum quadrantem, et rubiae tinctorum surculos siccos duodecim contrita commisce, et cocta cum adipe delingenda exhibe.

LXV. Ad oculos remedium. Spodium lotum cum adipe subactum, veluti farinae pulticulam non valde humidam, tenuiter contere, et succo amarae uvae immaturae irriga, et in sole siccatum humecta, ita ut inungi possit: cum vero resiccatum fuerit, in pulverem tenuem redige, tum illud oculis inunge, pulverem vero angulis insperge.

LXVI. Ad lippientes oculos remedium. Hebeni ad cotem contriti drachmae uni, aeris usti novem obolis, croci obolis tribus, terendo in pulverem redactis, adfunde vini dulcis heminam Atticam. Obtecta

κἄπειτα ἐς τὸν ἥλιον θεὶς κατακαλύψας, ὁκόταν συνεψηθῇ, τούτῳ χρέο.

ξζ′. Πρὸς τὰς περιωδυνίας καὶ τὰ ῥεύματα. ἔστω χαλκίτιδος δραχμὴ, σταφυλῆς περκαζούσης ὁκόταν δύο μέρεα ληφθῇ, ἐκπιέσας, σμύρναν καὶ κρόκον τρίψας, καὶ ξυμμίξας τὸ γλεῦκος, ἕψησον ἐν τῷ ἡλίῳ, καὶ τούτῳ ὑπάλειφε τοὺς περιωδυνέοντας· ἔστω δὲ ἐν χαλκῷ ἀγγείῳ.

ξη′. Ὑπὸ ὑστερικῶν πνιγομένων γνῶσις· πιέσαι τοῖσι τρίσι δακτύλοισι· κὴν αἴσθηται, ταῦτα ὑστερικά ἐστι· ἢν δὲ μὴ, σπασμώδεα.

ξθ′. Τοῖσι ὑδρωπιώδεσι πόσις. λεπίδος μηλαὶ τρεῖς τῷ πλάτεϊ καὶ ἀλήτου σηטανίου... κολλήσας ταῦτα, λεῖα τρίψας, κατάποτα ξυστρέψας, δίδου· κάτω ὕδωρ καθαίρει.

ο′. Κοιλίην ἐκκοπροῖ. ἐς ἰσχάδας ὀποῦ τοῦ τιθυμάλλου ἀπόσταζε ἑπτάκις ἐς ἑκάστην, εἶτα ἐς καινὸν ἄγγος συνθεὶς ταμιεύεσθαι. δίδου πρὸ τῶν σιτίων.

---

haec dein soli expone et, cum concocta sint, iis utitor.

LXVII. Ad oculos dolentes et ad fluxiones remedium. Sume chalcitidis drachmam, quum vero uvarum maturescentium partes duas sumseris, has exprime, et cum myrrha et croco contere, tum omnia cum uvae succo admisto in sole coquantur. Hoc autem medicamine subline oculos dolentes. Sit vero in vase aeneo.

LXVIII. Dignotio uterina suffocatione laborantium. Tribus digitis preme: quodsi sentiat, hysterica affectio est: sin minus, convulsio est.

LXIX. Potio hydropicis danda. Squamae aeris ter tantum, quantum specilli latitudini imponi potest, et farinae sitaneae .... haec conglutina et contere, et in potionis formam redacta exhibe. Deorsum aquam expellit.

LXX. Ventrem purgat sequens remedium. In caricas instilla succum tithymalli, septies circiter in singulas, dein in novo vase sepositas recondito. Ante cibos sumatur.

οα'· Μηκωνίου λεκίσκιον ἀττικὸν στρογγύλον τρίβων, ὕδωρ ἐπιχέων καὶ διηθέων, ἄλευρον φυρῶν, μέλι ἑφθὸν παραχέων, ἰτρίον ὀπτῶν, τοῖσι ὑδρωπικοῖσι τρώγειν δίδου, καὶ ἐπιπίνειν οἶνον γλυκὺν, ὑδαρέα, ἢ μελίκρητον ὑδαρὲς, (τὸ ἀπὸ τῶν κηρίων). μηκώνιον ξυλλέγων ταμιεύου καὶ θεράπευε.

LXXI. Pepli acetabulum parvum Atticum rotundum contere, adfusa aqua, et cola: dein farinam subige, et melle cocto adfuso placentam para, quam hydropicis edendam exhibe, et superbibendum vinum dulce, aquosum, vel mulsam dilutam e favis paratam. Peplum collige et reconde et cura.

ADNOTATIO

AD

LIBRUM HIPPOCRATIS

DE VICTUS RATIONE IN MORBIS ACUTIS.

ADNOTATIO

AD

LIBRUM HIPPOCRATIS

DE VICTUS RATIONE IN MORBIS ACUTIS.

---

§ 1.

Ἱππ. περὶ διαίτης ὀξέων.] — Verbulo monendum de variis huius libri inscriptionibus. Audit liber noster *περὶ διαίτης* apud Gal. in comm. in lib. Hipp. de Humoribus vol. XVI. pag. 169. Ed. Kühn. et apud Athen. II. 45. e. f. conf. inscriptiones quas nuperrimus editor Hipp. vol. II. p. 224 e MSS. Bibl. Regiae hausit. Huc spectant Coel. Aurel. verba e lib. II. de m. acutis cap. 29.: « Hippocrates vero libro regulari, quem *diaeteticum* vocavit." Perperam enim Grunerus et Sprengelius hunc librum diaeteticum interiisse crediderunt, qua de re monuit Littréus vol. I. p. 183.: erroris tamen origo repetenda ex Ammani notula ad Coel. Aur. l. l. Vulgata in huius libri Edd. inscriptio est *περὶ διαίτης ὀξέων*, quam habet Gal. lib. III de Alim. fac. vol. VI. p. 743., ubi hic titulus a Pergameno prae aliis duobus praefertur, quod itidem fit in comm. p. 452. adpositis rationibus. Conf. comm. Gal. in lib. de Humor. p. 195. Steph. Athen. ad Aph.

3. I. Nomen *περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων* habetur comm. Gal. in lib. de Humor. p. 460 et initio comm. in h. l. ipsum. Apud Athen. lib. II. l. l. *περὶ ὀξέων νοσημάτων* ab aliis appellatum esse legimus. Frequens est inscriptio *πρὸς τὰς Κνιδίας γνώμας*: cf. Gal. lib. III. de diff. respir. vol. VII. p. 891., Athen. l. l., Coel. Aurel. m. acut. III. 4. 8., m. chron. III. 8. IV. 3. *Πρὸς τὰς Κνιδίας δόξας* audit apud Pollucem X. 23. Cael. Aurel. *librum sententiarum* vocat II. 10. m. acut.: quippe paulo inferius verba citat ex additamentis spuriis. *Περὶ πτισάνης* nomine nuncupatur ab Erotiano, tum in recensione librorum Hippocrateorum, ubi hunc nostrum ad *τὰ διαιτητικὰ* refert, tum in voce *ξυνιέναι*, quam ex h. l. citat. vid. Cael. Aur. m. acut. I. 12. II. 19. Eandem inscriptionem spectant Plin. hist. nat. XVIII. 15. Gal. lib. III. de alim. fac. vol. VI. p. 742. Athen. l. l. Foësius Rufo Ephesio tribuit inscriptionem *πρὸς τὰς Κνιδίας γνώμας* in huius scripto *περὶ ἀνθρ. μορίων*: verum festinando lapsus videtur vir praestantissimus: respicit enim locum, qui habetur p. 30. Ed. Goup., ubi verba ex ipsis sententiis Cnidiis citantur, quae mox proferemus. — Probabile est, quod Gal. voluit, alios ad aliam libri partem attendentes varia libro nomina indidisse, quorum nullum ab ipso Hipp. profectum esse puto.

οἱ ξυγγράψαντες τὰς Κνιδίας καλεομένας γνώμας.] — Cnidiae istae sententiae a Gal. comm. ad Epid. VI. p. 886. vol. XVIIa. Ed. Kühn, ad Euryphontem auctorem referuntur. Animadversione tamen dignum censeo Hipp. tum h. l. tum inferius, verbis *οἱ μέντοι ὕστερον ἐπιδιασκευάσαντες*, de pluribus uno auctoribus loqui. Quod ita accipiendum videtur, ut hoc libro

Asclepiadarum Cnidiorum medica praecepta tradita sint ab Euryphonte, adeo ut hic libri auctor habitus sit, licet re ipsa plures Cnidii ad materiem colligendam et amplificandam symbolam contulerint. Ceterum Euryphonta unum fuisse existimo *τῶν ὕστερον ἐπιδιασκευασάντων*, quorum placita magis *ἰητρικὰ* videbantur Hippocrati, ita ut maxime antiquorum rerum quarumdam ignorantiam reprehendat. Eurypho autem Hippocratis fuit aequalis, certe cum hoc eodem tempore vixit, quod vel e Platonis Comici loco apud Gal. comm. ad Aph. 42. VI. constat. Operae pretium facturus mihi videor proferendo et emendando tria, quae mihi innotuerunt sententiarum Cnidiarum fragmenta.

Primum habetur apud Gal. l. l. e comm. ad Ep. VI.: *εἴρηταί γε μὴν ἡ πέμφιξ κἂν ταῖς ἰδίαις* (lege *Κνιδίαις* cum interprete Latino et Fabr. Bibl. Gr. III. p. 573. Ed. ant.) *γνώμαις, ἃς εἰς Εὐρυφῶντα τὸν καὶ* (dele *καὶ*) *ἰατρὸν ἀναφέρουσι κατὰ τήνδε τὴν λέξιν· Οὐρέει ὀλίγον ἑκάστοτε καὶ κάει, καὶ ἐφίσταται πέμφιξ, οἷον ἐλαίου χλωρῆς, ὥςπερ ἀράχνιον.* — Animadvertamus Ionismum *οὐρέει* Atticumque *κάει*.

Alterum fragmentum legitur ibid. p. 888: *τοὺς τοιούτους πυρετοὺς Εὐρυφῶν ὀνομάζει πελιὰς γράφων ὧδε· Πελιὰς πυρετὸς ἴσχει καὶ βρεγμὸς ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε καὶ τὴν κεφαλὴν ἀλγέει, καὶ τὰ σπλάγχνα ὀδύνη ἴσχει, καὶ ἐμέει χολὴν, καὶ ὅταν ὀδύνη ἔχῃ, ἐνορᾷν οὐ δύναται, ὅτι βαρύνεται καὶ ἡ γαστὴρ ξηρὴ γίνεται καὶ ὁ χρὼς πέλιος ἅπας, καὶ τὰ χείλεα οἷά περ μόρα τρώξαντι καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τὰ λευκὰ πέλια, καὶ ἐξορᾷ, ὥςπερ ἀπαγχόμενος, ὅτε δὲ ἧσσον τοῦτο πάσχει καὶ μεταβάλλει πολλάκις.* Primum autem teneamus locum translatum

esse in lib. II. de Morbis Hipp. p. 485. ed. Foësio, qua de re tum hic ad librum istum monet, tum Gal. l. l. Iam vero in Gal. Ed. Basil. alterum illud πελιὰς scribitur πελίας, quo modo utroque loco scribendum iudico. Apud Greg. Cor. p. 288. in adn. habetur vocabulum Doricum πελία, vulgo πελίωμα, itaque habebimus πελία et πελίας, sicuti ταμία et ταμίας. Cf. Ind. in Pind. Ed. Dissen. Dein pone alterum πελίας distinguo ad hunc modum: πελίας· πυρετὸς ἴσχει κ. τ. λ.; auctor enim libri de morbis: πελίη νοῦσος. πυρετὸς ἴσχει κ. τ. λ. Pro βρεγμὸς in lib. de morbis: καὶ φρὶξ, verum neutrum placet: huius libri lectio corrupta est: fertur enim: πυρετὸς ἴσχει ξηρὸς καὶ φρὶξ ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε; iam vero in Sententiarum Cnidiarum loco huius ξηρὸς nullum apparet vestigium, ita ut e seqq. perperam huc retractum atque ita repetitum videatur: nec vero placet βρεγμὸς fragmenti nostri, verum utroque loco requiro πυρετὸς ἴσχει καὶ βρυγμὸς ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε: vid. Foës. Oecon. Hipp. in voce βρυγμός, ubi plures eiusmodi formulas e libris de Morbis et Morbis mulierum adfert, quos e schola Cnidia profectos esse mox demonstrabo. Observemus eandem rem diverso nomine a Cois et Cnidiis significari: Cnidii βρύκειν et βρυγμὸς, Coi ὀδόντας συνερίζειν, ἢ πρίειν, cf. Coac. 235. cum consimili loco Prognostici. et ὀδόντων πρίσις Prorrh. I. 48. Ad ἐξορᾷν cf. Oecon. Hipp. — Schneid. hoc cum ἐξόφθαλμος εἶναι componit. Denique pro ὅτε δὲ legendum ὁτὲ δε κ. τ. λ. — Notemus Ionica ἀλγέει, ἐμέει, χείλεα.

Tertium tandem reperitur apud Rufum Ephes. περὶ ὀνομασίας τῶν τοῦ ἀνθρώπου μορίων: ubi p. 30. Ed. Goup. s. p. 40. Ed. Clinchio; τοῦτο ἄρα ἦν τὸ ἐν ταῖς

Κνιδίαις γνώμαις γεγραμμένον. ἐὰν δὲ νεφρῖτις ἔχῃ, σημεῖα τάδε, ἐὰν οὐρῇ παχὺ, πνῶδες, καὶ ὀδύναι ἔχουσιν ὥς τε τὴν ὀσφὺν καὶ τοὺς κενεῶνας, καὶ τοὺς βουβῶνας καὶ τὸ ἐπείσιον, τότε δὲ καὶ ἐς τὰς ἀλώπεκας. In his alterum illud *ἐὰν* vitiosae repetitioni prioris deberi existimo, adeo ut legam: *σημεῖα τάδε· οὐρέει παχὺ κ. τ. λ.* — Pro *ὥς τε* malim *ἔς τε*: mox enim *ἐς τὰς ἀλώπεκας*, quo loco *τότε* in *τοτὲ* mutandum. — Haec hactenus.

πάσχουσι οἱ κάμνοντες.] Gal. Ed. Bas. h. l. *πάσχουσι*, idemque ex uno MS. h. l. adnotat nuperrimus editor: in universum MSS. *ν ἐφελκυστικὸν* addunt, saepe etiam ante consonantem; omissae huius litterae perpauca sunt exempla, non prorsus deficiunt tamen. De re minuta licet pauca haec dicam: obsequendum iudico in edendis libris germanis Hippocratis legi, qua Iones hac littera non usi esse dicuntur: cf. Gramm. August. ad calcem Greg. Cor. p. 669. recentiores Grammaticos: Buttman § 26. p. 92. Matth. § 41. Ipsos auctores inspicientes videamus de Herodoto Schweigh. varr. lectt. initio p. 6. Aretaei Edd. hanc litteram non habent, sed in sex, quos contuli, huius auctoris libris MSS. Regiis vix decies in singulis omissa est, ita ut editores a Goup. inde illam deleverint. — Adponitur in libello spurio Herodoti de vita Homeri, itemque in libello de Dea Syria, qui inter Luciani scripta circumfertur, et Arriani Hist. Indica. At vero hi longe recentioris sunt aevi, quam Herodotus et Hipp., qui Ionica dialecto tanquam patrio sermone usi sunt, quod illi non fecerunt, verum eam ex Herodoto, Hippocrate, Epicis sibi compararunt. — Iam vero patet multos ex Hipp. evanuisse Ionismos, librosque

divini senis antiquitus pessime habitos esse, cum aliis commistos, interpolatos, vocabula antiqua e textu eiecta, invecta nova. Itaque quî in rebus tam minutis fidem adhibebo codd.? quorum, quem novimus, antiquissimus et praestantissimus seculo decimo scriptus est, isque duo modo Hippocratis ipsius scripta complectitur, hoc de Victu acut. et Lib. Ep. I. Ceterum Coacas praen., quarum varr. lectt. ab editore nuperrimo ea, qua in hac re versatur diligentia, optime de nostro auctore merito, avide exspectamus. Me iudice haec res a librariis tota pendet; a quibus apud nostrum antiquissimo iam tempore invectam hanc litteram existimo. Recentiorum librariorum v. c. est, quod observo in textu Aphorismorum, quem cum scholiis Theophili et Damascii edidit Dietzius, ubi *ν ἐφελκυστικὸν* ante adspiratam constanter fere omittitur: qua de re vide Dorvill. ad Char. p. 156.

καὶ ὁκοίως ἔνια ἀπέβαινε αὐτέων.] Imperfectum *ἀπέβαινε* h. l. eo sensu ponitur, quo rem saepius fieri solitam significat: simili modo mox *ὅτι . . . ὀλίγοισι . . . τοῖσι ἀκέεσι ἐχρέοντο* et in Progn. p. 39. vs. 54. Foës.: *καὶ τὴν ὥρην, ἥνπερ καὶ ὑγιαίνοντι ὑπεχώρει.* Cf. Hom. Il. I. 218. et de hoc loco Herm. ad Vig. p. 904. idemque ibid. p. 746.

ὁκόσα δὲ προκαταμαθεῖν χρὴ τὸν ἰητρὸν, μὴ λέγοντος τοῦ κάμνοντος, τουτέων τὰ πουλλὰ παρεῖται.] Ad Aoristum *προκαταμαθεῖν* confero locum e fine Prognostici: *χρὴ δὲ τὸν μέλλοντα ὀρθῶς προγινώσκειν τοὺς περιεσομένους . . . . . τὰ σημεῖα ἐκμανθάνοντα πάντα δύνασθαι κρίνειν, λογιζόμενον κ. τ. λ.* — Corrigendum arbitror *ἐκμαθόντα.* Ad res ipsas quod attinet ex h l. lucem accipit initium Prognostici: *προγινώσκων γὰρ*

καὶ προλέγων παρὰ τοῖσι νοσέουσι τά τε παρεόντα καὶ τὰ προγεγονότα καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, in quibus quid sit προγινώσκειν καὶ προλέγειν τὰ παρεόντα καὶ τὰ προγεγονότα vix intelligis, nisi e loco nostro explices, praedicere atque adeo praenovisse antequam ex alio audiveris: quod si fieri non possit, tum demum interrogandum esse aegrotantem docet in Progn. loco de signis e facie: ἢν μὲν οὖν ἐν ἀρχῇ τῆς νούσου τὸ πρόςωπον τοιοῦτον ᾖ, καὶ μήπω οἷόν τε ᾖ τοῖσι ἄλλοισι σημείοισι ξυντεκμαίρεσθαι, ἐπανέρεσθαι χρὴ μὴ ἠγρύπνησε ὁ ἄνθρωπος.

§ 2.

ὁκόταν δὲ ἐς τέκμαρσιν λέγηται ὡς χρὴ ἕκαστα ἰητρεύειν.] — Alia est huius loci lectio a Gal. in comm. tradita et in nonnullis codd. etiam hodie obvia ἢ ὡς χρὴ κ. τ. λ. — Hanc quidem lect. in multis iisque fide dignis MSS. suae aetatis reperisse se testatur Gal. in comm., additque: οἱ δ' οὕτω γράφοντες τέκμαρσιν μὲν τὴν διάγνωσίν τε καὶ τὴν πρόγνωσιν ἀκούουσι. τὸ δὲ ὡς χρὴ ἕκαστα ἰητρεύειν τὴν θεραπείαν, οὐ βουλόμενοι ταύτην περιέχεσθαι ἐν τῷ τῆς τεκμάρσεως ὀνόματι. Ni fallor in hisce iterum exemplum habemus quam parum accurate veteres illi in horum scriptorum interpretatione sint versati; nam si lectio illa, qua ἢ additur, id indicaret, quod Gal. innuit, Hipp., ut puto, dedisset ὁκόταν δὲ περὶ τεκμάρσιος λέγηται, (forte etiam λέγωσι) ἢ ὡς χρὴ κ. τ. λ.: — certe praepositionem ἐς ita non posuisset, me iudice: itaque sola vera lectio est, quam cum plurimis Edd. exhibeo: in qua ἐς denotat *quod attinet ad*, cf. Vig. p. 592. Matth.

Gr. Gr. p 144. — Inepti sunt Günzius et hunc secutus Mackius corrigentes *ὁκόσα δὲ ἂν ἐς κ. τ. λ.* — De arcto *τέκμαρσιν* inter et curationem nexu apud nostrum iudicare poteris e fine Sect. II. lib. Epid. III. *εἰδότι περὶ τούτων ἐστὶ εἰδέναι οὓς καὶ ὅτε καὶ ὡς χρὴ διαιτᾷν.*

ἢ ὡς κεῖνοι.] *κεῖνοι* dat codex unus, sed vetustissimus, Littrei: nolui Ionismum negligere: h. l. unus tantum cod. servavit antiquam scripturam, in quo recentior manus iam *ἐκεῖνοι* emendavit: plura, modo attendamus, observabimus exempla quae simili modo in aliis manifesta veteris scripturae vestigia referunt. Cf. ad *κεῖνοι* § 44. partis spuriae. Ad res ipsas, quod attinet, non miror Hippocratem in multis *ἑτεροίως γιγνώσκειν* quam Cnidii fecerunt, in morbis curandis. Mirum quid certe narrat Gal. de optima secta cap. 10.: *κατὰ τοιοῦτον δή τινα λόγον οἱ Κνιδιακοὶ ἰατροὶ τοὺς ἐν πνεύμονι πύον ἔχοντας θεραπεύειν ἐπειρῶντο τῇ τοῦ ὁμοίου μεταβάσει χρώμενοι. ἐπεὶ γὰρ πᾶν τὸ ἐν πνεύμονι ὕπαρχον διὰ βηχὸς ἀναφέρεται, ἐξέλκοντες τὴν γλῶτταν ἐνίεσάν τι εἰς τὴν ἀρτηρίαν ὑγρὸν, τὸ σφοδρὰν βῆχα κινῆσαι δυνάμενον, ἵνα διὰ τῆς ὁμοιότητος τοῦ συμπτώματος ἀνενεχθῇ τὸ πύον.* — Malim h. l. *τὸ* ante *σφοδρὰν* abesset, tum *ἀνενεχθείη* desidero. — Videmus ceterum rudem curationem, falso nitentem analogismo.

φάρμακα ἐλατήρια διδόναι καὶ ὀῤῥὸν καὶ γάλα τὴν ὥρην πιπίσκειν.] — Locus hicce perdignus est, qui accuratius tractetur: ac primum quidem notandum haec, quae subnotavi, verba in libris quibusdam Hippocratis, si Dis placet, saepius esse obvia. — Lib. de Locis in homine p. 130. *φάρμακον δὲ πῖσαι ἐλα-*

τήριον (seqq. omnia ex Ed. Kühnii vol. II. cito) Lib. de int. aff. p. 495. πῖσαι ἐλατήριον. Lib. de Nat. mul. p. 575. φάρμακον χρὴ πῖσαι κάτω ἐλατήριον, ibid. p. 577. 582. φάρμακον χρὴ πῖσαι ἐλατήριον. Lib. II. de morbis mul. p. 791. φάρμακον χρὴ πῖσαι κάτω ἐλατήριον p. 817. φάρμακον χρὴ πῖσαι ἐλατήριον. — In his notatu digna sunt loca duo, ubi legimus φάρμακον ἐλατήριον κάτω, quippe innumera sunt alia, ubi obvia formula: φάρμακον πιπίσκειν κάτω, et φ. πῖσαι κάτω et φ. διδόναι κάτω, aliaque ubi κάτω non adponitur. Has autem formulas recentiori aetate priscae illi substitutas esse puto in libris laudatis. Ad alteram formulae partem de seri et lactis potione cf. lib. II. de morbis p. 282.: καὶ τὴν ὥρην ὄνου γάλα, ἢ ὀῤῥὸν πιπίσκων φάρμακον προςπῖσαι p. 290.: τοῦτον φάρμακον πιπίσκειν θαμὰ καὶ ὀῤῥὸν καὶ γάλα τὴν ὥρην. Lib. de int. aff. p. 435.: πινέτω δὲ καὶ γάλα βοὸς καὶ αἰγὸς τὴν ὥρην p. 439. eadem formula p. 453. καὶ τὴν ὥρην γαλακτοποτεέτω p. 456. καὶ τὴν ὥρην ὀῤῥοποτεέτω καὶ γαλακτοποτεέτω cf. p. 502. 506. 510. — Vel ex his solis effeceris Hippocratem loco nostro ironice Cnidios suis ipsorum verbis perstringere: qua in re notandum divinum senem formulam citare e priori illa sententiarum Cnidiarum editione. Id autem re vera illum fecisse extra omnem ponitur dubitationem collato loco e lib. II. de morbis, de quo paulo superius ad § 1. monuimus, et quem ex ipsis sententiis Cnidiis desumtum esse vidimus. Ibi enim in morbi illius πελίου curatione: τοῦτον φάρμακον πιπίσκειν καὶ ἄνω καὶ κάτω.... καὶ ὀῤῥὸν τὴν ὥραν καὶ γάλα ὄνου πιπίσκειν. — Verum inde simul patet longe verosimillimum esse libros, in quibus formulae istae tam saepe leguntur, medicos

Cnidios auctores habere, quod antiquiores criticos post instauratas litteras non latuit, et re vera probe tenendum in iudicio de illis ferendo: nunc rem notasse nobis sufficit. E locis adlatis constat lect. *τὴν ὥρην*, quam Gal. et cod. vetustissimus praebent, prae altera *ἐς τὴν ὥρην* esse praeferendam: lib. II. de morbis p. 223. exponitur: *ἣν ὥρη ἔῃ τοῦ ἔτεος.*

De vocabulo *ἐλατήριον* vid. Oecon. Hipp. in voce, tum Koen. ad Greg. Cor. p. 563. Notemus Hippocratem infra *ὑπήλατα* vocare, quae Cnidiis *ἐλατήρια.* Quod ad *πιπίσκειν* videmus vocem Cnidiis familiarem esse: Erot. aliique illum secuti exponunt *ποτίζειν.* Dicitur *πιπίσκειν τινά τι* lib. II. de Morbis p. 270. 286. 290.: *τοῦτον φάρμακον πιπίσκειν.* Et *πιπίσκειν τινί τι* Lib. de Morbis mulierum I. p. 688. *εἰσὶ δέ τινες, οἳ ταύτῃσι κεφαλὴν ἀλγεούσῃσι πιπίσκουσι γάλα.* — Adverterunt me duo loci, alter e lib. de Nat. mul. p. 593.: *πιπίσκειν δὲ δίδου τὸν κάρπον τοῦ μαράθρου*; alterque p. 775. lib. II. de Morbis mulierum: *ταῦτα ἐν οἴνῳ στρυφνῷ διδόναι πιπίσκειν.* Utroque enim illud *δίδου* et *διδόναι* abundat; forte *πίνειν δίδου* et *διδόναι πίνειν* scribendum: forte etiam relinquendum in textu, indicio negligentiae recentiorum in his libris redigendis in eam, qua nunc eos possidemus, formam. Alius certe locus emendandus p. 247. lib. II. de Morbis, ubi *καὶ ἢν μὲν σπληνώδης ἔῃ, ὄνου γάλα ἢ ὀῤῥὸν μετάπισον·* p. 270. rectius *ἢν μὴ σπληνώδης ᾖ φύσει*, itemque lib. II. de Morbis mul.: *καὶ μεταπιπίσκειν γάλα ὄνου, ἢ ὀῤῥὸν, ἢν μὴ σπληνώδης ᾖ ἀπὸ γενέσιος.*

§ 3.

πολὺ ἂν ἀξιώτερα ἐπαίνου ἦν, ὅτι ὀλίγα ἐόντα αὐτάρκεα ἐστί.] Quae nonnullorum codicum est lectio, *ἔτι ἂν ἀξιώτερα ἐπαίνου ἦν*, probata et recepta a Lindano et Littréo, ea ferri nullo modo potest. Recte enim haberet, si antea laude digni quid ab Hipp. de Cnidiis traditum esset: nunc vero sensu idoneo prorsus caret. Nec vero nuperrimus editor vertendo eam expressit: habet enim: « ils seraient d'autant plus dignes de louanges que le nombre en est petit et que pourtant ils rempliraient leur objet:" quod quomodo e Graecis illis eliciatur perspicere non valeo. Plene dixisset Hipp.: *πολὺ ἂν ἀξιώτερα ἐπαίνου ἦν, ἢ ψόγου.* Ortum illius *ἔτι* e cod. Voss. lect. optime intelligimus, in quo *ἀναξιώτερα* habemus, librario rem non capiente. Cum verbis *ὅτι — ἐστί* comparo locum e lib. de Affectionibus p. 417.: *ἐς ὑγείην ἄριστα, ὅσα ὀλίγιστα ἐόντα αὐτάρκεά ἐστι καὶ λιμοῦ καὶ δίψης ἄκος εἶναι.*

νῦν δὲ οὐκ οὕτως ἔχει.] Aldina nostri Editio *οὐκ*: cet. *οὐχ*: nolui Ionismum negligere: § 17. *οὐκ ἥκιστα* dat cod. vetustissimus, idemque § 20 praebent Edd. Bas. et Merc. — Littreus p. 495. vol. I. ex Epid. I et III. citat *οὐκ ἡμοῤῥάγησεν, οὐκ ὑπέστρεψεν* et *οὐκ ὕπνωσε.* — Ceterum hunc sermonis Ionici usum in nostro non agnoscit; exempla vero ab ipso prolata librariorum erroribus deberi affirmat. — Mihi verosimilius videtur librariorum culpa talia neglecta esse: nam in aliis similibus eiusdem rei vestigia reperio. Ita in Progn. p. 142. ed. Littr. *ἀλλ' αὐτῆς καθ' ἑωυτῆς*: cod. vero

Med. et Corn. apud Mackium *κατ' ἑωυτῇ*: Dativus non ferendus, sed Ionismus veteris videtur scripturae. Aph. I. 4. *ἀφιγμένοι.* In textu vero scholiorum a Dietzio editorum *ἀπιγμένοι* vol. II. p. 162. — Perpauci sunt Ionismi, quorum vestigia reperias nulla: mihi librariorum incuria evanuisse videntur; plura vestigia alia praebebunt, puto, MSS. nondum collata; itaque temerarium arbitror veteris linguae usum non agnoscere et e libris Hippocratis eiicere.

καίτοι μέγα τοῦτο παρῆκαν] — Accipiendum *καὶ τοῦτο καίτοι μέγα τι ὂν παρῆκαν.* Maxime requiro *καίτοι* in Progn. loco p. 138. Ed. Littréo: *φῦσαν δὲ ἄνευ ψόφου καὶ περδήσιος διεξιέναι ἄριστον· κρέσσον δὲ καὶ ξὺν ψόφῳ διελθεῖν ἢ αὐτοῦ ἀνειλέεσθαι· καὶ οὕτω διελθοῦσα σημαίνει ἢ πονέειν τι τὸν ἄνθρωπον, ἢ παραφρονέειν κ. τ. λ.* — In hisce omnino recipienda Cod. Med. lectio *καίτοι καὶ οὕτω διελθοῦσα*, quod vel Coaca 495. docet: *καὶ οὕτω* enim sensu idoneo caret. Nec vero probo loci initio *ἄνευ ψόφου καὶ περδ.* — malim abesset *καὶ*, sicuti in Coaca laudata: mox enim solius *ψόφου* fit mentio verbis *κρέσσον δὲ καὶ ξὺν ψόφῳ.* — In edendis Praenotionibus Coacis, Prorrh. I. et Prognostico loca consimilia continuo secum invicem sunt conferenda. Communis quaedam horum librorum, nisi integrorum, certe magnae eorum partis origo, ita ut corruptelae ratio hoc modo facile appareat. — Collatio diligentior me docuit Prognosticum pessime habitum esse antiquitus, quod quum operae pretium sit novisse exemplo probabo: p. 122. Ed. Littreo: *πνεῦμα δὲ πυκνὸν μὲν ἐὸν πόνον σημαίνει ἢ φλεγμονὴν ἐν τοῖσι ὑπὲρ τῶν φρενῶν χωρίοισι· μέγα δὲ ἀναπνεόμενον καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου παραφροσύνην δη-*

λοῖ. — Antithesis ipsa iam efficit ut requiramus πνεῦμα δὲ πυκνὸν μὲν ἐὸν καὶ σμικρὸν, verum id ipsum dat Coaca 260, unde editor recipere debuisset, vel certe de eo monere: iam vero codd. nihil eiusmodi praebent, nec vero addit Gal. in comm. ad Epid. I. p 384 vs. 30. Gal. Bas., nec p. 435. vs. 6. quin imo lib. III. περὶ δυςπνοίας in Ed. Bas. p. 190. 191. affirmat consulto Hipp. haec verba omisisse, ubi vide contortam et longe quaesitam Galeni interpretationem. Patet inde iam ante Galeni tempora eiusmodi loca esse mutilata, ita ut omni opera enitendum sit, ut quae e Coacis emendare liceat, restituamus, et ratione inversa has ex illo.

τὰς μέντοι πολυτροπίας — οὐκ ὀρθῶς ἔγραψαν.] — Alia est Galeni lectio οὐκ ἠγνόουν. ἔνιοι δὲ τοὺς ἀριθμοὺς κ. τ. λ. — Optimus cod. οὐκ ἠγνόουν ἔνιοι. τοὺς δ'ἀριθμοὺς κ. τ. λ. quem secutus sum. — Τοὺς δ'ἀριθμοὺς ἑκάστου τῶν νουσημάτων σάφα φράζειν ἐθέλοντες, de specierum numero in singulis morbis facile intelligitur. — Erotianus ἀριθμοὺς, τὰ ὀνόματα οὕτω καλεῖ. Miror viri interpretationem: neque enim ἀριθμὸς significat ὄνομα. Quid Hipp. voluerit tum sponte intelligimus, tum constat e Gal. ad lib. περὶ τροφῆς p. 363. XV. Ed. Kühn. ἦν ἐπὶ τοῦ τῶν νοσημάτων ἀριθμοῦ ζήτησις παρὰ πᾶσι τοῖς παλαιοῖς ἰατροῖς. εἶπον γάρ τινες ἑπτὰ τὰ πάντα εἶναι αὐτά· ἄλλοι δὲ ἐλάττω τούτων, ἢ πλείω. ἄλλοι δὲ ὡς οἱ ἀπὸ Κνίδου τὸν τῶν μορίων τοῦ σώματος ἀριθμὸν τῆς νόσου προςέγραψαν, ὡς εἶναι τῆς χολῆς νόσους ἑπτά· τῆς δὲ κύστεως ιβ'. νεφρῶν δὲ δ'· τοῦ μηροῦ δὲ β'· τοῦ ποδὸς ε'. ὡς καὶ στραγγουρίας τέσσαρας, τετάνους τρεῖς, ἰκτέρους δ', καὶ φθίσεις γ', καὶ κυνάγχας πολλὰς, καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν

τρόπον τὰς τῶν ἐντέρων διαθέσεις πολλάς. ὅπερ οὔτε ἀληθὲς, οὔτε ἀναγκαῖόν ἐστι. Scripsit tamen Galenus, ni fallor, ἄλλοι δὲ ὡς οἱ ἀπὸ Κνίδου τῷ μορίῳ τοῦ σώματος τὸν ἀριθμὸν τῆς νόσου προςέγραψαν.' — Verum cum h. l. conferendus comm. Galeni ad verba nostra, cuius ecce partem describo. Εἶπεν ὀλίγον ἔμπροσθεν ὅτι κατ' ἀρχὰς εὐθέως ἔγραψαν οἱ ἀπὸ Κνίδου ἰατροὶ περὶ νοσημάτων περαιτέρω τοῦ προςήκοντος, χολῆς νοῦσοι ζ', κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ κατωτέρω πάλιν ἀπὸ τῆς κύστεως νοῦσοι β', καὶ πάλιν ἔτι κατωτέρω νεφρῶν νοσήματα δ', καὶ μετὰ τοῦτο πάλιν ἀπὸ τῆς κύστεως νοῦσοι στραγγουριῶν δ', εἶτα πάλιν ἐφεξῆς τέτανοι γ'· καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν ἴκτεροι δ'. εἶτα μετὰ τοῦτο φθίσιες γ'. εἰς γὰρ τὰς τῶν σωμάτων ποικιλίας ἔβλεπον ὑπὸ πολλῶν αἰτιῶν ἐξαλλασσόμενας, παρέντες σκοπεῖσθαι τῶν διαθέσεων τὴν ταυτότητα. — Locus vitiis scripturae scatet. Ac primum quidem e Chartierii MS. εἶπον legendum: respicit enim Gal. verba sua ad ῥῆσιν superiorem adscripta: tum vero requiro περὶ νοσημάτων διαφορᾶς, vel πολυτροπίας vel simile quid. — Porro verba χολῆς νοῦσοι ζ' usque ad φθίσιες γ' interpolata esse puto, nullo modo enim consentiunt cum seqq.: εἰς γὰρ τὰς τῶν σωμάτων ποικιλίας ἔβλεπον, quippe recensentur diversae species in variis corporis partibus, non diversitates a vario corporis habitu petitae: in his verbis ipsis autem ista, καὶ μετὰ τοῦτο πάλιν ἀπὸ τῆς κύστεως νοῦσοι στραγγουριῶν δ', pessime habent: ad νοῦσοι usque e praegressis sunt repetita, ita ut pro his omnibus legendum sit στραγγουρίαι δ'. — Itaque ego Gal. comm. ita lego: εἶπον ὀλίγον ἔμπροσθεν ὅτι κατ' ἀρχὰς εὐθέως ἔγραψαν οἱ ἀπὸ Κνίδου ἰατροὶ περὶ νοσημάτων διαφορᾶς περαιτέρω

τοῦ προςήκοντος· εἰς γὰρ τὰς τῶν σωμάτων ποικιλίας ἔβλεπον κ. τ. λ. — Haec hactenus. Sed nefas profecto silentio praeterire Aretaei locum p. 100. c. Ed. L. B. ἢν ὧν μὴ πάντα κωλύῃ, ἕξις, ἡλικίη, ὥρη, ἀψυχίη τοῦ ἀνθρώπου, τάμνειν φλέβα· κἢν πολλὰ κωλύῃ, εἷς δέ τις ἀριθμὸς ἐπίκαιρος ᾖ, ὁκοῖον γλῶσσα τρηχείη τε καὶ μέλαινα. Locum se non intelligere fatetur Wigg; quae vero adponit ab illo aliena sunt. Patet Aretaeum, Hipp. ubivis imitantem, hic spectare locum nostrum e lib. de Victu acutorum. Videmus illum ἀριθμὸς eodem sumere sensu, quo σύμπτωμα poni potuisset: — ita ut Aretaeus Hipp. verba accepisse videatur τὰ δὲ συμπτώματα ἑκάστου τῶν νουσημάτων σάφα φράζειν ἐθέλοντες. — Miror Erotianum et Aretaeum veram verborum horum vim non rite perspexisse.

μὴ γὰρ οὐκ εὐαρίθμητον εἴη, εἰ τουτέῳ τις σημανεῖται τὴν τῶν καμνόντων νοῦσον, τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διαφέρειν τι, μὴ τωὐτὸ δὲ νούσημα δοκέειν εἶναι ἢν μὴ τωὐτὸ οὔνομα ἔχῃ.] Nolo oleum et operam perdere in refellendis nuperrimi editoris erroribus in h. l. constituendo et interpretando: veram lectionem restitui eamque explicabo. Infinitivus τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διαφέρειν τι, μὴ τωὐτὸ δὲ νούσημα δοκέειν εἶναι, ἢν μὴ τωὐτὸ οὔνομα ἔχῃ per epexegesin praegresso τουτέῳ additur: plene dixeris τῷ τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διαφέρειν κ. τ. λ. Sed eiusmodi articuli repetitionem vitasse videtur Hippocrates, cf. Stallb. ad Platonis Polit. p. 24. licet nostro loco forte facilius ferri posset, modo MSS. darent, quam l. l. apud Platonem, quoniam nostro loco Dativus τῷ ponitur; sed etiamsi ferri possit, non requiritur tamen: quod autem nonnulli codd.

pauciores habent τῷ ἕτερον, id manifesto librariis debetur. Falso Editor Gallicus p. 228. « Si on met τὸ l'Infinitif sera regi par εὐαρίθμητον." — Optime intelliguntur postrema, μὴ τὠυτὸ δὲ νούσημα δοκέειν εἶναι, ἢν μὴ τὠυτὸ οὔνομα ἔχῃ, ex iis, quae de Cnidiis hucusque dixit: nimis multiplicem fecere morborum divisionem, hinc nomina nimis multa, ita ut eundem morbum parum recte duobus v. c. nominibus appellarent, quum exigui quid alter casus ab altero distaret: quapropter recte Hipp. monet eum errare, qui putet non eundem esse morbum, nisi Cnidii eodem significent nomine. Frustra igitur in his emendandis operam consumsit editor nuperrimus. — Restat ut de minuta quadam re moneam: vulgo legitur τὠυτὸν νόσημα, sed tamen τὠυτὸ οὔνομα, unde effeci prius illud a seq. νόσημα originem traxisse: Herod. τὠυτό, cf. Lex. Schweigh. Noster lib. de Cap. vuln. p. 901. Foësio vs 5. τὠυτό. p. 903. vs. 13. τὠυτόν. item 904. vs. 1. — Ceterum in his adhuc exspectandum, nondum in alterutram partem abire audeo.

§ 4.

ἐμοὶ δὲ ἁνδάνει μὲν ἐν πάσῃ τῇ τέχνῃ προςέχειν τὸν νόον.] — Sunt, qui τῇ omittunt, cod. unus Littréi et Vassaeus. — Forte etiam Galenus omisit: nimirum integra haec § citatur a Pergameno initio libri περὶ τῶν ἐπιδεσμῶν XVIIIa p. 768. Ed. K. ubi: ἐμοὶ δὲ ἁνδάνει μὲν πάσῃ τῇ τέχνῃ, quod non congruit cum Galeni verbis: οὐκ ἀσκόπως μοι δοκεῖ ὁ παλαιὸς Ἱπποκράτης ἐπιβλέψας τὰς ἄλλας τέχνας, ἀρχόμενος τῆς ἐν τῷ πράττειν καθαριότητος, ἐκπεφωνηκέναι· ἐμοὶ δὲ

ἀνδάνει μὲν πάσῃ τῇ τέχνῃ προςέχειν τὸν νόον. — Medicis dicere liceat ἐν πάσῃ τῇ τέχνῃ h. l. esse *in universa medendi arte*, ἐν πάσῃ τέχνῃ vero *in omni arte quacumque:* unde patet apud Galenum initio libri περὶ ἐπιδεσμῶν delendum esse τῇ: omittitur etiam in textu Galenico libri de V. ac. Illic autem locum memoriter citare videtur.

καὶ γὰρ ὁκόσα ἔργα καλῶς δὴ ἥκει καὶ ὀρθῶς, καλῶς ἕκαστα χρὴ ποιέειν καὶ ὀρθῶς.] Vulgata in plurimis Edd. huius loci lectio est καὶ γὰρ ὁκόσα ἔργα διήκει καλῶς, ἕκαστα χρὴ ποιέειν καὶ ὀρθῶς: optimus cod. una cum aliis nonnullis nuperrimo editori praebuit καὶ γὰρ ὁπόσα ἔργα καλῶς ἔχει ἢ ὀρθῶς, καλῶς ἕκαστα κ. τ. λ., quod recepit, servato Ionismo ὁκόσα. — Primum advertit in hisce ἔχει, quod glossema est Ionici ἥκει. cf. Greg. Cor. p. 497. et Schaeferum ad h. l. de Isocrateo τῶν γὰρ οὕτω διηκόντων διανοίας, quo loco Corayus διηκόντων pro simplici ἡκόντων poni existimavit, Schaeferus vero δὴ ἡκόντων emendavit, appositis aliis exemplis correctionis ex eodem genere: hoc ego duce δὴ ἥκει scripsi. — Vidi Bekkerum in Isocrate dedisse τῶν γὰρ οὕτω διοικούντων τὰς ἑαυτῶν διανοίας, quod nunc non curo, sed pergo ad reliqua. — Codicis lectio καλῶς . . ἢ ὀρθῶς propterea parum placet, quod haec arcte coniungenda videntur, ita ut καλῶς ad ἔργου elegantiam referatur, ὀρθῶς eo spectet, ut ne in operando erret medicus; hinc factum est, ut ἢ in καὶ mutaverim, quam emendationem suadet etiam sequens καλῶς ἕκαστα χρὴ ποιέειν καὶ ὀρθῶς.

καὶ ὁκόσα ταχέως ἔργα, ταχέως] — Conf. locus e lib. περὶ ἰητροῦ p. 60 Ed. Kühn: ἐπὶ δὲ τῶν χειρουργιῶν ὅσαι διὰ τομῆς εἰσιν ἢ καύσιος τὸ ταχέως ἢ βραδέως

ὁμοίως ἐπαινεῖται. χρῆσις γάρ ἐστιν ἀμφοτέρων. ἐν οἷς μὲν γάρ ἐστι διὰ μιῆς τομῆς ἡ χειρουργία, χρὴ ποιέεσθαι ταχεῖαν τὴν διαίρεσιν κ. τ. λ. — Verum emendemus eiusdem de Medico libri initium: Τὸ μὲν γράμμα ἐστὶν ἰητροῦ προστασίη, παράγγελμα πῶς χρὴ κατασκευάζειν ἰητρεῖον. ἰητροῦ μὲν εἶναι προστασίην, ὁρῆν εὔχρως τε καὶ εὔσαρκος ἔσται πρὸς τὴν ὑπάρχουσαν αὐτῷ φύσιν. ἀξιοῦνται γὰρ ὑπὸ τῶν πολλῶν οἱ μὴ εὖ διακείμενοι τὸ σῶμα οὕτως ὡς οὐδ' ἂν ἑτέρων ἐπιμεληθῆναι καλῶς. ἔπειτα περὶ αὐτῶν καθαίρειν ὡς ἔχειν ἐσθῆτι χρηστῇ καὶ χρίσμασιν εὐόδμοις, ὀδμὴν ἔχουσιν ἀνυπόπτως πρὸς ἅπαντα. τοῦτο γὰρ ἡδέως ἔχειν ξυμβαίνει τοὺς νοσέοντας. Miraris haec ita edi potuisse: initio adnotationem habemus in verbis: τὸ μὲν γράμμα ἐστὶν ἰητροῦ παράγγελμα πῶς χρὴ κατασκευάζειν ἰητρεῖον: haec ergo deleamus. Cetera hoc modo lego: Ἰητροῦ μὲν ἐστι προστασίη ὁρῆν εὔχρως τε καὶ εὔσαρκος πρὸς τὴν ὑπάρχουσαν αὐτῷ φύσιν. ἀξιοῦνται γὰρ ὑπὸ τῶν πολλῶν οἱ μὴ εὖ διακείμενοι τὸ σῶμα οὐδ' ἂν ἑτέρων [δύνασθαι] ἐπιμεληθῆναι καλῶς. ἔπειτα πρέπει αὐτὸν καθαρίως ἔχειν ἐσθῆτί τε χρηστῇ καὶ χρίσμασιν εὐόδμοις. πρὸς ἅπαντα ταῦτα γὰρ ἡδέως ἔχειν ξυμβαίνει τοὺς νοσέοντας. — Corruptelae ratio rerum peritos non latebit, ita ut de uno illo ὁρῆν εὔχρως moneam: nempe non confundendum est cum dictione, qualis est λευκὸς ἰδεῖν, in qua ἰδεῖν transitivum est: loco enim nostro ὁρῆν intransitivum, sicuti in Libello de Dea Syr. p. 478. ἐς Δία πάντα ὁρῇ καὶ κεφαλὴν καὶ εἵματα καὶ ἕδρην.

καὶ ὁκόσα ἀνωδύνως διαχειρίζεται ὡς ἀνωδυνώτατα ποιέειν, καὶ τἄλλα πάντα τὰ τοιουτότροπα διαφερόντως τῶν πέλας ἐπὶ τὸ βέλτιον ποιέειν χρή.] — Codd. διαχειρίζεσθαι, et Gal. δεῖ διαχειρίζεσθαι: neutrum feren-

um: infinitivus sine δεῖ a praegresso ἥκει pendere non potest, nec tamen est, quorsum ceterum referas: nec vero scripsit Hipp. ὁκόσα ἀνωδύνως δεῖ διαχειρίζεσθαι, ὡς ἀνωδυνώτατα ποιέειν, supra enim, ubi ab ὁκόσα καλῶς ἥκει orditur, nulla huius δεῖν fit mentio, tum vero languidum hoc et ineptum: verum est διαχειρίζεται, quod cum praesenti ἥκει adposite congruit; δεῖ e praepisitione διὰ ortum videtur. Notemus Prognostici locum ubi διὰ perperam cum δὴ permutatum: p. 138 Littreo: τοὺς δὲ ἐκ τῶν ὑποχονδρίων πόνους τε καὶ κυρτώματα, ἢν ἦ νεαρὰ καὶ μὴ ξὺν φλεγμονῇ, λύει βορβορυγμὸς ἐγγενόμενος ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ, καὶ μάλιστα μὲν διεξιὼν ξὺν κόπρῳ τε καὶ οὔρῳ καὶ φύσῃ, ἢν δὲ μὴ, καὶ αὐτὸς δὴ περαιωθεὶς ὠφελέει· ὠφελέει δὲ καὶ ὑποκαταβὰς ἐς τὰ κάτω χωρία. In his pro καὶ αὐτὸς δὴ περαιωθεὶς, Gal. καὶ αὐτὸς διαπεραιωθεὶς, quae Coacae consimilis 281. est lectio, ita ut vel hoc solum auctoritatem illi faciat: sed praeterea praepositio διὰ in verbis alvi excretionem indicantibus solennis: v. c. διαχωρέειν, διέρχεσθαι, διάδοσις κάτω, διεξιέναι, quod nostrum διαπεραιωθεὶς antecedit: — itaque καὶ αὐτὸς διαπεραιωθεὶς legendum, vel fortasse καὶ αὐτὸς δὴ διαπεραιωθεὶς, quod cum Prognostici oratione satis consentaneum. — In iis, quae sequuntur, proxime cohaerent verba διαφερόντως ἐπὶ τὸ βέλτιον, sicuti § seq. διαφέρων τι ἐπὶ τὸ βέλτιον. — Iidem igitur οἱ πέλας, qui mox οἱ ἄλλοι: apud Herodot. VII. 152. habemus τὰ τῶν πέλας, quibus opponuntur τὰ οἰκήϊα κακά. Apud Thucyd. II. 37. IV. 92. et Polyb. I. 84 οἱ πέλας de hostibus. Haec propterea moneo, quod Foës. *proximi* interpretatur.

§ 5.

μάλιστα δ' ἂν ἐπαινέσαιμι ἰητρὸν, ὅςτις ἐν τοῖσι ὀξέσι νουσήμασι, ἃ τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων κτείνει, ἐν τουτέοισι διαφέρων τι τῶν ἄλλων εἴη ἐπὶ τὸ βέλτιον.] — De ὅςτις cum optativo cf. Lex. Herod. Ad verba ἃ τοὺς πλείστους κ. τ. λ. adpono locum e lib. de Affect. p. 390. Kühn: *τῶν νούσων σχεδόν τι μάλιστα αἱ ὀξεῖαι καὶ ἀποκτείνουσι καὶ ἐπιπονώτατοί εἰσι.* — Respicit haec verba auctor Defin. med. p. 388.: *ἡ ἐκ τοῦ Ἱπποκράτους ὀξὺ νόσημά ἐστιν, ὃ μέγα καὶ ὀλέθριον ὃ τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων κτείνει.* Quo loco forte alterutrum ὃ delendum. Verba *ἐν τουτέοισι* per epexegesin inferuntur, quum oratio interpositis ἃ — *κτείνει* quodammodo abrupta sit.

περιπνευμονίην.] Nuperrimum editorem recipere video *περιπλευμονίην*, ita ut operae pretium facturus mihi videar hac de re monendo: continua est apud nostrum fluctuatio inter *πλεύμων* et *πνεύμων*, *περιπλευμονίη* et *περιπνευμονίη*, *περιπλευμονικός* et *περιπνευμονικός*: veteres Grammatici, Greg. Cor. p. 148. Moeris p. 309. *πλεύμων* et *λίτρον* Atticum dicunt; quod olim ita acceperunt, ut veteribus Atticis has formas per λ tribuerent, adeo ut Wessel. ad Herod. II. 86. 22. Ionicum habeat *λίτρον*, et Corayus etiam in nostro formam per λ praeferat. vid. p 127 et p. 146. vol. I. Idem tamen p. 30. *νίτρον* in textu, quod ergo eum fugisse videtur. — Brünck. ad Trachinias vs. 567. *πλεύμων* recentioris Atticismi esse dicit, quem sequitur Porson. ad Eur. Orest. vs. 271. Stallb. ad Platonis Phileb. p. 50. Thiersch. Gr. Gr. p. 420. Cf.

Lobeck ad Phryn. p. 305., unde quo iure ita statuant disces. — Observare me memini formam per πν in textu Hippocratis Galenico longe frequentissimam esse.

καὶ τὰ ἄλλα νουσήματα ὁκόσα τουτέων ἐχόμενά ἐστι, ὧν οἱ πυρετοὶ τὸ ἐπίπαν ξυνεχέες ἐόντες κτείνουσι.] — Animadverti fluctuationem in MSS. inter *τὰ ἄλλα*, *τἄλλα* et *τἆλλα*: difficile videtur, quid praeferendum sit statuere; *τὰ ἄλλα* profecto bene habet et tuto recipietur: *τἆλλα* praetulerim prae *τἄλλα*, non sequente nomine, auctore Thiersch. de dial. Herodoti p. 409. Gr. Gr. — *Τινὸς ἔχεσθαι* Herodoto etiam frequens de re alteri cuidam affini. — Quod ad verba *ξυνεχέες ἐόντες κτείνουσι*, horum duo postrema nuperrimus editor suppressit, quia in antiquissimo cod. deficiunt et omittuntur a Gal. lib III. de Dyspnoea p. 195. Ed. Bas. — Tum etiam fecisse se dicit, propterea quod haec nostra inutilem referant repetitionem praegressorum *ἃ τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων κτείνει*. Quod iudicium, ut miror, ita probare nemo facile possit: supra *τὰ ὀξέα νουσήματα τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων κτείνειν* dixit Hipp.; h. l. vero quid in iis sit, quod mortem adferat, docet, nempe horum morborum *πυρετοὶ τὸ ἐπίπαν ξυνεχέες ἐόντες*: itaque *ταὐτολογίας* accusare Hipp. non licet. Sed videmus divinum senem febrim a morbo acuto quodammodo cogitatione seiungere, quod itidem fit Lib. Epid. I. p. 672. Ed. Littréo: *εἰσὶ δὲ ὀξύταται μὲν καὶ μέγισται καὶ χαλεπώταται νοῦσοι, καὶ θανατωδέσταται ἐν τῷ ξυνεχεῖ πυρετῷ*, qui locus simul id efficit, ut eo certius verba perperam eiecta revocemus.

ὁκόταν γὰρ μὴ λοιμώδεος νούσου τρόπος τις κοινὸς

ἐπιδημήσῃ, ἀλλὰ σποράδες ἔωσι αἱ νοῦσοι καὶ μὴ παραπλήσιοι κ. τ. λ.] — τρόπος h. l. morbi formam indicat, unde intelligitur vis vocabuli πολυτροπίας, quod § 3. legimus: — communi morborum epidemicorum formae opponuntur αἱ σποράδες νοῦσοι μὴ παραπλήσιοι: itaque negatione μὴ carere plane nequeunt haec nostra. Errat eam omittens editor nuperrimus, nam etiamsi Gal. μὴ non legisse videatur in MS., quo usus sit, id minime probat Hippocratem non dedisse quod abesse non potest, salvo sano sensu, et quod vel sine codd. auctoritate restitueris, ipseque adeo requirit Galenus, ceterum in re critica parum fide dignus. Postremum hoc propterea moneo, quod editores saepe ad eum provocare memini, perinde ac si non in omni re Pergameni textui Hippocratico, eiusque de illo lato iudicio fidem adhibere nefas sit, quod quis non facile affirmet, qui viri ingenium et commentarios in Hipp. recte cognoverit, quorum magnam partem festinanter composuit et ne editioni quidem destinavit, et in quibus non semel divini senis sententiam suae ipsius menti accommodat. Formam σποράδεες reieci; de ea dubitat Schneid. in Lex. σποράδες Erotianus legit et Galenus exponit in exegesi: saepissime confusa vidi terminationes in ες cum iis, quae in εες exeunt: v. c. in Aretaeo haud procul ab initio, ῥεύματι ποταμοῦ ἀτενέες ἐνιδόντες: lege ἀτενὲς ἐνιδόντες, similiter in aliis plurimis apud hunc scriptorem: σποράδες Gal. etiam in comm. ad Ep. I. p. 346. in Ed. Bas.

§ 6.

οὐ κάρτα γιγνώσκουσι.] — De *γινώσκειν*, *γιγνώσκειν*, *γίνεσθαι* et *γίγνεσθαι* cf. Valck. ad Eurip. Phoen vs. 1396.: ubi vetus forma viro celeberrimo est *γιγνώσκειν*, *γίγνεσθαι*. Pierson. ad Moer.: « Librarii, inquit, talia pro lubitu suo mutarunt." In Hippocratis codd., ut fit, magna est inconstantia scripturae: cum plurimis editoribus veterem formam praetuli, licet non certo affirmare audeam Hippocratem hanc usurpasse: constanter enim Herodotus *γίνεσθαι* et *γινώσκειν*, quae forma item longe frequentissima in antiquissimo codice Regio 2253., cuius lectiones magni sunt momenti, quia, sicuti recte affirmavit Littréus, diversam editionem eorum, quos complectitur, librorum exhibet ab ea, quae in ceteris habetur MSS. Iam vero id tenendum est editori aeque facile esse *γινώσκειν* scribere et codd. auctoritate se munire, ac *γιγνώσκειν* e MSS. plurimis locis dare, et perpauca alia ad ceterorum exemplum de coniectura, quod aiunt, restituere. Idem valet de praepositione *ξὺν* et vocabulis cum ea compositis, de quibus non certo liquet utrum per *ξ* an vero per *σ* scripta sint: illud praetuli, quia forma antiquior est, cf. Buttmann II. p. 368.

τοὺς ἐς ταῦτα διαφέροντας.] — Sic de Aëre, aquis et locis p. 288. vs. 32.: *ὁκόσον διαφέρουσιν ἀλλήλων ἐς τὰ πάντα*: ibidem paulo inferius *τὴν Ἀσίην πλεῖστον διαφέρειν φημὶ τῆς Εὐρώπης ἐς τὰς φύσιας τῶν ξυμπάντων*. — Exempla ex aliis vide apud Matth. § 578. c.

ἐπεί τοι μέγα σημεῖον.] — Vulgata in Edd. lectio *ἔπειτα* ferri nequit, et ex hac nostra, quam plurimi

praebent codd., orta est. Neque enim est quorsum ἔπειτα apte referas, quandoquidem aliud σημεῖον nullum antea tradidit. De ἐπεί τοι, quod cum alacritate quadam dictum h. l. valde accommodatum est, cf. Herm. ad Vig. p. 785. Recte Lind. dedit, et Corn. Latine expressit interpretando *et profecto.*

μέγα σημεῖον τόδε ὅτι οἱ δημόται ἀξυνετώτατοι αὐτοὶ ἑωυτῶν . . . . εἰσι . . . . οἱ γὰρ μὴ ἰητροὶ κ. τ. λ.] — Ad ἀξυνετώτατοι αὐτοὶ ἑωυτῶν cf. § 62 infra κάκιστον ἑωυτοῦ et lib. de Aëre, aq. et l. ἄριστα αὐτὰ ἑωυτῶν. — Notandum in eiusmodi formulis Iones solere formam communem pronominis prioris servare, ita ut recte nuperrimus editor in Progn. p 112. vulgatae lectioni ωὐτὸ ἑωυτῷ cod. med. lectionem αὐτὸ ἑωυτέῳ substituisse videatur: fortasse hac in re euphoniae consuluerunt. Animadvertendum ad usum particulae γὰρ in formula μέγα σημεῖον τόδε . . . οἱ γὰρ μὴ ἰητροὶ ἰητροὶ δοκέουσι εἶναι: de quo γὰρ in adpositione vide Matth. § 432. p. 806. Exempla si velis e nostro: infra § 58. καιροὺς μέντοι τοιούςδε ἔχει· τὸ μὲν γὰρ κάρτα ὀξὺ οὐδὲν ἂν μέζον ποιήσειε. De aëre aq. l. p. 286. vs. 37. τεκμήριον δὲ ὅτι οὕτως ἔχει· τὸ γὰρ οὖρον κ. τ. λ.

ῥήϊδιον γὰρ τὰ ὀνόματα ἐκμαθεῖν, ὁκοῖα νενόμισται προςφέρεσθαι.] — Videmus ellipticam dictionem τὰ ὀνόματα, ὁκοῖα pro τὰ ὀνόματα τουτέων, ὁκοῖα: res certe frequenter obvia, sed qua decipi se passi sunt Corn. Foës. Grimm. Sprengel.: recte Littréus: « les noms des substances, qu'il est d'usage d'administer."

§ 7.

ὁκόσα μεγάλας ὠφελείας φέρει ἢ μεγάλας βλάβας.] —

Similiter § 39. οὕτω μὲν γὰρ θάνατον φέρει. § 40. μεγάλην τὴν βλάβην φέρει. § 43. σωτηρίην ἢ θάνατον φέρει. De αἰσχύνην φέρειν, cf. Wessel. ad Herod. I. 10.

ἀκαταμάθητα μὲν οὖν καὶ τάδε ἐστί.] — Non negligendum in hisce καί, quod plurimae Edd. praetermittunt; additur in vetustissimo cod. et a Gal.: facit enim haec particula, ut Hipp. significet exempli loco se ἀκαταμάθητα quaedam enumerare, sed non de omnibus, quaecumque ignorent, exponere.

διηθέοντες.] — Codd. h. l. variant inter διηθέοντες, διηθεῦντες et διηθεύοντες: recte, me iudice, Littréus διηθεύοντες reiecit, quippe e dittographia διηθεῦντες ortum arbitror. — Coray ad Hipp. I. p. 123.: « Quant au mot νοσεύματα . . . . j'observe que les Ioniens aimoient à prononcer non seulement par εω, mais encore par ευω les verbes en ω appellés circonflexes. Ainsi comme ils ont dit τυραννεύω au lieu de τυραννέω ou τυραννῶ (voyez le diction. Ion. de Portus' ils ont pu egalement dire νοσεύω au lieu de νοσέω: et de même que le prétérit νενόσημαι de cette dernière forme nous a donné le mot νόσημα, de même le preterit νενόσευμαι de l'autre forme ne peut avoir pour derivé que νόσευμα." Recte haec: modo teneamus quid usu sancitum sit, quid non: infra § 11. σιτεύεσθαι Gal. in textu, quod ferri nequit, cf. Lexicon Herod. Schweigh. in σιτεύειν, usu enim istae formae diversam habent significationem: νοσεύειν inveni in Progn. apud Dietzium I. p. 62. loco tamen eiusmodi, ut dittographia accusanda videatur νοσεῦσι (ου). — similiter νοσευόντων apud Aret. p. 87. vs. 28. Goup.: at haec forma in εύω obsoleta: § 25. libri de Aere, aq. et locis Ed.

Cor. πνεύουσι dant Ald. et Bas. — at vero πνέω communis est forma, πνείω Ionica, et licet in his omnibus πνέω, πνείω, πνεύω, κάω, καίω, καύω, probae sint formae, πνέω et κάω simplex, πνείω, καίω Ionica, πνεύω, καύω Aeolica: usus tamen observatione discimus, quaenam obsoletae sint, quaenam in aliam Dialectum transierint (cf. v. c. de κάω, καίω Buttman Gr. Gr. p. 98.), quaenam tuto recipiantur. — Infra § 9. ἀσκεύουσι dat Gal. in citatione: apud Aret. p. 38. A. παρωθεύεται sine lectionis varietate, licet παρωθέεται praeferam, ita ut dandum esse censeam.

μέχρις ἂν . . . . ἄχρις ἄν.] — De inconstantia scripturae ἄχρι, ἄχρις et μέχρι, μέχρις Lobeck. ad Phryn. p. 14.; nolo plura exempla expromere: eodem modo res se habet in οὕτω et οὕτως, cuius rei exempla itidem ubivis obvia. Sed venio ad aliud quid, ad lectionem μέχρις ἤν: nimirum saepius tum in hoc libro, tum in aliis inter ἂν et ἢν lectionem fluctuantem vidi, unde errores in textu et in emendatione. — Sic perperam in Aph. 71. Sect. VII. ὁκόσοισιν ἢν κάτω ὠμὰ διαχωρέῃ: — recte Merc. et Lind. ἄν. — In Lib. Epid. I. p. 680. ed. Littr. εἰδέναι δὲ χρὴ, ὅτι, ἢν ἄλλως κριθῇ ἔξω τῶν ὑπογεγραμμένων, ἐσομένας ὑποστροφὰς σημαίνοιτο, γένοιτο δ'ἂν καὶ ὀλέθρια. — In his pro ὅτι plurimae editiones ὅ τι: unde vera ducetur lectio, si scribamus: εἰδέναι δὲ χρὴ, ὅτι ὅ τι ἂν ἄλλως κριθῇ ἔξω τῶν ὑπογεγραμμένων, ἐσομένας ὑποστροφὰς σημαίνει (sic Indicativo) κ. τ. λ. — Id enim maxime consentaneum cum universali lege de diebus criticis, quae proxime antecedit.

§ 8.

μάλα μὲν οὖν οὐδὲ προβάλλεσθαι τὰ τοιαῦτα ζητήματα εἴθισται τοῖσι ἰητροῖσι.] — Vulgo *εἰθισμένοι εἰσὶ οἱ ἰητροί*. Nuperrimus editor: « *εἴθισται τοῖς ἰητροῖς*, inquit, 2253 ex emendatione. Je suis très porté à croire que cette leçon est celle, qui était dans l'exemplaire suivi par Galien. En effet, bien que son texte porte *εἰθισμένοι εἰσίν*, il dit dans son commentaire: *οὐδὲν γὰρ εἴθισται, φησί, τὰ τοιαῦτα προβάλλεσθαι παρὰ τοῖς ἰατροῖς*." Mihi res haud adeo certa videtur: nam primo quidem Galenus in comm. verba nostra ita adfert, ut, si ad seqq. *εἰ δὲ καὶ προβάλλοι τις αὐτοῖς, ἴσως οὐδὲ τὴν λύσιν εὑρήσει* attendas, dixeris fere, illum Hippocratis orationem *μεταφράζειν*: tum vero Lib. de Plac. Hipp. et Plat. vol. V. p. 765. vulgatam lectionem adfert. — Nec tamen haec dubitatio effecit, ut lectionem cod. antiquiss. cum sequenti *εὑρίσκεται* pulcre congruentem repudiarem: quod quominus facerem prohibuit etiam *εἰθισμένοι εἰσὶ* aliis locis in *εἰθίδαται*, optimi cod. auctoritate, mutatum. — De meo *τοῖς ἰητροῖς* in *τοῖσι ἰητροῖσι* mutavi, quia, vocabulis seqq. a *ι* incipientibus, facile haec littera in praecedentium fine omitti potuit.

ἴσως δὲ οὐδὲ προβαλλόμενα εὑρίσκεται.] — De nostro *ἴσως* cum irrisione dicto vide Stallb. ad Plat. Gorg. p. 473. B. et ad Polit. I. 339. sic infra § 26. *καὶ ἴσως τι καὶ εἰκὸς δοκέει αὐτέοισι εἶναι*. Cod. med. lectio *ἀρέσκεται* frequenti litterae *α* et diphthongi *ευ* permutationi debetur, ita ut ultro repudianda sit. — Gal. de usu part. III. cap. 4. *τῶν προβαλλομένων εὕρεσις*. —

Operae pretium est Galeni de se ipso narrationem contulisse in lib. de V. S. adversus Erasistrateos: vol. XI. p. 194. K. συνέβη γάρ πως ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ καθ' ἑκάστην ἡμέραν εἰς τὰ προβαλλόμενα λέγειν ἐν πλήθει. προεβλήθη μὲν οὖν ὑπό τινος, εἰ δεόντως Ἐρασίστρατος οὐ κέχρηται φλεβοτομίᾳ. διῆλθον δ' ὡς ἔδοξε τοῖς τότε ἀκούσασιν, ὠφελιμώτατον πρόβλημα. — Itaque prisci aevi mos tunc temporis etiam viguit: admirari simul licet Galeni animi modestiam scilicet.

ὥςτ' ἔν γε τοῖσι κ. τ. λ.] — Pessime ὥςτε vel ὥςτ' in plurimis Edd. negligitur, largientibus Gal. et MSS. plurimis; ponitur pro ἅτε, qui usus Herodoto non insolitus, cf. Lex. Schweighaeuseri.

χειρώνακται.] — Hanc lectionem recte firmavit Littr. Erotianeo χειρωνάκται, χειροτέχναι, et iis, quae habet Lobeck. paralip. p. 181.: — apud Hesych. bis χειρωνάκτας (sic). χειροτέχνας, ubi priori loco frustra Heinsius χειρώνακτας. χειροτεχνίτας scribere iubet.

ταῦτα νομίζειν ἤδη τὸν ἕτερον κακὰ εἶναι.] — Minus recte pro ἤδη Latine dederunt *iam* Foës. et Corn. — Ponitur eodem sensu quo δή, qui usus etiam Herodoto notus. Simili sensu infra μεταβλητέον γὰρ ὡς ἐγὼ κελεύω ἤδη, § 48. i. e. ὡς ἐγὼ δὴ κελεύω.

καὶ σχεδὸν —— ἄλλα ἐπ' ἄλλοισι.] — In his verba ἔνιοι δὲ τῶν μάντεων τἀναντία τουτέων pone ἄλλα ἐπ' ἄλλοισι ponuntur in Edd. et MSS. In horum tamen nonnullis omittuntur verba εὕροι τις ἄν: in aliis ἄλλα ἐπ' ἄλλοισι. — Dedi haec eo ordine, quo ab auctore profecta esse iudicavi; nempe non video qui, quum prius μαντικῆς et μάντεων mentionem fecerit, ab his ad haruspicinam transeat, et ad illos iterum redeat. — Tum vero ut eam vim, quam voluit auctor, habeat nostre-

mum illud καὶ ἐν ἱεροσκοπίῃ τὰ τοιάδε εὕροι τις ἂν ἄλλα ἐπ' ἄλλοισι, necesse est, ut in fine ponatur; τὰ τοιάδε enim referri debet ad dissensionem inter τοὺς μάντιας, de qua nondum locutus est, nisi locum ad hunc modum refingamus. Ceterum malim: καὶ ἐν ἱεροσκοπίῃ δὲ τὰ τοιάδε κ. τ. λ.

§ 9.

φημὶ δὴ πάγκαλον εἶναι τοῦτο τὸ σκέμμα κ. τ. λ.] — Cum his confero locum e lib. de fractis p. 772. G. Foësio: καὶ μάλα πολλοῦ ἄξιον τοῦτο μάθημα, εἴπερ τι καὶ ἄλλο. τινὶ γὰρ οὐκ ἐπικοινωνέει τῶν ἐπικαιροτάτων ἐν ἰητρικῇ, οὐ κατὰ τὰ ἕλκεα μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ ἄλλα πολλὰ νουσήματα; εἰ μή τις φήσειε καὶ τἄλλα νοσήματα ἕλκεα εἶναι. ἔχει γὰρ καὶ οὗτος ὁ λόγος ἐπιείκειαν· πολλαχῇ δὲ ἠδέλφισται τὰ ἕτερα τοῖσι ἑτέροισι. In his pro τοῦτο μ. lege τοῦτο τὸ μάθημα. — Illius libri auctori ista scribenti locum nostrum ob mentem obversatum esse dixeris.

ἐς ὑγιείην.] — Codd. ὑγίην et ὑγείην, Gal. ὑγίειαν de placitis Hipp. et Plat. p. 765. unde ὑγιείην dedi. Inter ὑγίεια et ὑγεία, ὑγιείη et ὑγείη perpetua scripturae inconstantia, cf. Piers. ad Moer. p. 380. De ipsis his formis Lobeck. ad Phryn. p. 493. et in Paralip. p. 28. De Ionico ὑγιείη ex Attico ὑγιεία Buttm. Gr. Gr. p. 140.; eiusmodi Ionismi in nostro frequentissimi: ἀσφαλείη v. c. προςηνείη, ἐγκρατείη, ἐπιμελείη. Sine causa idonea προνοίη in Herodoto damnat Schweigh. — eiusdem generis est ὁμοχροίη apud Hipp. de Cap. vuln., ἀπλοίη apud Auct. de vita Homeri. — Hinc formatio adiectivorum femininorum ὀξείη, βαρείη e communibus ὀξεῖα, βαρεῖα: et ex illis

Ιῃ ὀξέη, βαρέη, sicuti ἐπιτήδειος pro communi ἐπιτή-δειος.

καὶ τοῖσι ἀσκέουσι ἐς εὐεξίην] — Apud Gal. in comm. in verbis τοῖσι ἀσκέουσι εὐεξίην supplenda praepositio est: item apud eundem de placitis Hipp. et Plat., ubi etiam vitiose ἀξίην. Ad ἀσκέουσι cf. Erotiani ἀσκητέον. τοὺς γὰρ ἀθλητὰς ἀσκητὰς οἱ Ἀττικοὶ καλοῦσιν. Hesych. ἀσκητής. ἀθλητής.

§ 10.

πτισάνη μὲν οὖν μοι δοκέει.] — Pronomen μοι recte in novissima editione additur: supra h. l. legimus δοκέει δέ μοι ἄξια γραφῆς εἶναι, initio Progn. τὸν ἰητρὸν δοκέει μοι ἄριστον εἶναι κ. τ. λ. Foësius ad h. l. Plinium excitat: vid. Hist. nat. XVIII. 15.: « ptisanae inde usus validissimus saluberrimusque tantopere probatur. Unum laudibus eius volumen dicavit Hippocrates e clarissimis medicinae scientia." — De ptisana haec accipe: Parabatur hoc s. cibi s. medicaminis genus, utroque enim nomine celebratur, ut plurimum ex hordeo: quod e nostro patet et Plinio (XVIII. 13.) et Athenaeo. (X. p. 455. E.) Integer de illa illamque parandi ratione liber inter Galeni scripta exstat, in quo Hipp. fere sequitur ille. Hordeum ibi sumendum esse monet nec nimis recens, nec vetustum, quod crudum in aqua macerandum et maceratum manibus conterendum, donec, quidquid paleacei ei adhaeserit, remotum sit: a quo liberatum cum aqua primo fortiter, dein leniter ebulliendo, in cremorem vertitur. Post coctionem colabatur subinde, unde πτισάνη διηθητος s. χυλὸς et πτισάνη ἀδιήθητος, quam et ὅλην

πτισάνην et κριθώδεα et παχείην noster appellat. Omnes antiqui in eo consentiunt, quod diu coquatur sit necesse; vide nostrum paulo inferius, Aret. p. 120. Ed. L. B. Alex. Trall. VI. 1. Hic quidem, nisi id factum sit, hypochondria illam inflare dicit, aeque ac legumina. Inter integram ptisanam et cremorem hanc maxime interesse differentiam docet Gal. in fine lib. de Ptis., quod hic facilius digeratur, altera vero, modo recte a ventriculo concoquatur, plus valeat ad corpus nutriendum eiusque robur augendum. — Aretaeo anisum, sal, oleum tenue sunt πτισάνης τὰ ὄψα p. 91. A. idem p. 120. D.: φάρμακα δὲ τὰ ἐς ἡδόνην τῆς πτισάνης, πέπερι, γλήχων, κρομμύων ἢ πράσων (πράσου?) σμικρόν. cf. Gal. de alim. fac. I. cap. 9. — Praeter hordeaceam antiqui habebant πτισάνην πυρίνην, cf. libros de Morbis, Arist. probl. I. 27; ἐκ χόνδρου σηταvίου, (Gal. de alim. fac I. 6.) κυάμων, gladiatorum cibum, (ibid. c. 19.) ex oryza, (Celsus III. 7. 2. Plin. XVIII. 13.), φακοπτισάνην, e lente cocta et ptisana (Gal. de alim. fac. I. 18.), quam lenticulae cremorem appellat Celsus. (VI. 3.) Avenae cremorem et citrii laudat Alex. Trall. I. 13.: ἐλαιοπτίσσανον, pro quo malim ἐλαιοπτισάνην, habet Coel. Aurel. IV. 8. p. 539. Fuisse puto ptisanam, cui olei aliquantum adfundebatur, cf. Arist. probl. XXI. 1, Διὰ τί ἡ πτισσάνη καὶ τὸ ἄλευρον ἐλαίου ἐπιχεομένου λευκότερον γίνεται;

εὐέκπλυτον.] — Gal. τὸ δ' εὐέκπλυτον, inquit, ἐφ' ὧν ὑφιέναι βουλόμεθα τὴν γαστέρα, βραδυνόντων κατὰ τὴν διέξοδον τῶν σιτίων ἐπιτήδειόν ἐστι: — itaque transitive sumsit, qua de re monuit Schneid. in Lex. Ad rem ipsam cf. lib. II. περὶ διαίτης p. 672. K.

κριθαὶ φύσει μὲν ψυχρὸν καὶ ξηρόν. ἔνι δὲ καὶ καθαρτικόν τι ἀπὸ τοῦ χυλοῦ τοῦ ἀχύρου. τεκμήριον δέ, ἢν μὲν θέλῃς κριθὰς ἀπτίστους ἑψῆσαι, καθαίρει ὁ χυλὸς ἰσχυρῶς· εἰ δὲ ἐπτισμένους ψύξει μᾶλλον καὶ συστήσει. Haec nostri *εὐεκπλύτῳ* de sorbitione adversantur: Aretaeus 90. c. D. de ptisana: *δυνάτη ὑπάγειν ῥηϊδίως τὴν κοιλίην*, sed hic locum nostrum imitatus est. At Celsus III. 7. 1. « Si puer est, alvus ducenda vel aqua vel ptisanae cremore."

οὔτε στύψιν ἔχον, οὔτε ἄραδον κακόν, οὔτε ἀνοιδίσκεται ἐν τῇ κοιλίῃ· ἀνῴδηκε γὰρ ἐν τῇ ἑψήσει κ. τ. λ.] Illud *οὔτε στύψιν ἔχον* e regione oppositum est ei, quod e lib. de Diaeta mox adnotavimus: ad *ἄραδον* cf. Foës. Oecon. Videntur ceterum repletionis sensum, quem cibi male digesti ventriculo praebent, antiquitus ab horum mole intumescente repetivisse, et ex ipsa mole adaucta noxas inde oriundas deduxisse: cf. lib. *περὶ παθῶν* p. 420. Kühn.: *τὰ ἀσθενέα τῶν σιτίων καὶ τὰ κοῦφα τὴν μὲν κοιλίην οὐ λυπέει, οὐδὲ τὸ σῶμα, διότι οὐκ ἀνοιδέει θερμαινόμενα, οὐδὲ πληροῖ, ἀλλὰ λαπάσσεται ταχὺ καὶ πεσσόμενα διαχωρέει. ἡ δὲ ἰκμὰς ἀπ' αὐτῶν τῷ σώματι ἀσθενὴς γίνεται καὶ οὔτε αὐξάνει, οὔτε ἰσχὺν ἀξίην λόγου παρέχει. τὰ δὲ ἰσχυρὰ τῶν σιτίων ἀνοιδέει τε ὅταν ἐς τὴν κοιλίην ἐσέλθῃ, καὶ πλήρωσιν παρέχει καὶ πέσσεται μὲν σχολαίτερον καὶ οὐ διαχωρέει. ἡ δὲ ἰκμὰς ἀπ' αὐτῶν ἰσχυροτέρη καὶ ἀκήρατος προσγινομένη ἰσχύν τε παρέχει τῷ σώματι πολλὴν καὶ αὔξην.*

ἐν τῇ ἑψήσει.] — Non abs re fore spero, si paucis de hocce *ἑψήσει* moneam: — frequentissimi sunt reliqui horum nominum 3ae decl. in *ις* exeuntium casus in *ιος*, *ιες*, *ιας*, *ιων* cf. Littreus vol. I. p. 497.

At constanter dat. sing. in ει exit, quod vix fieri posse puto, ut ab ipso auctore sit profectum, sed librariis tribuendum censeo. Verum ecce! in Aretaei codd. idem animadverti, in quo fere constanter, ita ut paucissimi tantum loci excepti sint, Dativus sing. in ει exit, editores vero suo marte Ionismum invexerunt. In libello de Homeri vita ceteri casus magis promiscue communem et Ionicam formam referunt: sed p. 306. ποιήσει, item bis p. 324., ubi et πόλει. — In lib. de Dea Syria habemus πόλιος, ὄφιες, πίστιος, πίστιες, θέσιος, ὕβριος, ὄψιος, γενέσιος, πανηγύριες, καταβάσιες; sed πόλει saepius, semel πρήσει, neque alia in illo eiusmodi Dativi forma obvia. Dativi plur. rarius occurrunt. In Arriani hist. Ind. ed. Schmieder seqq. notavi: p. 43. ter, p. 65. 71. 211. πόλιας, p. 44. πόλεσιν, p 48. πόλιες, p. 59. πόλεων, p. 82. τίγριας, p. 84. ὄφιας, et mox ὄφεας, p. 89. ὁπλίσιος, p. 95. 109. ὑπηρέσιας, p. 150. 152. πόλιος, p. 174. θύσιος. Iam vero Dativos sing. observavi: p. 4. 60. πόλει. p. 24. ἐπικλήσει. p. 98. Ἀμφιπόλει. p. 183. ὄψει. p. 206. τάξει. Nullum vero in ι exeuntem videre me memini.

§ 11.

χρέονται.] — Ut plurimum fluctuat in hisce lectio inter formam per εω, εο et communem: utram illarum praeferam nescio: vide Schweigh. varr. lectt. ad Herod. I. 34. et ibid. ad 138. — Mira de hisce Grammaticorum dissensio. Koen. ad Greg. Cor. §. 15. de Dial. Ion.: « Deterius, inquit, ἐχρέωντο, neque enim in Ionico verbo litterae ω locus est: non magis quam

in communi ἐχράοντο.". Tum Bastius ibidem e MS. χρεώμενος in χρεόμενος mutat apud Lucianum, adeo ut hic illi adsentiri videatur. — Secus sentit Matth. qui § 11.: « τιμέωσι Herod. II. 50. statt τιμῶσι, aus τιμάουσι, cet., an deren statt man nie χρέομενος, χρέονται geschrieben findet, da doch χρέεται vorkommt." Nimirum ille χρέομαι innuit Ionice pro χράομαι, unde χρέεσθαι cet., hic ante contractionem ε inseri existimat: inde illorum opinio diversa et e regione opposita. Cum forma χρέωμαι comparandi Genitivi, qualis Πηληϊάδεω pro Πηληϊάδαο. — Buttm. p. 483. utramque rei explicationem coniungit, et mutationem α in ε apud Iones, et insertionem litterae ε ante ω contractionis: tum vero ω etiam in ο facile abire statuit. — Cum in ceteris, tum in eo cum Buttm. maxime consentio, quod, quid in his verum sit, quovis loco distinguere nos non posse dicat.

καὶ τοῖσι μέν γε εἰθισμένοισι δὶς σιτέεσθαι κ. τ. λ.] — Cf. Aph. 17. Sect. I. ubi additur *δοτέον δέ τι καὶ τῇ ὥρῃ καὶ τῇ χώρῃ καὶ τῇ ἡλικίῃ καὶ τῷ ἔθεϊ.*

τοῖσι δὲ μονοσιτέειν εἰθισμένοισι κ. τ. λ.] — Haec olim in Edd. ad hunc modum efferebantur: *τοῖσι δὲ μονοσιτέειν εἰθισμένοισι ἅπαξ δοτέον τὴν πρώτην, ἐκ προςαγωγῆς δὲ, ἢν δὲ ἐνδέχηται τουτέοισι καὶ δὶς δοτέον, ἤν τι δοκέῃ προςδεῖν.* — Locum, Galeno in comm. hac de re monente, restituit Littreus.

πλῆθος δὲ ἀρκέει κατ' ἀρχὰς διδόναι μὴ πουλύ.] — Gal. in comm. *νῦν δὲ ἐξηγήσομαι τὸ κατ' ἀρχάς· οὐ τοῦτο γάρ φησιν, ὅτι κατ' ἀρχὴν τοῦ νοσήματος, ἀλλ' ἔτι γενικώτερον ἄκουε σημαινόμενον ἐκ τοῦ κατ' ἀρχάς· ὁπόταν γὰρ ἄν σοι δόξῃ πρῶτον ὁ κάμνων δεῖσθαι τῆς πτισάνης, τηνικαῦτα μὴ πολὺ, μηδὲ ὑπέρπαχυ δίδου*

παραχρῆμα. φυλάττεται γὰρ ὁ Ἱπποκράτης τὸ κατὰ πολὺ καὶ ἐξαπίνης πληροῦν, ἢ κενοῦν.

§ 12.

οὐ χρὴ ἐπὶ πλέον διδόναι.] § sequenti πλέον ἐπιδιδόναι. — De Ionismo illo vide Greg. Cor. p. 449.: notemus simul Hippocratem non forte fortuito hunc non adhibuisse § 13., sed quia inepte dixeris: τοσῷδε χρὴ ἐπὶ πλέον διδόναι, quippe τοσῷδε et πλέον arctius cohaerent, quam ut longo a se intervallo distent.

τὸ δ' ἁρμόζον ἐφ' ἑκάστοισι τῶν τρόπων εἰρήσεται.] — Gal. in comm. ἐπεὶ δὲ ἐπαγγέλλεται περὶ τῆς δυνάμεως αὐτῶν (i. e. μελικράτου ἢ οἴνου) ἐρεῖν, ἀναβεβλήσθω καὶ ἡμῖν ἡ πρὸς ὕδωρ αὐτῶν παραβολὴ, γενησομένη κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος τοῦ συγγράμματος, ἐν ᾧ διδάσκει τὰς δυνάμεις αὐτῶν. — Itaque verba haec refert ad postremas §§ huius libri, ubi de vino, aceto mulso, aqua mulsa, cet. agitur: qua in re illi non adsentior: nempe mihi verbis ἐφ' ἑκάστοισι τῶν τρόπων εἰρήσεται ad eam libri partem nos demittere videtur Hippocrates, ubi de potuum istorum usu in morbis singulis expositurus sit, eamque vel deperditam vel promissam et non conscriptam.

ἢν δὲ ὑγραίνηται τὸ στόμα καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ πνεύμονος ᾖ ὁκοῖα δεῖ, ἐπιδιδόναι χρὴ κ. τ. λ.] — Codd. h. l. referunt transitum a Coniunct. ad Optat. ἢν ὑγραίνηται . . . καὶ . . εἴη, quem licet omnes tueantur, fatendum tamen facile ita oriri potuisse, ut olim ἔῃ scriptum fuerit, indeque εἴη sit efformatum. Eo cautius procedendum, quia tum apud alios, tum apud nostrum maxime cum modi, tum particulae εἰ et ἢν

confunduntur: quin imo § 24. ἐναντιῷτο olim legebatur, quod vel propterea ferri non potest, quod ἐναντιόω non ἐναντιάω in usu est. Verum age percurramus Prognosticum in nuperrima Editione, ibi enim illae particulae saepe obviae: advertit primo locus p. 128. ἢν γάρ τι τοιοῦτον εἴη, ἐνταῦθα ἂν ῥέποι, immanis soloecismus: lege εἰ γάρ τι τοιοῦτον εἴη κ. τ. λ.: εἰ h. l. propriam suam sedem habet. — pag. 132. vs. penult: ἢν γὰρ . . . φαίνηται . . . . . καὶ . . . ὑποδεικνύῃ. — p. 134.: ἢν δὲ εἴη τοῦτο μεταβεβλημένον: lege εἰ δὲ εἴη τοῦτο μεταβεβλημένον, κακίον. — p. 140.: εἰ δὲ διαλείποι καὶ ποτὲ μὲν καθαρὸν οὐρέοιτο, ποτὲ δὲ ὑφίσταται: — cum Obsop. lego ὑφίσταιτο: — ibid vs. penult.: ἢν δέ καὶ . . . . εἴη! Galeno recte εἰ praebente! p. 146. κακὸν δὲ καὶ ἢν μηδὲν ἀνακαθαίρηται, μηδὲ προΐῃ ὁ πλεύμων, ἀλλὰ πληρὴς ἐὼν ζέῃ ἐν τῇ φάρυγγι: itaque ter coniunctivum habemus. — p. 148. vs. 5. lege ἀναπτύηται cum Gal.; vs. penult. ἢν δὲ τὰ μὲν αὐτέων ἐπιγίγνοιτο κ. τ. λ., sed ibi de coniect. ἢν in εἰ mutandum, non inferendum γένηται cod. 446.: — p. 154. ἢν μὲν ὁ πόνος ἐν ἀρχῇσι γίγνηται καὶ ἡ δύςπνοια . . . διατείνῃ: ergo bis coniunct.: — p. 158. ἢν ὅ τε πυρετὸς ἔχῃ καὶ ἡ ὀδύνη μὴ παύηται, καὶ τὸ πτύελον μὴ ἐκχωρέῃ κατὰ λόγον, μηδὲ χολώδεες αἱ τῆς κοιλίης διαχωρήσιες, μηδὲ εὔλυτοί τε καὶ ἄκρητοι γίγνοιντο, καὶ μηδὲ τὸ οὖρον πουλύ τε κάρτα καὶ πολλὴν ὑπόστασιν ἔχον, ὑπηρετῆται δὲ κ. τ. λ.: — at ibi γίνωνται legamus e Gal.: — p. 166. vs. ult. ἢν δὲ μήτε τὸ οὖρον μηδὲν ἐνδιδοίη, μήτε ἡ κύστις μαλάσσοιτο, ὅ τε πυρετὸς ξυνεχὴς ᾖ κ. τ. λ.: — locus insigniter corruptus; quid ἐνδιδόναι de urina? de dolore recte dicitur, non de urina; unice vera lectio est, quam Gal. in comm. re-

fert: ἢν δὲ μήτε οὖρον ᾖ μηδὲν, μήτε ἐνδιδοίη ὁ πόνος, μήτε ἡ κύστις μαλθάσσοιτο, ὅ τε πυρετὸς ξυνεχὴς ᾖ. Notemus tamen in aliis, corruptis licet, lectionibus codd. nonnullos habere ἐνδιδῷη, codd. duos etiam μαλαχθῇ praebere, nec tamen optima illa Galeni lectio tentanda videtur, quod quare nolim mox dicam: — p. 172. ἢν μέν τι . . . προςγίγνοιτο: pro ἢν cod. aliquis ἂν, malim εἰ e solenni in hoc libro usu: — p. 178. ἢν δὲ ἐς τὸν πλεύμονα τραπείη: Gal. τράπηται Ionice, alius cod. τρέπηται, fortasse h. l. τραπείη e τραπέῃ ortum: — p. 182. ἢ καρδιωγμὸς τουτέῳ προςγένηται: omnino necesse est, ut particulam ἢν pro ἢ recipiamus e varr. lectt. — Ecce! vitia aliquot sustulisse nobis videmur: igitur unicum modo exemplum huic καθάρσει superstes. — Exemplum simile praebet Aretaeus: ἢν γὰρ καὶ δοκέῃ μὲν ἐνδέειν, χρησταὶ δέ τινες ὑποφάσιες γίγνοιντο p. 81. D. Ed. L. B. At hisce locis: diversus modus poni potuit, quoniam ab altero subiecto ad alterum transit oratio, cf. Herm. ad Vig. p. 905. Nostro loco subiunctivo carere nos non posse iudico, et quamvis fatear ad εἴη propius accedere ἔῃ, nolui inferre formam, quae nostro haud certo tribuitur; sunt praeterea alia etiam loca ubi ᾖ et εἴη alternant.

§ 13.

μάλιστα δὲ κρίσιος ὑπερβολῆς δύο ἡμερέων.] — Operae pretium est dictionem illustrare: ὑπερβάλλειν Hesychio est ὑπερνικᾷ, ὑπερτίθεται, quorum posterius teneamus. In Etym. M. legis: ὑπερβολήν. τὴν ἀναβολὴν καὶ ὑπέρθεσιν. cf. Herodotum VIII. 112. Καρυστίοις οὐδέν,

τούτου εἵνεκα τοῦ κακοῦ ὑπερβολὴ ἐγένετο.: — ad quem locum Valck : « hoc etiam ut Herodoteum referri debuerat in Aem. Porti Lex., quum ἡ ἀναβολὴ vel ὑπέρθεσις vix alibi dicatur ὑπερβολή." Schweigh. ibi citat Polyb. XIV. 9. 8. : *ἐπί τε τὸν Ἀννίβαν πέμπειν ἠξίουν, καὶ μηδεμίαν ὑπερβολὴν ποιησαμένους ἐξελέγχειν καὶ ταύτην τὴν ἐλπίδα.* Cum his redeamus ad nostra. Genitivus ὑπερβολῆς tempus quando significat. Possis igitur nostra reddere: *maxime vero tum, cum iudicium in tertium diem differtur:* — quod elegantius Corn. et Foës. *maxime* s. *praecipue duobus ab iudicatione diebus.*

ὡς καὶ τὸ ἄρτιον καὶ τὸ περισσὸν προμηθὲς ᾖ.] — Nuperrimus editor de suo pro προμηθὲς ᾖ dedit προμηθήσῃ: eo usus argumento, quod προμηθὴς significet *prudens*, (*prévoyant*): tum vero subiungit: « on a dans le Traité des Airs etc. un exemple d'une erreur et d'une correction tout à fait analogues: on y lit (p. 14 de ce vol.). ἤν μή τις ταῦτα πρότερον εἰδὼς πρόφρων τις ᾖ (texte vulgaire) προφροντίσῃ (d'après la correction de Heringa, que j'ai adoptée et dont l'exemple est tout à fait applicable à προμηθὲς ᾖ pour προμηθήσῃ.)" — Ab hoc ordiamur et dicamus haec haud adeo sibi similia esse: nam ibi primum quidem bis τὶς ponitur, quod ineptum, tum Aoristus ibi propriam suam sedem habet, ita ut pulcre locum emendaverit nostras Heringa. In his vero nostris Aoristus parum apte ponitur, neque emendatione est opus, quum nihil sit quod impediat, quo minus προμηθὲς passive sumatur, licet vulgo transitive sumi lubenter concedamus: quid enim? ἐπιμελὴς, quod cum nostro προμηθὴς aptissime contuleris, tum transitive, tum passive usurpant; ita-

que causam, cur aliquid mutem, video nullam.

τῷ μὲν ῥυφήματι τὸ πρωῒ χρηστέον, ἐς ὀψὲ δὲ ἐς σιτία μεταβάλλειν.] — In his codd. ita variant, ut sint qui ἐς τὸ πρωῒ et ἐς ὀψὲ scribant, alii utroque loco omittant, alii solummodo ante ὀψὲ praepos. habeant: hos sequendos iudico, nam quemadmodum minus apte ἐς τὸ πρωῒ dixeris h. l., ita bene habet ἐς ὀψὲ, sicuti ἐς ὕστερον tum apud nostrum, tum apud Herodotum. — Notemus transitum a verbali χρηστέον ad Inf. pro Imper. μεταβάλλειν, cuius contrarium habemus §. 11. ἅπαξ δοτέον τὴν πρώτην· ἐκ προςαγωγῆς δὲ . . . . καὶ τουτέοισι δὶς διδόναι.

§ 14.

οὔλῃσι πτισάνῃσι.] — Nolui Ionismum, quem cod. vetustissimus saepius habet, reiicere: eum admittere noluit nuperrimus editor, quod exempla scriptionis οὖλος pro ὅλος in libris Hipp. sint nulla: at primum quidem forma est legitima, cf. Greg. Cor. p. 453., tum saepius obvia in optimo MS.: porro fieri potuisse puto, ut οὔλῃσι scripserit noster et simul tamen ὅλος nominativo servaverit, quamquam verosimilius est in reliquis veterem scripturam interiisse; denique quidni admittam οὔλῃσι, cum μοῦνος, οὔνομα, πουλλὰ cet. apud nostrum saepius legantur? Tandem illud etiam tenendum, cod. optimum illum aliam editionum antiquarum stirpem referre, ita ut si quid in eo cum veteris linguae Ionicae usu consentaneum reperiatur, id temere reiicere non liceat: quod si dicam tamen non eo spectat, ut hoc MS. semper sequendum existimem.

τοῖσι οὔλῃσι πτισάνῃσι χρεομένοισι.] — Licet omnes codd. h. l. ferant αὐτίκα χρεομένοισι, voculam illam e seqq.

perperam huc invectam repetere nolui. Cf. initium § 11. et § 17.

§ 15.

ἐκ κριθέων τε ὡς βελτίστων εἶναι καὶ ὡς κάλλιστα ἡψῆσθαι.] — In his recte e codd. scriptura τέως Littreus τε ὡς efficit: e lect. καὶ ὡς βέλτιστα servavi ὡς ante κάλλιστα cum Lind.

τὸ ὀλισθηρὸν τὴν κριθὴν καταπινομένην ποιέει μὴ βλάπτειν.] — Quid sibi velit illud ὀλισθηρὸν patet e seqq. οὐδαμῇ γὰρ προςίσχει, οὐδὲ μένει κατὰ τὴν τοῦ θώρηκος ἴξιν. — § 58.: εἰ γὰρ ἀνάγοι μὲν τὰ ἐγκέρχνοντα καὶ ὄλισθον ἐμποιήσειε, cum quibus cf. § 17. libelli nostri. Aret. p. 108. C. κλυσμοῖσι ἐς ὄλισθον χρέεσθαι: in his autem ὄλισθος refertur ad ea, quae pulmone et intestinis continentur: sed in Praxagorae loco apud Gal. ad Aph. 1. VI. ad intestina ipsa refertur: en viri verba! τοῖς δὲ λειεντερικοῖς, ἐπειδὴ ὄλισθον ἔχει τὸ ἔντερον, καὶ οὐχ ἥκιστα τὸ περὶ τὴν νῆστιν, ἀνάγκη ταχέως φέρεσθαι τὰ ἀπὸ τῶν σιτίων διαχωρήματα. — p. 128. C. Aret.: χυλοὶ δὲ ὀλισθηροὶ καὶ σμηγματώδεες, ὁ τῆς πτισάνης. — p. 109. D.: κλυσμοῖσι ὀλισθηροῖσι. — Ad vocabulum ἴξιν. cf. Foës. in Oecon., Koen. ad Greg. Cor.

καὶ εὐπεπτοτάτη καὶ ἀσθενεστάτη.] — Gal. in comm. τὴν ἀσθένειαν αὐτῆς, ἤτοι διότι βραχεῖαν τροφὴν τῷ σώματι δίδωσιν ἀκουστέον ἐστὶν, ἢ ὅτι ποιότητα μηδεμίαν ἔχει σφοδρὰν, ὡς ἤτοι τῶν νεύρων, ἢ τῆς γνώμης ἅπτεσθαι, καθάπερ ὄξος τε καὶ ὁ οἶνος. — Cf. idem de Ptis. p. 821. VI. K. ubi de Ptisana: ὅτι καὶ εὐπεπτότατόν ἐστι καὶ ἀσθενέστατον κατὰ πᾶσαν ποιότητα καὶ ἐυανάδοτον. — Celsus: II. 18.: « Scire igitur oportet

omnia legumina, quaeque ex frumentis panificia sunt generis valentissimi esse (valentissimum voco, in quo plurimum alimenti est)." Videmus Celsum priorem tantum significatum, quem notavit Galenus, voci ἀσθενὴς de cibis sumtae tribuere, quod e contrarii ἰσχυροῦ explicatione patet. *Τὸ ἀσθενὲς* Celso est *infirmum* et *imbecille:* l. l. enim: « cumque panificia, inquit, omnia firmissima sunt, elota tamen quaedam genera frumenti, ut alica, oryza, ptisana, vel ex iisdem facta sorbitio vel pulticula imbecillissimis annumerari potest." Idem III. 12. « Is (cibus) debet esse ex infirmissima materia et stomacho aptus." Itaque εὐπεπτοτάτην intelligo ptisanam, quae facile digeritur et ventriculo subigitur: ἀσθενεστάτην, quae non multum alimenti habet. Galeni interpretationes ὅτι ποιότητα μηδεμίαν ἔχει σφοδράν, et ἀσθενέστατον κατὰ πᾶσαν ποιότητα minus arrident.

§ 16.

ἢν οὖν μὴ προςτιμωρήσῃ τις ὁκόσον δέεται αὐταρκὴς εἶναι ὁ τρόπος τῆς τοιαύτης πτισανοῤῥοφίης.] — Video nuperrimum editorem ὁκόσων prae Galeni cet. lectione ὁκόσον praetulisse: mihi haec sola vera videtur. Plene dixeris ἢν οὖν μὴ προςτιμωρήσῃ τις ὁκόσον προςτιμωρέειν s. προςτιμωρεῖσθαι δέεται κ. τ. λ., ita ut minus placeat Genitivus. Ad ὁκόσον δέεται αὐταρκὴς εἶναι cf. § 11. ἀλλ' ὁκόσον εἵνεκα τοῦ ἔθεος ἐςιέναι τι. — Vid. Herm. ad Vig. p. 726.

οἷσί τε γὰρ σῖτος αὐτίκα ἐγκατακέκλεισται.] — Ad αὐτίκα Foës.: « αὐτίκα ἀμέλει significare e Gal. scripsimus in nostra Oecon." vid. in voce, quam Erot. in glossis exposuit. Accurate circumscriptum si velis

significabit *ut statim exemplo utar, quod iam menti obversatur.* Cf. Vig. p. 393. Koen. ad Greg. Cor. p. 416. Stallb. ad Plat. Gorgiam ubi *αὐτίκα πρῶτον.* Non vulgarem suam sedem occupare h. l. monet Gal.: *τὸ δὲ ἐν ἀρχῇ τῆς ῥήσεως εἰρημένον οἷσί τε γαρ σῖτος αὐτίκα ἐγκατακέκλεισται τὴν αὐτίκα φωνὴν ἐνηλλαγμένην ἔχει κατὰ τὴν τάξιν· ἀπολαβούσης δ' αὐτῆς τὴν οἰκείαν σύνθεσιν ὁ λόγος ἔσται τοιόςδε· — μὴ προςβοηθησάντων δὲ ἡμῶν τῷ προειρημένῳ τρόπῳ τῆς πτισανοῤῥοφίης, πολλαχόθι γενήσεται βλάβη· αὐτίκα γοῦν οἷς σῖτος ἐγκατακέκλεισται κ. τ. λ.* Confer tamen Bastium ad Greg. Cor. l. l. Cornuti verba citantem, *Ἐπίχαρμος αὐτίκα φησίν*, in quibus aeque minus ac nostro loco *αὐτίκα* primam in sententia sedem occupat. — Verum ipsum hoc facit, ut minus placeat lectio *ὁκόσοισι γάρ*, quam recepit Littréus: nimirum particula *τε* requiritur, ut haec cum praecedentibus quam arctissime copulentur. — Ad *σῖτος* et *ἐγκατακέκλεισται* cf. Oecon. Hipp. in utraque voce: — similem dictionem habes apud Aristoph. Eccles. vs. 354.

κἄγωγ' ἐπειδὰν ἀποπατήσω· νῦν δ' ἐμοῦ
ἀχράς τις ἐγκλείσασ' ἔχει τὰ σιτία.

τοῦτο δέ.] — Notemus sibi respondere *αὐτίκα .... τοῦτο δέ.* — Herodoto frequens *τοῦτο μὲν .... τοῦτο δέ.* — Hipp. de morbo sacro *τοῦτο μὲν γὰρ οἱ πυρετοὶ κ. τ. λ. τοῦτο δὲ ὁρέω μαινομένους ἀνθρώπους κ. τ. λ.* — Ceterum paulo intricatior in seqq. structura exponenda: Auctor, in mente habens *ἢν, ἔτι τῆς ὀδύνης ξυνεχέος ἐούσης, μὴ λύσῃ τις αὐτήν, ἀλλὰ τὰς πτισάνας διδῷ, ταχέως ἀποθνήσκουσι*, vel simile quid, *ἢν* scripsit initio sententiae; iam vero longius ducta periodo intermediis *καὶ πρὸς τὰ θερμάσματα μὴ χαλώσῃς, καὶ τοῦ πτυάλου*

μὴ ἀνιόντος, ἀλλὰ καταγλισχραινομένου ἀσαπέως, denuo ἦν infert; intermediisque iterum rationibus, quibus dolorem tollere oportet, in apodosi tertium ἦν, invexit, et a tertia persona ad secundam διδῷς transit; nempe vulgatam lectionem mutato accentu prae διδῷ cod. vetustissimi praefero, quum in tali structura eiusmodi transitus apposite congruat cum linguae usu.

§ 17.

ῥέγχους.] Cod. vetustiss. ῥέγκου i. e. ῥέγκους. — Gal. in exeg. ῥέγξιν καὶ ῥ έ γ κ ο ς. Erot. ῥ έ γ χ ο ς. ὁ νεωχμός, ὡς καὶ τῷ περὶ Πτισσάνης. — Formam ῥέγχος nostro frequentiorem esse monet Foës. in Oecon. — Moeris ῥέγκει, ἐπὶ τῶν κοιμωμένων, Ἀττικῶς. Thomas Mag. ῥέγχω, οὐδεὶς τῶν Ἀττικῶν, ἀλλὰ ῥέγκω. Itaque hic etiam valet, quod demonstravit Blomfieldius, hosce e recentioribus Atticis vocabula sua hausisse, adeo ut ῥέγκος in nostro non sit scribendum.

ἡ πλευρὴ πελίη εὑρίσκεται.] — Ita omnino legendum; nempe imprudens et nolens in textu propagavi nuperrimi editoris errorem, qui, quum vulgo recte πελίη legatur, cum Vassaeo e Gal. Ed. Basil. et uno cod. πελιὴ perperam scripsit. In huius vocabuli accentu saepius apud Gal. et alios medicos peccatur.

καταγλισχραινόμενον τὸ πτύελον ἀπέπτως.] — Advertunt me πτύελον et ἀπέπτως. § superiori habuimus καὶ τοῦ πτυάλου καταγλισχραινομένου ἀσαπέως, ubi quidem ἀσαπέως in plurimis codd. periit, sed a nuperrimo editore recte e Gal., vetustissimo MS., aliis, revocatum. — Ego vero ibidem aliisque locis in hoc libello πτύαλον restitui e veteri illo cod., quae forma in Prorrh. I. et Praenn. Coacis saepe obvia: quin imo

vidi constanter in locis Praenn. Coacarum, quae cum Progn. conveniunt, πτυάλον et πτυαλισμὸς legi, ubi in Prognostico πτύελον et πτυελισμός. — Illa autem antiquiorem referre formam patet inde non solum, quod Coacae Prognostico sunt antiquiores, sed etiam eo magis his fidem adhibeo, quod Prognosticum foede deturpatum ad nos pervenit. Infra quoque revocavi ex antiquo illo MS. πτύαλον, de quo vide Hemsterh. ad Thom. Mag. p. 862. — Verum cf. Lobeck. ad Phryn. p. 309., qui ad verba Phrynichi: « In oculos, inquit, incurrit haec non ab eodem Phrynicho scribi potuisse." Non satis liquet quare non potuerint. Phrynichus ad recentiorem Atticismum sua refert et πτύελος scribendum censet: Hipp. cod. vetustissimus dat πτύαλος, libri vetustissimi Coacarum Praenn. et Prorrh. I. πτύαλος: haec apposite cum eius monitu conveniunt. Largior in his contrarium obtinere eius quod in aliis huius generis formis observamus: sed quis unum et eundem constantem usum in his omnibus fuisse probabit? Ego certe in nostro servo, quod librorum Hippocrateorum historia antiquissimum esse luce clarius ostendit. — Ast paululum ab instituta quaestione aberravimus: me advertunt, inquam, recentior forma πτύελον et recentius vocabulum ἀπέπτως coniuncta: suspicio inde mihi subnascitur talia ab Hipp. non esse profecta, sed postea invecta a recentiori aliqua manu.

καὶ ὁκόταν ἐς τοῦτο ἔλθῃ.] — Editores h. l. absurde *ταὐτὸ*: vetustiss. cod. et Gal. lib. III. de Dyspn. *τοῦτο*, recte; cf. lib. I. de Morbis p. 180. Kühn.: *οὗτος, ὅταν ἐς τοῦτο ἀφίκηται, ἀπόλλυται.* — Littréum emendasse video in addendis p. LV.

καὶ οὕτως ἐς τὸ κακὸν ἀλλήλοισι ξυντιμωρέει.] — Vel

ξυντιμωρέουσι vel συντιμωρέει, quod optimus ille liber habet, noster scripsit; simplex τιμωρέει longe deterius. — Aret. p. 48 B. hunc locum imitatur: εὖτε ἄλλοισι (ἀλλήλοισι recte Wigg.) ἄμφω ἐς τὸ κακὸν ξυντιμωρέει, p. 20. A.: ἀναπνοὴ κακή· οὐ γὰρ ξυντιμωρέει τῷ πνεύμονι τὸ διάφραγμα. p. 52. C. συντιμωρέει γὰρ ἀλλήλοισι δίψος καὶ ποτόν. His quidem locis ξυντιμωρέειν omnino requiritur. Simplex τιμωρέειν habes apud Aret. p. 43. A.: ἐπὶ τῷ ὕδρωπι, ἢν μὲν οὖρα πολλὰ, παχέα, ἐπίδοσιν ἔχοντα πολλὴν, ἰλυώδεα καταῤῥαγῇ, ἐλπὶς ἐκρεῦσαι τὸν ὕδερον· ἢν δὲ λεπτὰ καὶ ἀνυπόστατα καὶ ὀλίγα, τῷ ὕδρωπι τιμωρέει. — His collatis, quid inter τιμωρέειν et ξυντιμωρέειν intersit, facile patet. Τιμωρέειν et, quod infra occurrit, τιμωρίαι interpretatus est Foës. e Gal. in Oecon. Τιμωρίην habet Herodotus III. 148. ubi Valck.: « Idem erat in usu loquendi τιμωρεῖν ac βοηθεῖν: τιμωρία ac βοήθεια."

§ 18.

τοῖσι δὲ μηδετέρῳ τουτέων, ἀλλὰ ποτῷ μοῦνον, ἔστι ὅπῃ, καὶ διαφερόντως τιμωρητέον.] — Legebatur olim τοῖσι τε μ. τ., ἀλλὰ π. μ., ἔστι δ'ὅπῃ κ. τ. λ. Recte Galeni et MSS. auctoritate emendavit Littr.: et ante illum Corn. in versione.

§ 19.

ἐπίσχειν τὴν δόσιν τοῦ ῥυφήματος, ἐς τ'ἂν οἴηαι ὑποκεχωρηκέναι ἐς τὸ κάτω μέρος τοῦ ἐντέρου τὸ σιτίον· χρέεσθαι δὲ κ. τ. λ.] — De meo ἐπίσχειν effeci ex ἐπισχεῖν: infra enim iterum praesens χρέεσθαι, quin imo hoc tempus h. l. requitur; — οἴηαι simili modo

effeci de coniectura e 3a pers. οἴηται, quam ferri h. l. non posse arbitror, memor Homerici σαώτερος ὥς κε νέηαι. Infinit. pro Imper. ponitur, itaque medico imperat, ad quem itidem illud οἴεσθαι referendum est, non ad aegrum; adeo ut 2a pers. ἔςτ' ἂν οἴηαι recipiatur, sit necesse. — Et opportune istius ἔςτ' ἂν facta mentione, emendemus locum Prognostici, ubi occultum latet cum ἕως ἂν confusum. Legimus p. 181. Ed. Littréo. ἕως ἂν ἐς τὰ πεντεκαίδεκα ἔτεα γένωνται: illud ἐς τὰ ortum duxit ex ἔς τ' ἄν: quid sibi vult ἐς τὰ ιε' ἔτεα γίγνεσθαι? Lege cum Gal.: ἔς τ' ἂν πεντεκαιδεκαετέα (sic emendo Galeni πεντεκαιδεκαταῖα) γένωνται.

διδόναι τὸ ῥύφημα.] — Tum h. l. tum saepius aliis formam ῥυφῆν et ῥύφημα e vetustissima membrana recepi, vid. Foes. in Oecon., ubi plura huius formae exempla adferuntur. Schneid. in Lex. ῥυφέω ex Hippon. apud Photium citat, et ἔρυφον, οὐκ ἐῤῥύφησα. Res bene habet: est hoc enim ex eodem genere, e quo ὄνυμα pro ὄνομα; cf. Koen. ad Greg. Cor. p. 585. — Est forma Aeolica, ita ut in ῥυφῆν cum Dorica infinitivi terminatione coniungatur.

ἢν μὴ αὐτόματα διεξίῃ καλῶς.] — Subintellige τὰ κόπρανα; similis ellipsis in formula illa in Epid. libb. frequenti ἀπὸ κλυσματίου καλῶς διῆλθε.

§ 20.

καιρὸν δέ τῆς δόσιος κ. τ. λ.] — Omnia haec, usque ad ἐπικινδυνοτάτῃσι, habentur in lib. spurio Gal. de Victus ratione in Morbis acutis secundum Hipp. vol. XIX. 212., cuius auctor Galeni textum Hipp. ma-

xime sequitur. Quod ad *φυλάσσεσθαι*, id eodem sensu ponitur in additamentis spuriis § 19. *φυλάσσεσθαι δὲ χρὴ καὶ πάντων τῶν πυρετῶν τὰς κρισίας*. In glossis Herodoteis legis *φυλάξαντες*, *ἐπιτηρήσαντες* ad Herod. V. 12. *φυλάξαντες δὲ Δαρεῖον προκατιζόμενον ἐς τὸ προάστειον, τὸ τῶν Λυδῶν, ἐποίησαν τοιόνδε.*

ὅταν μὲν οἱ πόδες ψυχροὶ ἔωσι, ἐπίσχειν χρὴ τοῦ ῥυφήματος τὴν δόσιν, μάλιστα δὲ καὶ τοῦ ποτοῦ ἀπέχεσθαι.] — Hoc etiam loco *ἐπίσχειν* pro *ἐπισχεῖν* exhibui eadem de causa, qua supra. Quod ad *μάλιστα δὲ καὶ τοῦ ποτοῦ ἀπέχεσθαι* attinet, spectat acetum mulsum, melicratum et aquam, quorum mentionem fecit § superiori. — De aceto mulso autem § 59: *ἔτι δὲ καὶ ἄλλως γυιοῖ καὶ τὰ ἀκρωτήρια ψύχει*, itaque non miror eum huius usum pedibus frigentibus interdicere. De aquae noxis pedibus frigentibus exhibitae cf. § 62. sub finem. Ratio ergo quare in eo casu a potus haustu largiori (ita enim Hippocratis verba accipio) abstinendum censeat, posita est in metu ne *βαρύνηται ἡ κοιλίη*, ne *ἄραδος κακὸς γένηται*.

ὁκόταν δὲ ἡ θέρμη καταβῇ ἐς τοὺς πόδας, τότε διδόναι.] — Notatu digna Galeni verba ad h. l. *παρακμὴ (τῶν παροξυσμῶν) δ' ἔμπαλιν τῇ ἀρχῇ διαπνεομένης γε τῆς θερμασίας γίγνεται καὶ τὰ μέσα τοῦ σώματος ἀπολειπούσης, ὅπερ ἐδήλωσε δι' ἑνὸς ῥήματος εἰπών· ὅταν ἡ θέρμη καταβῇ εἰς τοὺς πόδας. οὐ γὰρ ταὐτόν ἐστι τὸ θερμοὺς ἐκ ψυχρῶν γενέσθαι τοὺς πόδας, καὶ καταβῆναι τὴν θερμασίαν εἰς αὐτούς. τὸ μὲν γὰρ καταβῆναι τὴν μετάστασιν δηλοῖ τῆς θερμασίας ἐξ ἑτέρου μέρους εἰς ἄλλο μέρος· τὸ δὲ θερμανθῆναι τοὺς πόδας ἐγχωρεῖ γενέσθαι καὶ μενούσης ἐν τοῖς μέσοις τῆς θερμασίας, ὅπερ ἐπὶ τῆς ἀκμῆς συμβαίνει.*

καὶ νομίζειν μέγα δύνασθαι τὸν καιρὸν ἐν πάσῃσι τῇσι νούσοισι· οὐκ ἥκιστα δὲ ἐν τῇσι ὀξείῃσι, μάλιστα κ. τ. λ.] — Ad *μέγα δύνασθαι* cf., quae supra habuimus, *πάνυ μέγα διαφέρουσι* et *ἐς ὑγιείην μέγα τι δύναται*, tum Lex. Herod. in *μέγας* et *δύνασθαι*. — *Τὸν καιρὸν* dedi e Gal. Ed. Bas. et Vassaeo, et cod. quodam Littrei: nimirum plura sunt exempla articuli a nostro Ionum more *δεικτικῶς* sumti, qui usus Herodoto frequens. § 41. *ἀπαρτὶ ἐν τοῖσι καιροῖσι.* — Conf. locus libri de Aëre aq. et locis. p. 80. ed. Littreo, ubi MSS. *καὶ εὐνουχοειδέστατοί εἰσιν ἀνθρώπων διὰ τὰς προφάσιας, καὶ ὅτι ἀναξυρίδας ἔχουσιν αἰεί.* Corayus *διὰ* [*ταύτας*] *τὰς προφ.* de coniectura. — Littréus: *διὰ τὰς προειρημένας προφάσιας* e MS. Latino, quod habet: « propter praedictas causas:" neutro opus esse credo, modo teneamus usum illum orationis Ionicae, unde interpres ille Latinus *propter praedictas causas* dare potuit, nec certo constat illum in textu Graeco *προειρημένας* legisse. Vidi hac in re mecum consentire doctiss. Petersen: cf. Littréus Add. p. LIV. Similiter infra § 32. *ὅλην τὴν ἡμέρην* pro *ὅλην τὴν ἡμέρην ταύτην*. Sed video Littréum ad locum libri de Aëre cet. p. 74. vs. 21. editionis suae in addendis p. LIV. adnotasse: « M. Petersen regarde *τῶν* comme un exemple de l'emploi de l'article dans le sens du pronom conionctif." Idem iam monuit Coray, qui p. 162. vol. I.: « L' *ἀφ' ὧν* de la marge de Z. que L. a reçu dans son texte, n'est qu'une explication marginale." Cum quibus plane consentio: patet autem ex hisce, quod non semel antea dixi, multos e nostri oratione Ionismos librariorum culpa interiisse: itaque procul a certitudine absumus, qua nuperrimus editor affir-

mare audet : « Herodote emploie l'article au lieu du relatif; Hippocrate jamais.'' Hinc ad locum laudatum adnotat : « Les exemples de l'emploi de l'article pour le relatif sont si rares dans la collection Hippocratique, qu'on peut les considerer comme des erreurs de copistes.'' Nemini puto facile persuadebit librarios *ἀπὸ τῶν* pro *ἀφ' ὧν* invexisse : contrarium vero, ni fallor, facile fieri potuit.

μάλιστα δὲ ἐν τῇσι πυρετώδεσι] — Cum cod. med. malui omittere *μᾶλλον* ante *πυρετώδεσι*. — Sed advertit me loco nostro partitio *μέγα δύνασθαι ἐν πάσῃσι τῇσι νούσοισι· οὐκ ἥκιστα δὲ ἐν τῇσι ὀξείῃσι, μάλιστα δὲ ἐν τῇσι πυρετώδεσι*. Similem quamdam habemus infra in loco de balnei usu: *χρέεσθαι δὲ λουτροῖσι τοῖσι οὔλῃσι πτισάνῃσι χρεομένοισι παρὰ πουλὺ μᾶλλον ἐνδέχεται ἢ τοῖσι χυλῷ μοῦνον χρεομένοισι· ἐνδέχεται δὲ καὶ τούτοισι ἐνίοτε· ἥκιστα δὲ κ. τ. λ.* — In Progn.: *πονηρὸν μὲν ἐν πᾶσι τοῖσι νουσήμασι, κάκιστον δὲ ἐν τοῖσι περιπνευμονικοῖσι.*

§ 21.

Ὀδύνη δὲ πλευροῦ, ἤν τε κατ' ἀρχὰς γένηται, ἤν τε ἐς ὕστερον, θερμάσμασι μὲν πρῶτον οὐκ ἄπο τρόπου ἐστὶ χρησάμενον πειρηθῆναι διαλῦσαι τὴν ὀδύνην.] — Vetustissima membr. *ὀδύνην δὲ πλευροῦ, ἤν τε κατ' ἀρχὰς γένηται, ἤν τε ἐς ὕστερον, θερμάσμασι μὲν πρῶτον οὐκ ἄπο τρόπου χρησάμενον πειρηθῆναι διαλῦσαι.* Dubium videri possit, utra lectio praeferenda sit : np. utraque sensu similis, utraque etiam bene Graeca. Vulgatam loci scripturam inprimis praefero propter seqq. § 22. : *τομῇ μέντοι γε οὐχ ὁμοίως λύει ὀδύνην, ἢν μὴ πρὸς*

τὴν κληῖδα περαίνῃ ἡ ὀδύνη, in quibus nomen ὀδύνη simili fere modo bis obvium. Tum vero facilius cod. optimi lectio e vulgata a recentioribus effici potuisse mihi videtur, quam contra. De ἄπο, (editiones enim ἀπὸ,) quod plurimi codd. ferunt, scribendo vide Bast. ad Greg. Cor. p. 210. seq. — Distinctionem illam inter ἄπο et ἀπὸ reiicit Matth. § 572. — Locum nostrum excitat Coel. Aurel. II. 19.; sed animum advertit inprimis Galeni de loco nostro narratio, comm. ad Lib. de Humor. p. 65., quae ut rite intelligatur paulo altius repetenda est Pergameni Oratio: φασὶ γὰρ (οἱ ἐξηγηταὶ), inquit, τουτὶ τὸ γράμμα (Lib. de Humor.) οὐκ εἶναι Ἱπποκράτους, διότι σολοικίζει· εἰπὼν γὰρ τὸ χρῶμα τῶν χυμῶν, προςτίθησιν ἀκτέα ἢ ῥέπει. ἐγὼ γὰρ ἀξιῶ μὴ τῇ λέξει κρίνειν, μηδὲ ἀποκρίνειν δεῖν τὰ τῶν παλαιῶν καὶ εὐδοκίμων ἀνδρῶν συγγράμματα, ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς νοήμασι καὶ ταῖς ἐννοίαις, καὶ γὰρ πρὸς τὸ (ita lego pro καὶ πρὸς τὸ γὰρ) ταύτας κεχωρισμένας ἀλλήλων εἶναι, ὡς μὴ συνεχομένας τυγχάνειν, εἶτα δὲ ἴσμεν πόσα σφάλματα οἱ βιβλιόγραφοι ποιοῦσι καὶ πόσα ἐκαινοτόμησαν οἱ περὶ τὸν Διοσκορίδην καὶ τὸν Ἀρτεμίδωρον. τελευταῖον δὲ ἐάσας πάντα ταῦτα φημὶ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις τοῦ παλαιοῦ βίβλοις ἄλλα παραπλήσια καὶ ὅμοια κατὰ τὴν λέξιν εὑρίσκεσθαι ἁμαρτήματα, ὥστε οὐ δεῖν δι' ἑνὸς τούτου ἀπαγορεύεσθαι τὸ βίβλιον. ἐν γὰρ τοῖς ἀφορισμοῖς οὐκ ἀκριβῶς εἶπε τὸν καῦσον ὑπὸ τῆς παραφροσύνης λύεσθαι. (locum frustra quaesivi.) καὶ ἐν τῷ περὶ ἀγμῶν εἴρηκε τὸν ἰατρὸν τῶν ἐκπτώσεων καὶ καταγμάτων ὡς ἰθυτάτας τὰς κατατάσεις ποιεῖσθαι (initio libri.) καὶ ἐν τῷ προῤῥητικῷ τὰ ἐπὶ ταραχώδεσιν ἀγρύπνησιν (lege ἀγρύπνοισιν) οὖρα

ἄχροα, μέλανα, ἐναιωρούμενα ἐφ᾽ ἱδρῶτι φρενιτικά. (Prorrh. I. 4.). ἀλλ᾽ ἐν ἐκείνῳ τῷ βιβλίῳ πολλάς ἐστιν εὑρίσκειν τὰς ῥήσεις σολοικώδεις, ὡς καὶ διὰ τούτων εἰκὸς ὑποπτεύειν τινὰς αὐτὸ οὐκ εἶναι γνήσιον Ἱπποκράτους. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ προγνωστικῷ, ὃ πάντες Ἱπποκράτους εἶναί φασι, μέμφομαι ὡς περιττὰ τὸ δὶς ἢ τρὶς τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς ἅπαξ, ὅσα τἄλλα πρὸς τούτοις ἔγραψεν ἐν ἐκείνῃ τῇ ῥήσει, ἧς ἀρχή· ἀλλὰ χρὴ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν εἰσιόντων ὑποχωρέειν. καὶ ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ ἐκτρέπει τὴν τάξιν οὐ μετὰ πολύ. μέμφονται τοιγαροῦν αὐτῷ καὶ τὴν ἀμέλειαν ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων, ἔνθα περὶ πυριῶν γράφει. — De locis illis Prognostici vid. Gal. in comm. ad h. l.; sed venio ad postrema de loco nostro. Quaenam haec negligentia, quam antiqui nostro in hisce vitio verterunt? In iis, quae Gal. ex aliis libris adfert mox ipsas res propositas, mox Hippocratis orationem reprehendere videtur. Quid autem h. l. innuit? Spectaturne scriptura loci nostri, quam optimo illo cod. excepto ceterae ferunt membranae et editiones? Id unum enim reprehendere potuisse videntur; ceterum non intelligo, quid in iis, quae de fomentis copiose et perspicue tradit Hippocrates, adeo desideraverint antiqui eius librorum studiosi.

ἢ ἐν ὀστρακίνῳ.] — Celsus II. 17. de fomentis agens: „Quin etiam, inquit, calido oleo replentur utriculi; et in vasa fictilia, a similitudine quas *lenticulas* vocant, aqua coniicitur." Fuerunt ergo vasa fictilia lentis formam referentia in ipsum hunc usum confecta. Cf. Soran. p. 221.: τοῦτο μὲν ἔρια οἰσυπηρὰ οἴνῳ καὶ ῥοδίνῳ θερμῷ βεβρεγμένα ἐπιτιθέναι τῷ ὑπογαστρίῳ

καὶ ἐφηβαίῳ, τοῦτο δὲ καὶ τοῖς λεγομένοις φακωτοῖς πυριατηρίοις κεχρημένον.

ἀγαθὸν δὲ καὶ σπόγγος μέγας ἐξ ὕδατος ἐκπεπιεσμένος προςτίθεσθαι.] — Grammaticam huius loci rationem minus recte ceperunt interpretes: Corn.: « commode etiam spongia apponitur." Foës.: « utiliter admovetur spongia." Similiter nuperrimus editor: « il est bon aussi d'appliquer etc." Id enim Graece dixeris *ἀγαθὸν δὲ καὶ σπόγγον προςτιθέναι.* — Nostra vero verba significant: « aptum quid, quod adponatur, est etiam spongia, cet." De Infinit. in hac struct. Matth. § 535. *b.*

περιστέγειν δὲ ἄνω τὴν θάλψιν χρή· πλείω τε γὰρ χρόνον ἂν διαρκέσει καὶ παραμενεῖ, καὶ ἅμα ἵνα μὴ ἡ ἀτμὶς πρὸς τὸ πνεῦμα τοῦ κάμνοντος προςφέρηται, ἢν ἄρα μὴ δοκέῃ καὶ τοῦτο χρήσιμον πρός τι εἶναι· ἔστι γὰρ ὅτε δεῖ πρός τι.] — Cum Littréo secutus sum lect. cod. vetustiss. *ἄνω* pro *ἱματίῳ* ceterorum, licet si quis utramque coniungere et *ἄνω ἱματίῳ* in textum recipere malit, non ego adverser: nimirum puto Hipp. spongiam expressam nudo corpori continuo impositam cupivisse, sed superne eam contectam voluisse: ceterum Coel. Aurel., vel, quem continuo sequitur, Soranus, etiam legisse videtur *ἱματίῳ*: hic enim II. 19.: « Probat, inquit, etiam spongiam mollem, magnam, ex ferventi aqua expressam, atque pannis involutam, tunc apponendam. Circumtectus, inquit, enim atque inclusus vapor plurimo tempore perseverat. Admovenda etiam, tanquam odoramentum ori vel naribus aegrotantis, ut spiramento adductus vapor suo ingressu laxamentum partibus ministret." Postremum hoc methodicorum placita redolet. Sed redeo ad nostra; in verbis *πλείω τε γὰρ χρό-*

νον ἂν διαρκέσει . . . καὶ ἅμα ἵνα μὴ κ. τ. λ. oratio ita immutatur, ut a causa, quare quod praecipit faciendum sit, transeat ad *σκοπὸν*, quo id facere oporteat: sed de ipsa hac fine videndum. Gal. in comm.: *περὶ τῆς ἀτμίδος εἰπεῖν χρὴ πολὺ τὸ ἀσῶδες καὶ ἀνιαρὸν ἐχούσης, παροξυνούσης τε τὴν δύςπνοιαν αὐξήσει τῆς θερμασίας . . . . . . μόναις οὖν ταῖς ξηραῖς καὶ ἀπτύστοις πλευρίτισιν ἐπιτήδειός ἐστιν ἡ τῆς ἀτμίδος εἰςπνόη, πλέον ἔχουσα τοῦ βλαβέρου τὸ ὠφέλιμον.* Sprengel. Apol. II. p. 326.: « Weil sonst die Thierischen Dämpfe des Schwammes dem Kranken Beschwerden machen können. Sie sind ihm schädlich und nehmen zugleich den Kopf ein." His Sprengelii verbis haud ita adsentior: probe mundatis spongiis usi sunt veteres, cf. Diosc. V. 137. Puto cum Galeno Hipp. rem ingratam, ubi hanc prodesse non posse credidit, evitasse; *χρὴ γὰρ καὶ τοῖσι κάμνουσι χαρίσασθαι.* Neque alio modo, quam Galenus fecit, accipio quod obscure innuit Cous: *ἔστι γὰρ ὅτε δεῖ πρός τι.*

ἔτι δὲ καὶ κριθαὶ, ἢ καὶ ὄροβοι ἐν ὄξει κεκρημένῳ σμικρῶς ὀξύτερον, ἢ ὡς ἄν τις πίοι διέντα καὶ ἀναζέσαντα ἐς μαρσίππιά τε καταῤῥάψαντα προςτιθέναι: καὶ πίτυρα τὸν αὐτὸν τρόπον. De variis vocis *μαρσίππιον* formis cf. Oecon. Hipp., Hesych. cum interprett. — Coel. Aurel. l. l. « utendum, inquit, etiam hordeo vel orobo in aceto miti, macerato et calefacto, et celeriter sacello incluso, tunc apposito: sive cantabro eodem genere fervefacto." Gal. in comm.: *καὶ κριθὰς, καὶ ὀρόβους οὐχ ὁλόκληρα τὰ σπέρματα κελεύει δι' ὄξους καὶ ὕδατος ἑψεῖν, ἀλλὰ κόψαντας πρότερον· δῆλον δὲ κἀκ τοῦ λέγειν διέντα, καὶ ἄλλως δ' ἄν τις ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος διδαχθείη τοῦτο βούλεσθαι τὸν*

Ἱπποκράτην· καὶ γὰρ οὖν προςηνέστερον οὕτως ἔσται τὸ πυρίαμα καὶ δραστικώτερον· ἀμέλει καὶ πίτυρα κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον σκευάζειν κελεύει. δραστικωτέρα δὲ τῆς πρόσθεν ἡ τοιαύτη πυρία τῇ τοῦ ὄξους γίνεται δυνάμει· εἰ δὲ δι' ὀρόβων σκευάζοιτο, καὶ οὗτοι συντελοῦσιν οὐ σμικρὸν, ἱκανὴ γὰρ ἡ δύναμις αὐτῶν τέμνειν καὶ κατεργάζεσθαι καὶ διαφορῆσαι πάχος χυμῶν. Veniunt haec ergo in universum rubefacientium titulo: de ὀρόβου viribus Diosc. II. 131. αἷμα δὲ δι' οὔρων ἄγει ἑφθὸς παρατιθέμενος ὁ ὄροβος. — Ὄροβος, recentioribus Graecis ῥόβιν. *Ervum Ervilia* L., Dierbachio auctore. Ceterum nostra fere repetuntur apud Paulum, III. 33. et Theoph. Nonnum, p. 406., vid. etiam Alex. Trall. VI. 1. — *Διέντα* non ducendum a διίημι i. q. διαίνω sed a διΐημι, eodem sensu quo διηθέω. cf. § 63. spuriorum additamentorum: minus recte acceperunt interpretes, quos omnes, quasi a διαίνω s. δίημι ductum esset, interpretari video. Est Part. Aor. 2. Act. — sicuti ἀνείς, ab ἀνίημι.

πυρίη δὲ ξηρὴ, ἅλες, κέγχροι πεφρυγμένοι ἐν εἰρινέοισι μαρσιππίοισι ἐπιτηδειότατοι, καὶ γὰρ κοῦφον καὶ προςηνὲς ὁ κέγχρος.] — Locus hicce etiam apud antiquos de re medica scriptores maxime celebratur: Celsus II. 17.: « Fomenta quoque calida sunt milium, sal, arena, quodlibet eorum calefactum et in linteum coniectum" Aretaeus p. 76. A.: κέγχρος δὲ φωχθεῖσα ἐν μαρσύποισι, πυρίημα κοῦφον καὶ μαλθακόν. Idem p. 85. D. χρὴ οὖν τῷ τρόπῳ τε τῆς πυρίης ὡς ἀσφαλεστάτῳ χρέεσθαι καὶ ὕλῃ μὴ σφόδρα βαρυόδμῳ μιῇ· ἀλλὰ ὕλη μὲν ἔστω ἔλαιον τὸ ἐν κύστεσι ἄκνισον ἐν διπλῷ ἀγγείῳ ἑψηθὲν, ἢ ἅλες λεπτοὶ ἔν τῳ, (ita lego pro ἐν τῷ) μαρσιπίῳ. κέγχρος γὰρ καὶ λίνου σπέρμα εὐαφέα

μὲν ἀτμώδεα δὲ καὶ βαρύοδμα. — Theoph. p. 110.: *ξηραῖς πυρίαις χρηστέον δι' ἅλων καὶ κέγχρων.* Paulus cap. de lethargo III. 9. : *ξυρίσαντες τὴν κεφαλὴν πυριᾷν δεῖ, διά τε ἁλῶν καὶ κέγχρων καὶ τῶν ὁμοίων ἐν μαρσίπποις.* — Gal. de Comp. med. sec. locos. Ed. Kühn vol. XII. p. 568. de cephalalgia agens: *κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον*, inquit, *ὑπὲρ οὗ νῦν ὁ λόγος ἐνέστηκεν, εἰ πυρίαις καὶ καταπλάσμασι χρῆσθαι δόξειεν ἄν, αἱ μὲν πυρίαι διὰ τῶν κέγχρων ἀμείνους· ὡς γὰρ Ἱππ. ἔφη, καὶ κουφὸς καὶ προςηνὴς ὁ κέγχρος ἐστίν· οἱ δ'ἅλες ἀνιαροὶ διὰ τὸ βάρος εἰσὶ καὶ μάλιστα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς.*

ἀμφοτεροῖα γὰρ γίγνεται.] — Haec quidem mihi vera lectio videtur, non *ἀμφότερα*: hoc nempe probaverim, si utrumque simul fiat, quod quum consistere non possit, *ἀμφοτεροῖα* dandum arbitror; quod ab *ἀμφότερος* ductum, siculi *ἑτεροῖος* et *ἀλλοῖος* ab *ἕτερος* et *ἄλλος*, rem significabit ad utrumque illud, quod enumeravit pertinentem i. e. *alterutrum*. — *Ἀμφοτεροῖος* Lexicis, quibus utor, ignotum.

§ 22.

λύει δὲ μάλθαξις.] — Cod. aliquis et Ald. *μάλθηξις*, quod ferri nequit, sed haec lectio in memoriam revocat locum e Lib. de Aëre, aq. et locis, ubi falsi eiusmodi Ionismi specie decipi se passus est Corayus, qui edit § 86.: *τὴν κεφαλὴν . . . ἀναπλήσσουσι τῇσι χερσὶ* et in adn.: « j'ai retabli l'Ionisme *ἀναπλήσσουσι*, d'après A. Ald. Bas. cet. *ἀναπλάσσουσι*." Parum recte: *α* in hoc vocabulo breve, modo ad *πλάσμα* et *πλάσις* attendamus: in *πράσσω* longa: hinc *πρήσσω*, *πρῆγμα* et *πρῆξις* Ionice recte. — Nuperrimus Editor eundem propagavit Corayi errorem.

τομῇ μέντοι γε οὐχ ὁμοίως λύει ὀδύνην, ἣν μὲν πρὸς τὴν κληῗδα περαίνῃ ἡ ὀδύνη.] — Vulgo edunt τομὴ μέντοι γε οὐχ ὁμοίως λύει ὀδύνην, ἣν μὴ πρὸς τὴν κληῗδα περαίνῃ ἡ ὀδύνη. Perperam. Τομῇ conieci dudum antequam ex cod. Med. apud Foësium notatum videram; iam video idem ferre MS. Regium unum: nempe illud μέντοι γε satis indicabat verba οὐχ ὁμοίως λύει ὀδύνην non ad τομὴ, sed ad praegressum μάλθαξις ἡ τοιήδε esse referenda: itaque MSS. Dativum praebentibus dubium remansit nullum, et confidenter ἣν μὲν pro ἣν μὴ de meo dedi, quippe reiicienda iam erat negatio, nec lenior adhiberi potuit medela. — Omnia iam bene procedunt et locus inde interpretandus, quod Hipp. praecipuum pleuritidis signum habuisse videtur, dolorem illum lateris ad claviculam pertingentem: quae sententia ad seros Graecorum nepotes translata est: Coel. Aurel. II. 14.: « Prosequitur in passione (pleuritica) constitutos acuta febricula, cum tussicula, dolor lateris vehemens atque usque ad iugulum et palam (scapulam) eiusdem partis perveniens." Aret. p. 8. D. ξύνεστι δὲ πόνος ὀξὺς κληῗδέων, πῦρ δριμὺ, κατάκλισις ἐπὶ μὲν τὴν φλεγμαίνουσαν πλευρὴν εὔφορος. — Auctor Defin. Med. p. 420. Πλευρῖτίς ἐστιν ὀδύνη πλευροῦ καὶ ὑπεζωκότος διατείνουσα μέχρι κλειδὸς καὶ ἀκρωμίου καὶ ὠμοπλάτης κ. τ. λ. Galenus ad Aph. 12. I. inter Symptomata Pleuritidis pathognomonica et τὰ συνεδρεύοντα distinguit; et ad haec refert τὸ ἤτοι πρὸς ὑποχόνδριον, ἢ πρὸς τὴν κλεῖν ἐξήκειν τὴν ὀδύνην: unde Aretaei ξύνεστι intelligitur: hinc Paulus III. 33. ἡ κυρίως πλευρῖτις, φλεγμονὴ τοῦ τὰς πλευρὰς ὑπεζωκότος ὑμένος ἐστίν. ᾗ συνεδρεύει δύσπνοιά τε καὶ βὴξ, καὶ συνεχὴς πυρετὸς, καὶ πόνος διήκων ἄχρι κλειδὸς καὶ

ὑποχονδρίου. — Emendo *ἢ ὑποχονδρίου.*

καὶ μὴ ὀκνεῖν συχνὸν ἀφαιρέειν τὸ αἷμα, ἐς τ'ἂν ἐρυθρότερον πολλῷ ῥυῇ, ἢ ἀντὶ καθαροῦ καὶ ἐρυθροῦ πέλιον.] — Hunc locum respicit Gal. in comm. ad lib. de Humor. p. 140. XVI. Ed. Kühn: *τῆς δὲ κενώσεως*, inquit, *τοῦ αἵματος τίθησιν ὅρον Ἱπποκράτης τὴν μεταβολὴν τῆς χροιᾶς.* cf. eius liber de V. S. p. 23. vs. 53. in Bas. Ed.: Celsus II. 10.: « Incidenda, inquit, ad medium vena est, ex qua cum sanguis erumpit, colorem eius habitumque oportet attendere. Nam si is crassus et niger est, vitiosus est, ideoque utiliter effunditur: si rubet et pellucet, integer est; eaque missio sanguinis adeo non prodest, ut etiam noceat; protinusque is supprimendus est." cet. — Cum hisce ad Hippocratis verba redeamus: ponit duos casus, quibus quousque tuto larga sanguinis copia detrahatur definire studet: supponit principio nigrum effluere: iam vero cupit eo usque hunc detrahi, donec aut rubicundior effluat quam initio, aut donec lividus sanguis appareat. *Ἐρυθρὸς καὶ καθαρὸς* de sanguine Gal. de usu partium p. 407. vs. 51. Ed. Bas.

§ 23.

ἢν δὲ ὑπὸ τὰς φρένας ᾖ τὸ ἄλγημα, ἐς δὲ τὴν κληῖδα μὴ σημαίνῃ, μαλθάσσειν δεῖ τὴν κοιλίην, ἢ μέλανι ἐλλεβόρῳ, ἢ πεπλίῳ.] — Hunc locum una cum superioribus quibusdam respicit Gal. in comm. ad Lib. de Humor., cum p. 69 scribit: *καὶ αὐτὸς μὲν ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων τοὺς πλευριτικοὺς θεραπεύων κατὰ τὴν ῥοπὴν τῶν χυμῶν κενοῖ.* Ipsa verba citat lib. VIII. de Comp. med. sec. loca Ed. Bas. II. 278.

Eadem respicit Alex. Trall. VI. 1. εἰ δὲ μηδὲν τούτων εἴη, ἀλλὰ καὶ ὀδύνη περὶ τὰ κάτω τοῦ διαφράγματος, καθαίρειν δεῖ τὴν κοιλίαν, ὡς ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ θειότατος Ἱπποκράτης. Et inferius: εἰ δὲ μὴ ὑπάρχει χολῶδες (τὸ σῶμα), ἀλλὰ μᾶλλον φλεγματικὸν, τότε δεῖ κεχρῆσθαι ἐκείνοις, οἷς ἐκέλευσεν ὁ θειότατος Ἱπποκράτης, ἢ πεπλίῳ, ἢ τῷ μέλανι ἐλλεβόρῳ. Cum priori illo Alexandri loco congrua tradunt Aët. VIII. 76. Paulus III. 33. Nonnus cap. 127. De veratro nigro Diosc. IV. 129.: utebantur fructu et radice. Est *Helleborus officin.* Salisburgii, Sprengel. comm. in Diosc. p. 635. Cf. Gal. de Rem. simpl. VI. p. 874. Kühn. — Alex. Trall. I. 15. εἰδέναι δὲ δεῖ ὅτι ἐπὶ τῶν τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ἐχόντων ἀσθενὲς καὶ εὐαίσθητον, οὐ δεῖ τοῦ λευκοῦ ἐλλεβόρου ἐμβαλεῖν τῷ καθαρσίῳ, ἀλλὰ μᾶλλον τοῦ μέλανος. ἔσται γὰρ αὐτῷ ἄλυπον καὶ ὠφέλιμον μετὰ τοῦ μηδὲ τοὺς βιαίους ἐπιφέρειν σπαραγμούς. Veratro albo per superiora aegros purgarunt veteres, nigro deorsum. — Πέπλιον Dioscoridi πεπλὶς, qui (IV. 166.) πέπλιον hanc plantam ab Hipp. vocari docet, ab aliis ἀνδράχνην ἀγρίαν· cf. Gal. Exeg. in πέπλιον et πέπλος, et in hac voce Erotianum. — *Euphorbia peplus* Sprengelio, l. l. p. 639. Gal. de Rem. simpl. VIII. 17. 10. ὀπὸν δὲ ἰσχυρὸν (ἔχει) οὐ πάνυ τι χρησιμὸν, οὐδ' αὐτὸν, ἀλλὰ τό γε σπέρμα χρήσιμον καὶ φυσῶδες, ὁμοίως τῷ τοῦ πέπλου σπέρματι κάθαιρον. — Hic etiam πεπλίον hanc herbam appellat.

μέλανι μὲν δαῦκον, ἢ σέσελι, ἢ κύμινον, ἢ ἄνησον, ἢ ἄλλο τι τῶν εὐωδέων μίσγοντα, πεπλίῳ δὲ ὀπὸν σιλφίου. — Δαῦκος exponit Erot. in gloss.: vide de hac planta Gal. de Med. simpl. V. 13., de Dauci semine ibid. VII. 4. Diosc. III. 76. *Athamanta cretensis*

Sprengelio l. l. p. 525. De seseli Diosc. III. 53 seqq., ubi plures species enumerantur, Massiliense, Aethiopicum, Peloponnesiacum; Aethiopico i. e. *Bupleuro fruticoso* Sprengelio, l. l. p. 520. maiores tribuit vires: quaenam planta h. l. spectetur, haud ita certum iudico. Gal. de Rem. simpl. VIII. 18. mentionem facit radicis et fructus, speciem non distinguens. Ad cyminum vide sis Diosc. III. 61. ubi de ἡμέρῳ sermo est et in primis τὸ Αἰθιοπικὸν laudatur, quod Hipp. βασιλικὸν vocasse dicitur: loca e libris spuriis adnotavit Spreng. p. 521. *Cuminum Cyminum* L.; cf. Gal. de Rem. simpl. cap. 10. 61. lib. VII. — Ἄνισον scribit Gal.: vulgo ἄννησον h. l.: ἀνήσου legis apud Herod. IV. 71. ubi vid. Valck. et Schweigh., in varr. lectt. e MS. ἀννήσου adnotatur. Duplicem ν habet Nic. Ther. 650.: ubi schol.: διὰ δύο ν Ἀττικῶς, ἤγουν ἀνήσου: metri causa hic ν duplicem dedit. Diosc. etiam ἄνισον. III. 58. ubi Spreng. in comm. p. 521.: « a Linnaeo ad *Pimpinellae*, a me ad *Sisonis* genus relata est." — De silphio infra videbimus.

πέπλιον δὲ μέλανος μᾶλλον φυσέων καταῤῥηκτικόν.] Hunc locum respicit Aëtius lib. I. cap. de Peplio: τούτου τὸ σπέρμα, inquit, χρήσιμον· σὺν γὰρ τῷ φλέγματι καὶ χολὴν ἄγει. καὶ φυσῶν ἐστι καταῤῥηκτικὸν, ὡς καὶ Ἱπποκράτης γράφει. — Cf. ibid. III. cap. 26.

ὑπηλάτων.] — Vid. Erotianum p. 376. Oecon. Hipp. Interprett. ad Hesych. in voce ὑπηλάτων. Steph. Athen. p. 303. vol. I. scholiorum Dietzii, ibique Gadald. p 353.

ἐπεὶ καὶ τὰ ἐν τοῖσι ῥυφήμασι διδόμενα ὑπήλατα ἀρήγει, ὁκόσα μή ἐστι ἀηδέα λίην κ. τ. λ.] — Ita Rufus

Ephes. p. 14. de Polypodio: *καθαίρει δὲ καὶ ἐν πτισάνῃ καὶ ἐν ζωμῷ ὄρνιθος ἡ ῥίζα ἑψηθεῖσα, οὐ λυπηρῶς.* — Vulgo seqq. ita scribuntur: *ὁκόσα μὴ ἄγαν ἐστὶ ἀηδέα*: tum vero nonnulla pone *ἀηδέα* subiungunt *λύειν*, alia MSS. *λίην*: itaque putavi *ἄγαν* a recentiori manu invectum esse et *λύειν* e pristino *λίην* ortum duxisse; est enim hoc nostro usitatissimum. — Restitui igitur quod Hipp. scripsisse videbatur. — Ad verba *διὰ πικρότητα* cogitemus aloën v. c. Rufus Ephes. p. 15. de *σικυωνίᾳ*: *ἔστι δὲ πικρότατον μὲν, ἀλλ' εἰς ὕστερον εὐσιτοτέρους παρασκευάζει.*

§ 24.

ἐπιῤῥοφῆν.] — Gal. alii codd. *ἐπιῤῥοφεῖν*: *ῥοφέω* habetur et *ῥοφάω*, et *ῥυφέω* et *ῥυφάω*, ab hisce *ῥοφῆν*, *ῥυφῆν* Dorice; cf. Valck. ad Theocr. Adon. vs. 12. Frequens nostro haec contractionis forma. In Progn. p. 45. vs. 33. *χρῆσθαι.* p. 40 vs. 2. *κοπιῇ.* p. 45. vs, 28. *πειρῆσθαι.* Epid. III. G. bas. p. 432. *ἐχρῆτο.* p. 440. *ὡρμῆτο.* Ep. III. aegro II. Gal. dat *ἐδίψη*, idem aegr. 3. *ὑπεδίψη* et *οὐκ ἐδίψη.* — cf. Thiersch. § 240. 10. B., unde discas *ι* subscriptum in Doricis his formis omittendum esse.

ἐπειδὴ κατὰ λόγον ἐστὶ μεσηγὺ τῆς καθάρσιος μὴ διδόναι ῥυφῆν.] — Plurimi codd. *καὶ κατὰ λόγον*, quod mihi non placet: non video quid sibi velit h. l. *καί*; abundat et vitio scripturae facile ante *κατὰ* inferri potuit, ita ut omiserim. Cf. ad haec Gal. comm.; quae autem ibi monuit, ea fere repetunter lib. Quos purgare oporteat. cet. p. 354. Ex h. l. Erotianus *μεσεγγὺ* exponit *ἐν μέσῳ*, me iudice, nam superius vo-

cabulum *μεμαθήκασι* ex h. l. desumtum. Vide de ordinando Erot. glossario Heringa.

ὁκόταν δὲ λήξῃ ἡ κάθαρσις, τότε ἔλασσον ῥοφεέτω, ἢ ὁκόσον εἴθιστο.] — Gal. in comm. ad Lib. de Humor. p. 127. *χρὴ δὲ ἐνταῦθα λογίζεσθαι τὸ κοινὸν ἁμάρτημα κατὰ* [*τὰ?*] *πλεῖστα τῶν παθῶν ἑκάστοτε γιγνόμενον ὑπὸ τῶν ἰατρῶν, κενούντων μὲν τὸ περιττὸν, ὅπως δὲ μὴ γεννᾶτο* (lege *γεννᾶται*) *παραπλήσιον τῷ κενωθέντι, παραλειπόντων. ἔπειτα* (malim *ἐπεὶ*) *ὁκόταν πίῃ ὁ κάμνων τὸ φάρμακον ἐπιῤῥοφᾶν χρὴ διδόναι. ἐν μέσῳ δὲ τῆς καθάρσεως μὴ διδόναι ῥοφῆν· ἀλλὰ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν, ὅταν κενώσωσι, τρέφουσι δαψιλῶς. ὁ δ' Ἱπποκράτης ἔλασσον ἀξιοῖ διδόναι. ἡ γάρ τοι τῶν καθαρθέντων σωμάτων δύναμις ἐν τῇ καθάρσει κεκμηκυῖα φέρειν οὐ δύναται τὴν τροφὴν, οὔτε κατεργάζεσθαι καλῶς.*

§ 25.

αἱ δὲ προπαρασκευαὶ καὶ ἐπὶ τουτέοισι παραπλήσιοι ποιητέαι ὁκοῖαί περ εἴρηνται.] — Tenenda sunt Gal. verba in comm.: *καὶ οἷς ἀπ' ἀρχῆς μέλλεις διδόναι τὸ ῥόφημα, τὴν προπαρασκευὴν ὁμοίως ἀξιοῖ γενέσθαι, τουτέστιν εἴτε φλεβοτομίας ἐστὶν, εἴτε κλύσματος, ἢ βαλάνου χρῆσις, ἐκεῖνο πράττειν κελεύει πρότερον.*

§ 26.

περὶ μὲν οὖν ῥοφήματος προσάρσιος οὕτω γιγνώσκω] — Ad *πρόσαρσις* cf. Foës. Oecon. in *προσάρματα.* — Formulam huic nostrae similem legis in Progn. p. 38.: *περὶ δὲ χειρῶν φορῆς τάδε γινώσκω.* Lib. de vuln. cap. p. 904. B. *περὶ δὲ ἰήσιος τρώσιος τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ... ὧδέ μοι δοκέει.* — Apud Aret. p. 119. C. *διαίτης δὲ*

περὶ ἁπάσης, τῆς ἐν τῇ θεραπείῃ καὶ τῆς ἐς αὖθις τάδε γιγνώσκω. p. 78. A. *ἀμφὶ δὲ καὶ κενώσιος ληθαργικῶν τάδε χρὴ γινώσκειν.* Quo loco *καὶ* vitiosae repetitioni syllabae primae vocis sequentis deberi iudico, ita ut delendum censeam: permutatio diphthongi *αι* et litterae *ε* perpetua fere.

ὁκοῖον ἄν τις μέλλῃ πίνειν.] — De hoc verbi *μέλλειν* usu Herm. ad Vig. p. 754. Simili modo infra § 40.: *τοῖσι μέλλουσι ῥοφήμασι τοίοις ἢ τοίοις χρέεσθαι.* — Sub finem Progn. *χρὴ δὲ τὸν μέλλοντα ὀρθῶς προγινώσκειν τοὺς περιεσομένους κ. τ. λ.* — Alio sensu p. 37. vs. ult. *ἢν γὰρ μέλλῃ ἀπόλλυσθαι ὁ ἄνθρωπος*, i. e. *cum homo ita habet, ut brevi moriatur.*

βούλονται γὰρ ἅπαντες ὑπὸ τὰς ἀρχὰς τῶν νούσων προταριχεύσαντες τοὺς ἀνθρώπους κ. τ. λ.] — Ad *προταριχεύειν* cf. Oecon. Foësii in hac voce et in *τάριχος*. Ad rem ipsam quod attinet, vid. Celsus III. 4., ubi de febrium curatione seqq.: « Optimum vero medicamentum est opportune cibus datus: qui quando primum dari debeat, quaeritur. Plerique ex antiquis tarde dabant, saepe quinto die, saepe sexto: et id fortasse vel in Asia vel in Aegypto coeli ratio patitur. Asclepiades, ubi aegrum triduo fatigaverat, quarto die cibo destinabat. (cf. quae de Thessalo tradit Gal. Meth. med. IV. p. 76. in Ed. Bas.) At Themison nuper non quando coepisset febris, sed quando desisset, aut certe levata esset, considerabat; et ab illo tempore exspectato die tertio, si non accesserat febris, statim: si accesserat, ubi ea vel desierat, vel, si assidue inhaerebat, certe si se inclinaverat, cibum dabat. Nihil autem horum utique perpetuum est" cet. cf. Gal. de Meth. med. VIII. p. 122. seq.

μέγα τί κάρτα.] — Greg. Cor. de dial. Ion. § 58. *τὸ λίαν κάρτα λέγουσι.*

§ 27.

τὸ δὲ μεταβάλλειν μὲν εὖ ἔχει μὴ ὀλίγον.] — Structura haec est *τὸ δὲ μὴ ὀλίγον μεταβάλλειν εὖ μὲν ἔχει*; nimirum minus placet Foësii versio: « atqui mutatio non parum quidem bene habet." Et nuperrimi editoris: « sans doute changer n'est pas d'un mince avantage." Iungunt hi *μὴ ὀλίγον εὖ ἔχει*, secus ac fieri debet: nam illud *μὴ ὀλίγον μεταβάλλειν* respondet superiori *μέγα τι κάρτα καὶ ἀντιμεταβάλλειν.* — Melius Corn. : « verum mutare quidem non parum, bene habet."

ὀρθῶς μέντοι μεταβιβαστέη καὶ βεβαίως ἡ μεταβολή.] Vulgo *ὀρθῶς μέντοι γε μεταβιβαστέη καὶ ἡ μεταβολη*: in quibus *καὶ* deletum cupiebam, antequam membranae illius vetustae lectionem, *ὀρθῶς μέντοι ποιητέα καὶ βεβαίως ἡ μεταβολὴ*, videram. — Apparet in hac *ποιητέα* glossam esse vocis *μεταβιβαστέη* alterius lectionis: optime enim iunguntur *βεβαίως μεταβιβάζειν*, quemadmodum *εὐφόρως φέρειν*, alia huius generis plura. — Patet iam unde illud *καὶ*, quod in vulgata lect. abundat, originem duxerit: nempe ibi *βεβαίως* excidit: *γὲ*, quod cod. ille et Gal. omittunt, cum Littréo suppressi. Nec tamen aegre feram, si quis ex altera lectione receptum cupiat: supra enim *τομῇ μέντοι γε οὐχ ὁμοίως κ. τ. λ.*

§ 28.

Χρὴ δὲ καὶ τὰ μαθήματα ποιέεσθαι ἐν τῇ διαίτῃ τῶν

ἀνθρώπων ἔτι ὑγιαινόντων, οἷα ξυμφέρει.] — Iungenda sunt *τὰ μαθήματα ποιέεσθαι, οἷα ξυμφέρει*, i. e. *μανθάνειν οἷα ξυμφέρει*: de quo usu Matth. Gr. Gr. § 421. p. 775. Similiter infra § 58.: *μεγάλην ἂν ὠφελείην ποιήσειεν.* Loco de balneo: *καὶ τὰς ἐπαντλήσιας ταχείας ποιέεσθαι.* Libro de Cap. vulnn. vs. ult.: *τὴν διάγνωσιν ποιέεσθαι*: p. 902. vs. 3.: *τὴν ἐρώτησιν ποιέεσθαι*: in Iure iurando *μαθήσιος μετάδοσιν ποιήσασθαι.* Aret. p. 81. D. *ἀπὸ γὰρ τῶν ὑγιηρῶν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὴν ἀφαίρεσιν χρὴ ποιέειν.*

ἀλλὰ μὴν εὐκαταμάθητόν γέ ἐστι, ὅτι φαυλὴ δίαιτα βρώσιος καὶ πόσιος αὐτὴ ἑωυτῇ ἐμφερὴς αἰεὶ, ἀσφαλεστέρη ἐστὶ τὸ ἐπίπαν ἐς ὑγιείην, ἢ εἴ τις ἐξαπίνης μεταβάλλοι ἐς ἄλλο κρέσσον.] — Ad *δίαιτα* silentio praeterire non licet cod. Med. lectionem *διαίτῃ*. — Apud Aret. p. 134. C. legimus *διαίτην* sine lectionis varietate. — *γλώσσῃ* pro vulgato *γλῶσσα* habet Galenus Epid. III. aegr. 10. *φύσῃ* in hoc ipso libello habet Gal. pro *φῦσα* ceterorum. An haec librariorum erroribus tribuenda? an vero duplicem haec nomina rectum habere statuendum, sicuti *δίψη* et *δίψην* in h. l. praebent varr. lectt. vid. § 37. — Hesych. *δίψην. δίψαν*, nisi hic forte *διψῆν. διψᾶν* voluerit. Sed Aeschylus. Choëph. 754.

εἰ λιμὸς, ἢ δ ί ψ η τὶς, ἢ λιψουρία.

Ad *ἀσφαλεστέρη . . ἐς ὑγιείην* confero verba § 9. *μέγα τι δύναται καὶ τοῖσι ὑγιαίνουσι ἐς ἀσφαλείην.* — Ante *μεταβάλλοι* vulgo *μέγα*: sunt tamen, qui omittunt, cod. Med., Lind.: equidem post *ἐξαπίνης* illatum redundare puto et e *μετὰ* vocis sequentis ortum esse iudico, quapropter omisi. — Minus recte nuperrimus Editor *κρέσσον*

vetustissimi cod. auctoritate suppressit; omnis sententiae vis in antithesi vocum *φαυλὴ δίαιτα* et *ἄλλο κρέσσον* est posita.

αἱ ἐξαπιναῖοι μεταβολαί.] — In Lexx., quorum inspiciendorum mihi copia nunc data, *ἐξαπίναιος*, s. *ἐξαπιναῖος*, non duarum, sed trium est terminationum; non muto tamen, quod codd. praebent.. In hisce magna esse solet inconstantia.

ὅτι παρὰ τὸ ἐωθὸς ἠχθοφόρηκε ἡ κοιλίη.] — *Ὅτι* pro ceterorum *ὁκόταν* opportune dat cod. vetustissimus: nam in seqq. ratio redditur, cur *σπατίλη*, (de qua voce vid. Oecon. Hipp.,) fiat. — *Ἐωθὸς* idem MS. Ionice pro ceterorum *ἔθος*, cf. Lex. Herod. in *ἐωθέναι.* — Pro *ἔθος* noster de Aëre, aq. locis *ἤθεα* p. 20. Ed. Littr., etiam Herodotus *ἦθος*: quod revocandum existimo in Aretaei loco p. 121. B. *ἦν* (malim *εἰ*) *γὰρ ἡ ξυνήθης τῷ κακῷ δίαιτα, ἐν ᾗ ἐμβιοτεύει ἡ νοῦσος, οἴχετο, οὐκ ἔτι ἐπιφοιτεύει* (lege *ἐπιφοιτέει* Ionice, alterum illud praegresso *ἐμβιοτεύει* originem debet) *ἐς τὸν ἄνθρωπον· ξυναποίχεται γὰρ τῷ πρόσθεν ἤδεϊ.* Malim *ἤθεϊ* tum ob praegressum *ξυνήθης*, tum ob metaphoram *ἐν ᾗ ἐμβιοτεύει*: nam Greg. Cor. de Dial. Ion. § 83. *καὶ οἱ τόποι, ἐν οἷς ἀναστρέφονται, ἤθη*, ubi vid. Koen. et Aeliani locus, ibi citatus. — Arrianus Hist. Ind. c. 14. de iunioribus et vilioribus elephantibus captis: *τούτους ἐῶσιν ἀπαλλάττεσθαι ἐς τὰ σφέτερα ἤθεα.*

§ 29.

Ἀρήγει οὖν τουτέοισι κ. τ. λ.] — Verum est quod de hac § monet Galenus: *οὐκ ἦν ἀναγκαῖον εἰρῆσθαι νῦν ταῦτα, προὔκειτο γὰρ αὐτῷ διδάξαι τὰς ἐξαπιναίας*

μεταβολὰς τῶν ἐθῶν βλάπτειν ἡμᾶς, οὐχ ὅπως χρὴ τὰς τοιαύτας βλάβας ἐκθεραπεύειν: aegre tamen talia in hoc auctore desiderarem: faciunt mirum quantum ad nativam simplicitatem orationis et ad ingenii abundantiam significandam: ex his enim eiusmodi digressio explicanda, quae non ita protrahitur, ut caput rei negligatur.

ἐγκοιμηθῆναι γὰρ χρὴ ὥςπερ νύκτα ἂν ἀγάγοντα μετὰ τὸ δεῖπνον.] — Galeni comm. ad h. l. omnino legendus est: describo pauca haec, quibus, quomodo locus intelligendus sit, recte docere mihi visus est: *ἐγκοιμηθῆναι γὰρ χρὴ, ὥςπερ μετὰ τὸ δεῖπνον ἐκοιμᾶτο πρόσθεν, οὕτω νῦν μετὰ τὸ ἄριστον, ὥσπερ νύκτα ἀγάγοντα.*

βραδείην συχνὴν περίοδον πλανηθέντα μὴ στασίμως δειπνῆσαι μηδὲν, ἢ κ. τ. λ.] — Illud *μὴ στασίμους*, quod antea edebatur, Aem. Portus interpretatur: « vel *στασίμους*, subaudi *τόπους* vel *περιόδους*;" frustra: recte reiecit nuperrimus editor. Erotianus *συχνόν. Βακχεῖος ἐν γ' φησὶ πολύ, οὐκ ὀρθῶς, ἔστι γὰρ τὸ συνεχές.* cf. Hesych. in *συχνά.* et *συχνοῖς.* Itaque *πλανᾶσθαι συχνὴν περίοδον μὴ στασίμως* est *continuo deambulari, neque inter eundum gressum sistere.*

ἀκρατὲς καὶ μὴ ὑδαρές.] — *'Ακρατὲς* profecto retinendum: nam, etiamsi Galenus non legerit, quae causa est cur tanquam glossema reiiciat Littréus, refert pleonasmum Hippocrati familiarem, quo primum res ipsa significatur, dein superadditur vocabulum contrarium indicans cum negatione. § 5. *σποράδες νοῦσοι καὶ μὴ παραπλήσιοι* § 55. *πολλὰ ἂν εὐτυχοίης καὶ οὐκ ἂν πολλὰ ἀτυχοίης*, Libro de aere, aq. et locis. p. 52 *ὅτι διαλλάσσει καὶ μηδὲν ἔοικε ἀλλήλοισι.* — Alia ratio est

dictionis, in qua praecedente negatione per antithesin *ἀλλὰ* infertur, ita ut maior vis sit in altero membro v. c. de Aëre aq. l. initio: *οὐ γὰρ ἐοίκασιν οὐδὲν, ἀλλὰ πουλὺ διαφέρουσι.* p. 14. *οὐκ ἐλάχιστον μέρος συμβάλλεται . . . . . ἀλλὰ πάνυ πλεῖστον.*

§ 30.

ἀλλὰ μὴν καὶ οἱ μεμαθηκότες.] — Abunde hoc *μανθάνειν*, s. potius *μεμαθηκέναι* exposuit Foës. in Oecon. Citantur haec verba a Gal. de Meth. Med. VIII. p. 120. Ed. Bas.: cf. Steph. Athen. ad Aph. 3. I.: *ὅπερ ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων πεποίηκε καὶ ἐν τῷ περὶ ἀγμῶν καὶ ἄρθρων, τούτῳ καὶ νῦν τῷ τρόπῳ παρηκολούθησεν. ὡς γὰρ ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων βουλόμενος δεῖξαι ὅτι ἡ ἐναλλαγὴ τοῦ ἔθους βλάβην ἐν τῷ σώματι δύναται ποιεῖν, ἔλεγεν ὅτι οἱ εἰθισμένοι δὶς σιτεύεσθαι (σιτέεσθαι?) ἅπαξ τρεφόμενοι. κ. τ. λ.* vid. p. 255.

κρέμασθαι γὰρ δοκέει τὰ σπλάγχνα αὐτέοισι.] — Hunc locum adfert Gal. comm. in Lib. de Humor. p. 314. — In Progn. *ἐρωτᾷν εἴ τι αὐτῷ δοκέει βαρὺ ἐκκρέμασθαι* (alia MSS. *ἀποκρέμασθαι*) *ἐκ τοῦ ἄνωθεν.* — Coaca 428. legimus *ὅταν ἐγκεκλισμένοισι ἐπὶ θάτερον βάρος ἐξηρτῆσθαι δοκέῃ.* — Notandum *κρέμασθαι* scribendum esse cum cod. 2146., non *κρεμᾶσθαι*, quod edi solet, cf. Buttm. II. p. 224.

ἡ ἄφοδος ξυγκαίεται.] — *Ἄφοδος, τουτέστι τὸ ἀποπάτημα* Gal. in comm.; *ἀπόπατοι* exponit Erot.: cf. Oecon. Hipp.: vid. Hesych. in *ἄφοδος* cum interpp. Etym. M. *ἄφοδος. ὁ ἀπόπατος οἱονεὶ ἔξω τῆς ὁδοῦ γενόμενος· πάτος γὰρ ἡ ὁδός.* Ad *ξυγκαίεται* cf. Aegr. 4. Epid. I. *κοιλίη ξυνεκαύθη.* De Aëre aq. I. p. 536.

Kühn. *ὁκόσων μὲν αἱ κοιλίαι σκληραί εἰσι καὶ ξυγκαίειν ἀγαθαὶ εἶναι.* — Ibid. de vesicae ostio p. 541. : *τὸ οὖρον οὐκ ἀφίησι, ἀλλ' ἐν ἑωυτέῳ ξυνέψει καὶ συγκαίει.*

ἔστι δ' οἷσι καὶ τὸ στόμα πικραίνεται.] — Similiter *στόμα ἐκπικρούμενον* Aph. 17. IV. Conf. Gal. de V. S. adv. Erasistrateos: *ἵνα τἄλλα, ὅσα ταῖς μακραῖς ἀσιτίαις ἐξ ἀνάγκης ἕπεται, κακὰ παραλείπω, τήν τε δύναμιν κάμνουσαν καὶ τοὺς χυμοὺς ἐπὶ τὸ χολῶδες καὶ πικρὸν τρεπομένους, καὶ καρδιωγμοὺς πολλοὺς, καὶ ἄσην, καὶ διαχώρημα ἰσχόμενον, καὶ πάνθ' ἁπλῶς τὰ περιττώματα δριμύτερα γιγνόμενα.* — p. 157. vol. XI. Kühn.

§ 31.

ὁκότε οὖν.] — Cod. unus Littréi *ὁκοτέων*, quod me iudice vestigium refert scripturae *ὁκοτε ὦν.* — Eiusdem rei vestigium, nisi fallor superest in fine Progn.: *ἐξ ὧν χρὴ εἰδέναι ὅτι ἔν γε τοῖσι αὐτέοισι χωρίοισι οὐδὲν δεινὸν τὸ μὴ οὐ τὰ πολλαπλάσια αὐτέων ἐπιτυγχάνειν κ. τ. λ.* Pro *ἐξ ὧν*, *εὖ οὖν* cod. unus, *εὖ γοῦν* Gal. Parum placet *ἐξ ὧν*: ortum puto ex *εὖ ὦν* vel *εὖ γ' ὦν.* — Nec vero Dorici huius *ω* pro *ου* exempla alia deficiunt: ipse iam Freindius in praef. ad Ep. I. et III. notavit *ἱδρῶντες*: similiter saepius in Coacis et Prorrh. I. *ἐφιδρῶσι.* — Adeo ut mihi quidem minus probabile videatur nostrum semper *οὖν* scripsisse.

ταῦτα τοιαῦτα.] — Notandum *τὰ* pro *ταῦτα* habere cod. unum et Gal. *περὶ ἐθῶν* Ed. Dietz. p 111. eundemque comm. ad lib. de Humor. p. 314. *ταῦτα* omittere. — Nolui quidquam mutare: non prorsus absimile ratus Atticorum *τοιαῦτα ἄττα* pro *τοιαῦτά*

τινα : in quo certe *τοιοῦτος* cum pronom. coniunctum.

§ 32.

εἰ τοίνυν κ. τ. λ.] — In his *τὴν* ante *ἡμέρην* ex optimo cod. et Gal. recepi; intelligo enim *ταύτην τὴν ἡμέρην* : — *εἰ ὅτε*, quod optimum MS. habet, prae *τότε* cett. Edd. praetuli. Iamque locum facile intelligi et orationem bene procedere existimo; quicquid nuperrimo editori moliendum sit visum. — Supra § 30. in fine de hisce praeter consuetudinem non pransis dixit: *καὶ οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν ἀνηριστηκότων οὐ δύνανται κατεσθίειν τὸ δεῖπνον· δειπνήσαντες δὲ βαρύνουσι τὴν κοιλίην*: itaque supponit hosce solito minus copiose coenare; qua quidem coena, parciori licet, tamen *βαρύνουσι τὴν κοιλίην*. Iam vero in hac § duos proponit casus, alterum, quo non pransi quantitatem ciborum coenae tempore sumunt solita non minorem, sed huic parem, qua sumta *εἰκὸς* esse dicit *αὐτὸν πουλὺ μᾶλλον βαρύνεσθαι*, — alterum, quo non diem unum, sed plures quis a cibis abstinuerit, et dein coenaverit; quo facto affirmat, hunc magis etiam quam superiorem utrumque cibis gravatum iri.

§ 33.

ταῦτα γὰρ πάντα βαρέως ἂν ἐνέγκοι.] — Nimirum ex adverbiis praegressis, *ἀῤῥιγέως καὶ ἀθαλπέως καὶ ἀταλαιπώρως*, intelligi debent nomina *ῥῖγος*, *θάλψις*, *ταλαιπωρίη* : et de his quidem dicit: *ταῦτα γὰρ ἅπαντα βαρέως ἂν ἐνέγκοι.*

§ 34.

οἱ πικρόχολοι τὰ ἄνω.] — Erot. p. 282. *οἱ πικρόχολοι τὰ ἄνω. ἀντὶ τοῦ οἱ καχέκται· διὰ τοῦτο ὀξεῖς καὶ εὐκίνητοι. Οἱ γὰρ χολῶδες ἔχοντες τὸ παρακείμενον, βλάπτονται ὑπὸ τῆς ἀσιτίας τὸν στόμαχον.* — Foësius de loci integritate dubitavit: cf. Oecon. Hipp. in *πικρόχολοι*: mihi vocabula confusa esse videntur et in hunc modum restituenda: *οἱ πικρόχολοι τὰ ἄνω*'] *ἀντὶ τοῦ οἱ καχέκται· οἱ γὰρ τὸ χολῶδες ἔχοντες παρακείμενον, διὰ τοῦτο ὀξεῖς καὶ εὐκίνητοι, βλάπτονται ὑπὸ τῆς ἀσιτίας τὸν στόμαχον.* Cf. Arist. Eth. IV. 5. *οἱ ἀκρόχολοι ὀξεῖς, καὶ πρὸς πᾶν ὀργιλοί.*

τὴν δέ γε ἀσιτίην — οὔτοι ἂν ἐνέγκοιεν.] — Notatu digna sunt Galeni verba in comm., quibus de variis huius loci lectt. monet. Galeni locum iam descripsit nuperrimus Editor: itaque repetere nolo. Ad ipsas res quod attinet, tum ad locum hunc, tum ad monitum de *πικροχόλοις* conferendus Aph. 59. VII. *τοῖσι σώμασι, τοῖσι ὑγρὰς τὰς σάρκας ἔχουσι δεῖ λιμὸν ἐμποιέειν· λιμὸς γὰρ ξηραίνει τὰ σώματα.*

§ 35.

σημήϊον, ὅτι αἱ μέγισται μεταβολαὶ τῶν περὶ τὰς φύσιας ἡμῶν καὶ τὰς ἕξιας συμβαινόντων μάλιστα νοσοποιέουσι.] — Ad ea, quae hac § traduntur, cf. Xenoph. Cyrop. VI. 2. 25.: *ἡ γὰρ κατὰ μικρὸν παράλλαξις πᾶσαν ποιεῖ φύσιν ὑποφέρειν τὰς μεταβολάς· διδάσκει δὲ καὶ ὁ θεός, ἀπάγων ἡμᾶς κατὰ μικρὸν ἔκ τε τοῦ χειμῶνος εἰς τὸ ἀνέχεσθαι ἰσχυρὰ θάλπη, καὶ ἐκ τοῦ θάλ-*

πους εἰς τὸν ἰσχυρὸν χειμῶνα· ὃν χρὴ μιμουμένους εἰς ὃ δεῖ ἐλθεῖν προειθισμένους ἡμᾶς ἀφικνεῖσθαι.

οὐδὲ δὴ οἷόν τε παρὰ καιρὸν οὔτε σφοδρὰς τὰς κενεαγγείας ποιέειν.] — MSS. ferunt: οὐ δὴ et οὐδέ: ceterae lectt. corruptae sunt: In lib. Galeni spurio de Victus rat. in morbis acutis sec. Hipp., Kühn. vol. XIX. p. 193. et 195. citatur οὐδὲ δὴ οἷόν τε κ. τ. λ., quam veram esse puto lectionem, et cum Mackio recipio: οὐδὲ si scribas, haec pendent a praegresso σημεῖον ὅτι, quod quominus probem facit sequens οὔτε ἐξαπίνης οἷόν τε: — οὐ δὴ vero durum est admodum et facilitati orationis obest. — Galenus haec verba transposita et ante ἱκανὸν μὲν οὖν — νοσοποιέουσι inserta cupiens ineptus est. Nimirum haec verba, eo, quo nunc leguntur, loco scripta ἀνακεφαλαίωσιν exhibent eorum, quae singulatim tradidit a § inde 28., et quae his verbis indicat signo esse quam nocivae sint in sanis magnae subitoque factae victus rationis mutationes. Iamque statim ad aegros transiens subiungit οὐδὲ δὴ οἷόν τε — οὔ τε ἐπὶ τά, quod veluti corollarium est e superioribus deductum.

§ 36.

εἰθίδαται.] — Quare formam Ionicam, quam optimum praebet MS., non liceat recipere equidem non video: supra § 2. εἰρέαται habuimus, itaque uon dubito, quin etiam hic evanuerit Ionismus in plurimis MSS., licet auctor illum dederit. Cf. Buttm. p. 424. seq.

§ 37.

καὶ ὁκόσα μὲν κρεηφαγίη πολλὴ παρὰ τὸ ἔθος βρωθεῖσα.] — Advertit *κρεηφαγίη . . . . βρωθεῖσα*: — similem huic pleonasmum observavi lib. II. de Morbis mul., p 792. Kühn.: *καὶ γαλακτοποτέειν βόειον γάλα ὡς πλεῖστον.* — *Κρεηφαγίη* Ionicum est pro *κρεωφαγία*. Saepius *η* pro *ω* ab Ionibus scribitur. Cf. Wessel. ad Herod. IX. 31.

ἢ σκόροδα, ἢ σίλφιον, ἢ ὀπός, ἢ καυλός.] — De allio vide Diosc. II. 181., Spreng. comm. p. 474. – Gal. (de Alim. fac. II. 43.) porrum et allium potius obsonium quam cibum hominibus esse monet; cf. ibid. 71. in fine libri. Celsus II. 8. valentiores vocat bulbos omnes, ad quos cepam quoque refert et allium. Cf. Plin. Hist. Nat. XIX. 34. Ad seqq. videndus Gal. in exeg.: *ὀπός.*, inquit, *ὁ τοῦ σιλφίου κατ' ἐξοχὴν, ὥςπερ καὶ καυλός. καλεῖ δὲ σίλφιον καὶ τὴν ῥίζαν μόνην.* Idem ibid.: *καυλός· ἡ μὲν ῥίζα τῆς πόας σίλφιον ἰδίως ὀνομάζεται, καυλὸς δὲ καὶ ὁ ὀπός, ὥςπερ καὶ τῶν ἄλλων. γράφει γοῦν αὐτὸς ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων, ἢ σίλφιον, ἢ ὁ ὀπός, ἢ καυλός.* cf. Salmas. ad Solin. p. 249. In comm. Galenus alio modo accepit, scribens: *μέμνηται . . . . καὶ σιλφίου καὶ ὀποῦ καὶ καυλοῦ, δηλονότι τοῦ σιλφίου. καὶ γὰρ ὅλον τὸ σίλφιον ἰσχυρὰν ἔχει δύναμιν καὶ κατὰ μέρος ὁ ὀπὸς αὐτοῦ καὶ ὁ καυλός.* — Mihi verba *ἢ ὀπὸς ἢ καυλὸς* per appositionem cum praegresso *ἢ σίλφιον* componi videntur, sicuti Latine expressi. — De silphio ceterum docte disserentem et copiose adi Sprengelium comm. ad Diosc. p. 527. vid. etiam Oecon. Hipp. in voce.

ἀλλ' εἰ καταμάθοις ὁκόσον μᾶζα ὄχλον.] — Ante

omnia opus est ut de loci nostri structura moneam, quam plures non recte perspexisse animadverti: — Incipiendum a § principio usque ad *μᾶλλον τῶν ἄλλων*: in quibus duae sententiae veluti concreverunt, altera: *καὶ ὁκόσα μὲν κρεηφαγίη πολλὴ παρὰ τὸ ἔθος βρωθεῖσα ποιέει, ἢ σκόροδα, ἢ σίλφιον, ἢ ὀπὸς, ἢ καυλὸς, ἢ ἄλλα, ὁκόσα τοιουτότροπα μεγάλας δυνάμιας ἔχοντα ἰδίας, ἧσσον ἄν τις θαυμάσειε*, de qua observandum principium ita inferri, quasi ad praecedens *πολλὰ δ' ἄν τις . . . . ἄλλα εἴποι* (§ 36.) referretur: — altera vero sententia est: *ἧσσον ἄν τις θαυμάσειεν εἰ τὰ τοιαῦτα πόνους ἐμποιέει τῇσι κοιλίῃσι μᾶλλον τῶν ἄλλων*. — Iam vero nostris his, *ἀλλ' εἰ καταμάθοις* —— *καὶ καρηβαρίην καὶ δίψαν*, nova incipit periodus. cuius apodosis, *πουλὺ μᾶλλον ἂν θαυμάσειας*, deficit. Recte eam supplevit Corn.: « at iusta fuerit admiratio, si didiceris cet." Parum apte Foësius: « minus fortasse miraberis:" nuperrimus editor Graeca non expressit omnino. Vide de eiusmodi aposiopesi Homero frequenti Iliad. I. 135. 140. ibique Clarckium. — Tandem prorsus novam structuram orditur verbis *καὶ λευκός γε καὶ μέλας κ. τ. λ.*, — quae ut magis cum superioribus copularet, addidit *ὡς δὴ γλυκύν γε καὶ οἰνώδεα ἧσσον ἄν τις φαίη θαυμαστὸν εἶναι μὴ τωὐτὸ δύνασθαι*: nam prorsus deflexerat ab illo *ἧσσον ἄν τις θαυμάσειε*, quod initio posuerat, et quorsum totus rerum nexus est referendus.

μᾶζα.] — De maza pauca haec accipe: — Erotianus *μᾶζα.*] *φύραμα ἐξ ἀλφίτων γινόμενον ποτὲ μὲν μετ' ὀξυμέλιτος, ποτὲ δὲ μετ' ὀξυκράτου ἢ ὑδρομέλιτος, ἢ μεθ' ὕδατος. ἔστι δὲ τρόφιμον.* Sunt haec fere ad verbum in Etym. M. traducta et in Gudianum, sed vitiose:

ibi enim voce *μάζας*: *λέγεται δὲ μάζα φύραμα γινόμενον, πιναιόμενον δὲ ποτὲ μὲν ἐξ ὕδατος, ποτὲ δὲ καὶ ὀξυκράτου, καὶ ὀξυμέλιτος ἢ ὑδρομέλιτος· ἔστι γὰρ τροφιμόν.* Opus est inprimis in utroque Etym. ut scribatur *φύραμα ἐξ ἀλφίτων*: tum in Gud. *πιναιόμενου* delendum. — Hesych. *μάζα· ἄλφιτα πεφυρμένα ὕδατι καὶ ἐλαίῳ.* — Suidas *μᾶζα. ἄρτος, φύραμα, ἢ ὁ στριφνὸς ἄρτος*: hic igitur alia venditat, modo ne res confundat; hausit sua e schol. ad Aristoph. Pacem. 564. — Schneid.: « *μάζα*, oder *μᾶζα*, *ἡ*, bedeutet Gerstenbrod von verschiedener Gestalt, und Zubereitung." Sprengel. Apol. Hipp. II. p. 360.: « die Maza wurde aus Gerstenmehl gebacken." At vero antiqui *ἄρτος κρίθινός* dicunt, et *μᾶζα* dicunt, et a se invicem distinguunt. Ipsa loca, ubi de maza loquuntur, inspiciamus: Herod I. 200. *ὃς μὲν ἂν βούληται αὐτέων ἅτε μάζαν μαξάμενος ἔχει· ὁ δὲ ἄρτου τρόπον ὀπτήσας*: videmus haec sibi h. l. ita opponi, ut de maza solummodo trita sermo sit, de pane vero tanquam tosto. Arist. Probl. XXI. 8.: *Διὰ τί ἡ μὲν μάζα, ὅσῳ ἂν μᾶλλον τριφθῇ, δυςδιαχωρητοτέρα γίγνεται· ὁ δὲ ἄρτος, εὐδιαχωρητότερος; ἢ διὰ τὸ τριφθῆναι σφόδρα τὸ σταῖς μικρότερον γίνεται· τὸ δὲ γλίσχρον τοιοῦτόν ἐστιν; ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς πάντοθεν ἐξήρηται τὸ ὑγρὸν τοῦ ἄρτου· ὥς τε ψαθυρώτερον γίνεται τοῦ ὑγροῦ ἐξαιρεθέντος ὅλως, ὅσῳ ἂν μᾶλλον τριφθῇ, διὰ τὸ ἐν τῇ τρίψει πικρομερέστερον γεγονέναι· τὸ δὲ ψαθυρὸν εὐπεπτότερόν ἐστιν· ἡ δὲ μᾶζα ὅσῳ ἂν μᾶλλον τριφθῇ γλισχροτέρα γίνεται τοῦ ὑγροῦ μεμιγμένου· τὸ δὲ γλίσχρον οὐκ εὐδιαίρετον.* Locus corruptus videtur, sed panis et maza prorsus sibi opponuntur eodem nomine, quo apud Herodotum factum vidimus. Verum e Xenoph. loco a Suida laudato Cyrop.

VI. 2. 28. idem patet: καὶ γὰρ ὅς τις ἀλφιτοσιτεῖ, ὕδατι μεμιγμένην ἀεὶ τὴν μᾶζαν ἐσθίει, καὶ ὅςτις ἀρτοσιτεῖ, ὕδατι δεδευμένον τὸν ἄρτον. — Itaque maza diluta idem quod ἄλφιτα, maza idem quod ἄλφιτα, quibus minus liquidi adfusum est. Gal. de Alim. fac. I. 11. γίγνονται δὲ ἐξ αὐτῶν (τῶν ἀλφίτων) ὑγρῶν φυραθέντων αἱ μᾶζαι. Interpres « ex iis humidis frixis fiunt mazae" quasi φρυχθέντων legisset: perperam. Verum mazam non esse panem hordeaceum ultro patet e cap. 12., ubi Gal.: εὔδηλον οὖν ἐστι τῷ ταῦτ' ἐννοήσαντι, τοσοῦτον ἀπολείπεσθαι μᾶζαν εἰς τροφὴν σώματος ἄρτων κριθίνων, ὅσον οὗτοι πυρίνων; tum vero μᾶλλον δὲ διαχωρεῖ κάτω φυραθεῖσα καὶ τριφθεῖσα μέχρι πλέονος. εἰ δὲ καὶ μέλι προςλάβοι, θᾶττον ἔτι καὶ διὰ τοῦτο παρορμήσει τὴν γαστέρα πρὸς ἔκκρισιν. Cf. ceterum totum hoc caput. — Secundum Athen. antiquitus μάζα e polenta cum lacte, vel alio liquore, subacta parabatur; τὴν ἐκ τῶν ἀλφίτων μάζαν vocat XIV. 663. B., deinceps in magis πολυτελὲς ἔδεσμα abiisse monet ibid. Apud nostrum lib. de Cap. vuln. p. 907. μοτώσαντα δὲ καταπλάσματι χρῆσθαι, ὅσον ἂν χρόνον καὶ τῷ μοτῷ, μάζην ἐκ λεπτῶν ἀλφίτων ἐν ὄξει διαμάσσειν, ἢ ἕψειν καὶ γλισχρὴν ποιέειν ὡς μάλιστα. — Malim e cod. med. μάζης ἐκ λ. ἀ. · ἐν ὄξει δὲ μάσσειν. — Hic igitur ἢ ἕψειν in usum chirurgicum, ubi μάσσειν non sufficit πρὸς τὴν γλισχρότητα. Conf. ceterum Oecon. Hipp. et Hesych. cum interprett.

καὶ οἱ ἄγαν καθαροί γε καὶ ξυγκομιστοί.] — In his de meo γε pro τε scripsi: nam res sibi oppositas nimis arcte coniungit τε καί. Praeterea istae voculae h. l. saepius confunduntur: paulo ante αὐτός γε ὁ ἄρτος recte dat Gal., mox μᾶζά γε ξηρὴ recte cod. ve-

tuistissimus: ὑδαρὴς γε οἶνος recte Gal. Perperam tandem codd. καὶ λευκός τε καὶ μέλας, quippe haec iterum sibi opponuntur: ita ut ibi quoque de coniectura γε dederim. — Iam vero Gal. in gl. συγκομιστοὶ ἄρτοι. (ῥυπαροὶ διὰ τὸ πάντα ἅμα τὰ ἄλευρα συγκομίζεσθαι καὶ μὴ διακρίνεσθαι. Licet minuta res sit, nolo reticere alio modo mihi distinguendum videri: solent enim Gal. et Erot. ipsis auctoris verbis, quemadmodum hic in libro suo haec conscripsit, interpretationem adponere: hinc scribendum iudico συγκομιστοί·) ἄρτοι ῥυπαροὶ κ. τ. λ. Coniecturam confirmat Etym. M., ubi: συγκομιστοί, ἤγουν ἄρτοι ῥυπαροί, διὰ τὸ πάντα τὰ ἄλευρα ὁμοῦ συγκομίζεσθαι καὶ μὴ διακρίνεσθαι. παρὰ τῷ Ἱπποκράτει. Cf. Franz. ad Gal. exeg., Hesych. in συγκομιστὸς et ἀμμισκόμιστον. — Galeni gloss. et Oecon. Foësii in his fere fontes, unde ceteri sua hauserunt.

ἄλφιτα .... ποταίνια.] — G. in comm.: τὰ δὲ πρόςφατα ποταίνια κέκληκε τῇ τῶν Ἰώνων φωνῇ καὶ τῇ τῶν παλαιοτέρων. Erot. e Bacchio eodem modo exponit (p. 310.), Gal. etiam in glossis (p. 548.), cf. Hesych., Greg. Cor. de dial. Ion. § 170. Quid vero ἄλφιτα ποταίνια re ipsa sunt? Plin. XVIII. 14.: „Pluribus, inquit, fit haec (polenta) modis. Graeci perfusum aqua hordeum siccant nocte una, ac postero die frigunt, deinde molis frangunt. Sunt qui vehementius tostum rursus exigua aqua aspergant et siccent prius, quam molant. Alii vero virentibus spicis decussum hordeum recens purgant, madidumque in pila tundunt, atque in corbibus eluunt, ac siccatum sole rursus tundunt et purgatum molunt." Postrema igitur referenda videntur ad τὰ ἄλφιτα προκώνια,

quae quid sint, duplici modo exponitur. Gal. in voce προκώνια: τὰ ἐκ τῶν νέων κριθῶν ἄλφιτα. τινὲς δὲ τὰ ἐκ τῶν ἀφρύκτων μόνα. Cf. eundem in voce ἄλφιτα προκώνια, quod exponit τὰ πρὸ τῆς κώνου στάσεως, τουτέστι, τὰ ἐκ τῶν νέων ἔτι καὶ ἁπαλῶν κριθῶν. κῶνος γάρ τις ἐν ταῖς ἅλωσιν ἔτι καὶ νῦν ἵσταται, καὶ μάλιστα ἐν ταῖς ἐπόμβροις χώραις, ξύλον ὀρθὸν, ἐφ' ᾧ ξυντίθενται οἱ καρποὶ κωνοειδῶς. — Altera Galeni interpretatio Erotiano restituenda, qui ἄλφιτα προκώνια·) τὰ γινόμενα ἐκ τῶν φρυκτῶν κριθῶν· οὕτως Ἀττικοὶ καλοῦσι. — Legendum ἐκ τῶν ἀφρύκτων κριθῶν. Cf Foës. in Oecon in προκώνια ἄλφιτα et Hesych. cum interprett. in voce πρόκωνα. Vid. Schneid. Lex. in voce προκώνια. — Non prorsus liquet mihi an eadem sint ἄλφιτα τὰ προκώνια atque ἄλφιτα ποταίνια: e Plinii loco effeceris eadem esse, huiusque loco cum Erotianeo collato dixeris illud Atticum esse, hoc Ionicum s. potius Doricum. Ἄλφιτα licet plerumque ex hordeo fierent, (Plato Polit. II. 372. B. Diosc. II. 108. — Archistratus apud Athen. p 256. vol. III. Ed. Dind.) parabantur tamen ex aliis etiam frumenti generibus. Gal. de Alim. fac. I. 11. Foës. in Oecon. voce ἄλφιτα.

καὶ ὑδαρής γε οἶνος καὶ ἄκρητος παρὰ τὸ ἔθος ἐξαπίνης ποθείς.] — Οἶνος ὑδαρὴς opponitur τῷ ἀκρήτῳ, indicat vinum, cui multum aquae adfusum est, hinc, quod de aquoso vino dicitur, ὁ μὲν γὰρ πλάδον τε ἐν τῇ ἄνω κοιλίῃ ἐμποιήσει, convenit cum iis, quae infra de aqua tradidit: ὕδωρ enim vocat ἐγκλυδαστικὸν, ἐπιπολαστικὸν et βραδύπορον. Aquosum vinum non adsueto ventriculo stimulus fuerit iusto minor, hinc laesa digestio et redundans in ventriculo humor, et

flatus in intestinis. Quae de ἀκρήτῳ tradit: ὁ δὲ παλμὸν τε φλεβῶν κ. τ. λ., fere symptomata sunt citatioris sanguinis motus et congestionis versus caput, sitis tum illius, tum nervorum affectionis sequela.

καὶ λευκός γε καὶ μέλας οἶνος κ. τ. λ.] — Diosc. V. 8. de vinorum secundum colorem diversitate agens: ἔστι, inquit, ὁ μὲν λευκὸς λεπτός τε καὶ εὐανάδοτος, καὶ εὐστόμαχος ὑπάρχει· ὁ δὲ μέλας παχὺς καὶ δύςπεπτος, μέθης καὶ σαρκῶν γεννητικός. Galenus lib. de bonis et pravis alim. succis p. 801. vol. VI. Kühn.: λευκὸς δὲ οἶνος οὐδεὶς γλυκύς ἐστιν, ἀλλά τινὲς μὲν αὐστηροί τε καὶ παχεῖς, τινὲς δ' ὑδατώδεις τε καὶ λεπτοί. Et paulo superius ibid. p. 800.: οὐδὲ γὰρ ἂν εὕροις οὐδένα παχὺν ἅμα καὶ γλυκὺν οἶνον, ὃς οὐκ ἐστι μέλας.

§ 38.

Τιμωρητέον μὲν δὴ τοιόνδε τι μέρος τῷ ἐναντίῳ λόγῳ, ὅτι ἡ μ.] — Pro δὲ vulgatae lect. codd. vetustiss. μὲν δὴ, alii μέντοι; quorum illud dedi ad similitudinem § 66. μέγα μὲν δὴ μέρος χρὴ νέμειν τῷ κάμνοντι κ. τ. λ. — Codicis illius auctoritate ὅτι ἡ suppressit nupetrimus editor, quod haud facile quis ferat: nam etiamsi sententia integra maneat, ad orationis facilem progressum ὅτι ἡ μ. proficit: iunges τοιόνδε τι μέρος, ὅτι ἡ μ. — Locum recte explicuit Gal. in comm. Fuere, qui magnas in victus ratione mutationes in morbis fieri debere crederent: Hippocrates contrarium docuit e noxis, quas vel sani e rebus a consuetis diversis percipiant, unde deduxit neque in morborum ἀκμῇ multum esse innovandum. Iam vero h. l. affirmat concedendum esse illis, qui ab ipso dissentirent, mutationes victus

rationis in sanis fieri sine mutatione facta in horum corpore, in aegris vero re ipsa corpus mutationem subiisse, qua fiat ut in cibo, potu, ceteris, itidem requiratur mutatio.

μέχρι τῆς νούσου ἡ ἀκμὴ πεπανθῇ.] — Sic. MS. vetustiss., cet. fere *μέχρις ἂν*, de quo *ἂν* non semper adhibito Lobeck. ad Phryn. p. 15. — De scriptura *μέχρι* et *μέχρις*, *ἄχρι* et *ἄχρις* etiam operae pretium est contulisse Verheyk. ad Antonin. Lib. p. 294. seq.

ἐν ὁκόσοισι δὲ τὸ τοιόνδε ποιητέον γεγράψεται.] — Gal. in comm.: *Δῆλός ἐστι προειρημένος μετὰ τὸ διδάξαι τὴν καθόλου δίαιταν ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ, μεταβῆναι πρὸς τὰ ἄλλα σύμπαντα τὰ ὀξέα· οὐ μὴν εὑρίσκεταί γε τοιοῦτον τοῦτο σύγγραμμα. τὰ δὲ προκείμενα ἐν* (lege *προςκείμενα*, dele *ἐν*) *τούτῳ τῷ βιβλίῳ μετὰ τὸ λουτρὸν, εἰ μὲν ὡς ἐν τύπῳ τις ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένα ταῦτα, παρασκευάσαντος εἰς ἀνάμνησιν ἑαυτῷ, εὑρὼν ἐπὶ τῆς οἰκίας ἐξέδωκε μετὰ* (adde *τὸν*) *θάνατον τοῦ ἀνδρὸς, ἴσως ἄν τινα λόγον ἔχοι· ὡς σύγγραμμα δ' οὐκ ἔστιν ἄξιον τῆς Ἱπποκράτους δυνάμεως.* — De postremis hisce Galeni verbis alio loco monui.

§ 39.

οὐ γὰρ ἠδελφισμένον μοῦνόν ἐστι τῷ πρήγματι, περὶ οὗ μοι ὁ πλεῖστος λόγος εἴρηται, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πρῆγμα ἐπικαιρότατόν ἐστι διδακτήριον.] — Opportune *μοῦνον* praebent codd. 3, et adscivit Lind.: nam a re ad demonstrationem opinionis suae apta, i. e. a re simili, ad id, quod etiam magis ad demonstrationem confert, i. e. ad rem ipsam, transit; — ita ut formula *οὐ μοῦνον* ....

ἀλλὰ sine *καὶ* omnino huius sit loci: quod propterea noto, quod nuperrimus editor e Galeni comm. demonstrare studet *μοῦνον* non esse recipiendum. — Notandum h. l. *πρῆγμα*. Res, de quibus hucusque inprimis copiose exposuit, sunt noxae, quae profluunt e mutatione subitanea victus in aegrotantibus, praesertim in morbi vigore. Talem vero mutationem re vera nocere demonstravit *ἠδελφισμένῳ τινί*: i. e noxis quae ex eiusmodi transitu ad insueta in sanos eduntur. Iam vero dicit se id expositurum esse, quod optimum praebeat argumentum, quo thesin suam, nullam eiusmodi mutationem faciendam esse, nobis probet: neque enim modo rem esse huic affinem, sed rem ipsam i. e. experientiam.

κυκεῶνα.] — Erot. *κυκεών. πόμα μετὰ ἀλφίτου τεταραγμένον, καὶ κυκᾷν τὸ ταράττειν.* cf. Oecon. Foësii. Ad Etym. M. in voce adnotant: schol. in Plat. p. 157. Ed. Rühnk.: — *κυκεών ἐστι κρᾶμα ἐξ οἴνου καὶ μέλιτος, καὶ ἀλφίτων, καὶ τυροῦ, καὶ ὕδατος ἀναμεμιγμένον, ᾧ ἐχρῶντο πρὸς πόσιν.* — Etym. Gud.: *κυκεὼν, κυκεῶνος, τὸ ἐξ οἴνου καὶ μέλιτος, καὶ ἀλφίτων καὶ ὕδατος, καὶ πυροῦ ἀναμεμιγμένον*: ubi ex illo loco pro *πυροῦ* legendum *τυροῦ*: locus enim alter ex altero descriptus, vel ambo e communi quodam fonte fluxerunt.

πρὶν ἢ πέπειρον γενέσθαι τὴν νοῦσον.] — § seq. *ἢν πρὶν πέπειρον τὴν νοῦσον γενέσθαι.* Vocabulum nostro haud ita frequens: cf. Oecon. Foës. — Hesych. *πέπειρον, πεπανθὲν, ὥριμον, ὠπτημένον, ἀκμαῖον*: — Cyrill., ibi citatus: *κυρίως δὲ ἐπὶ ὀπώρας λέγεται, ὅταν ἀκμάσῃ,*

εἰ μὴ παντάπασί τις εὐήθης ἡ νοῦσος εἴη.] — Gal.

in comm.: *εὐήθεις δὲ νόσους εἴρηκεν οὐ τὰς κακοήθεις, ἀλλὰ τὰς εὐτρέπτους· ἴσμεν γὰρ ὅτι οὕτως κέχρηνται τῇ λέξει πολλοὶ τῶν παλαιῶν, καὶ οὕτως (ὡςαύτως?) ὁ Ἱππ. πολλάκις, ὡς ἐν ἑτέροις δέδεικται.* i. e in comm. ad Progn. verbis, *οἵ τε γὰρ εὐηθέστατοι τῶν πυρετῶν κ. τ λ.*: nam comm. in Progn. ante hos in lib. de Victu acut. composuit. (cf comm. ad h. l. p. 67. Ed. Bas.) — E Progn. loco Erot. *εὐηθέστατοι, οἱ μὴ κακοήθεις.* — Simili sensu Aretaeus hoc vocabulum usurpat. Cf. Hemsterh. ad Luciani Colloq. Selecta p. 101.

ὅτι οὐχὶ στερητέαι] — *οὐχὶ στερητέαι* effeci e codd. quorumdam lectione *οὐχ ὑστερηταῖαι* et *οὐχ ὑστερητέαι.* Nimirum *οὐχὶ* h. l. prae *οὐ* longe praestat, quum omnis sententiae vis in negatione sit posita. — Similiter § 28. *πῶς οὐχὶ καὶ ἔν γε τῇσι νούσοισι διαφέρει μεγάλα*; — Forte *οὐκὶ* utroque loco Ionice dedit noster.

§ 40.

πυθμενόθεν,] — Foësius ex Erot. et Gal. exposuit in Oecon.

οὔτ' αὖ οἱ τῷ χυλῷ χρεόμενοι γιγνώσκουσιν ὅτι αὐτέῃσι βλάπτονται ῥοφέοντες.] — In hisce *αὐτέῃσι* praetulit Littréus, qui haec adnotat: « Evidemment il s'agit de l'usage du *suc* de ptisane, *χυλός*; par conséquent *αὐτέοισι* du texte vulgaire ne peut être conservé. C'est *αὐτέῳ* qui devrait naturellement se trouver ici; cependant j'ai laissé subsister *αὐτέῃσι* donné par plusieurs manuscrits, parce qu'à la rigueur on peut sous-entendre *πτισανῶν* après *χυλός*, et faire rapporter *αὐτέῃσι* à ce genitif pluriel." Dubito equidem num sit, cui haec interpretatio placeat: h. l. neminem offendet,

puto, transitus a sing. ad plur. num.: itaque servo αὐτέοισι, pro quo opt. cod. αὐτοῖσι, et subintelligo τοῖσι χυλοῖσι.

§ 41.

ἐν ᾗσί γε νούσοισι . . . . ἐν ᾗσι δὲ οὐ] — Prius illud γε longe praestat prae τε, quod ne ferendum quidem: — altero loco δέ cum Lind. praeter codd. auctoritatem exhibui, sensu loci id sibi exposcente.

καὶ ὡς ἐπιτοπολὺ ἀπαρτὶ ἐν τοῖσι καιροῖσι μεταβάλλουσι.] — Recte Littréus hunc locum refecit ad Dioscoridis verba apud Gal. in exegesi: καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀπαρτίως ἐν τοῖσι τοιούτοισι μεταβάλλουσιν εἰς τὰ ῥοφήματα: — ipse antequam illius editionem videram idem feceram, eodem usus τεκμηρίῳ. Nolui tamen τοιούτοισι inferre; τοῖσι h. l. Ionice δεικτικῶς: mihi verosimile est ἀπαρτίως pro ἀπαρτὶ et τοῖσι τοιούτοισι pro τοῖσι Dioscoridis esse τοῦ πολλὰ καινοτομήσαντος in textu Hippocratis. Ad ἀπαρτὶ conferendi Hemsterh. ad Arist. Plutum, vs. 388. Lobeck. ad Phryn. p. 21.

§ 42.

ἐνίοτε δὲ καὶ ὠμὰ ἐπισπῶνται ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ περὶ τὸν θώρηκα τόπου χολώδεα.] — Operae pretium facere mihi videor paulo uberius de hisce exponens. Coniuncta sunt haec cum antiquorum placitis, quibus diarrhoeas a liquidis ex capite defluentibus originem ducere statuebant. Inspiciamus Herodotum, qui IV. 187. de Libyae Nomadibus haec habet: τῶν παιδίων τῶν σφετέρων, ἐπεὰν τετραέτεα γένηται, οἴσπῃ προβάτων καίουσι τὰς ἐν τῇσι κορυφῇσι φλέβας· μετεξέτεροι δὲ αὐτέων τὰς ἐν τοῖσι κροτάφοισι, ὡς μὴ σφέας ἐς τὸν

πάντα χρόνον καταῤῥέον φλέγμα ἐκ τῆς κεφαλῆς δηλῆται. — En! apud auctorem non medicum et Hippocrate aetate superiorem vestigium iam deprehendimus doctrinae per totum antiquum orbem medicum, quin imo post instauratas litteras etiam in medicorum scholis celebratissimae. — Apud nostrum Epid. III. p. 1089. Foës. : *τὰ μέντοι γλίσχρα καὶ λευκὰ καὶ ὑγρὰ καὶ ἀφρώδεα πολλὰ ἀπὸ κεφαλῆς κατήει.* — h l. aeque atque in Herodoteo illo mentio fit excretionis pituitae e capite *καταῤῥεούσης*, s. *κατιούσης*, per nares. — Iam vero eandem materiam, quam in *κορύζαις* per nares exeuntem videbant, in *διαῤῥοίαις* per alvum secedere existimarunt. Hinc Aph. VII. 30. *ὁκόσοισι ἀφρώδεα τὰ διαχωρήματα ἐν τῇσι διαῤῥοίῃσι, τουτέοισι ἀπὸ κεφαλῆς φλέγμα καταῤῥέει* — Et Lib. de Aëre, aq. locis *εἰκὸς*: ... *τὰς κοιλίας αὐτέων πυκνὰ ἐκταράσσεσθαι ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ φλέγματος ἐπικαταῤῥέοντος.* — Porro cum hisce conf. eiusdem libri § 62., ubi haec: .... *καὶ ἐνίοισι καταῤῥόους ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐπὶ τὸν πλεύμονα.* — Vides morborum thoracis originem e capite repetitam, certe e materia ex capite defluente. Tum pergit: *τοῖσι μὲν οὖν φλεγματίῃσι τὰς δυσεντερίας εἰκὸς γίγνεσθαι καὶ τῇσι γυναιξὶ, φλέγματος ἐπικαταῤῥυέντος ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου διὰ τὴν ὑγρότητα τῆς φύσιος.* ..... Sed etiam paralysin inde repetit ibid. : *τοῖσι δὲ πρεσβύτῃσι καταῤῥόους διὰ τὴν ἀραιότητα καὶ τὴν ἔκτηξιν τῶν φλεβῶν· ὥστε ἐξαίφνης τοὺς μὲν ἀπόλλυσθαι, τοὺς δὲ παραπληκτοὺς γίγνεσθαι τὰ δεξιὰ, ἢ τὰ ἀρίστερα.* et § 14. ibid. *κατάῤῥοοι ἐπιγενόμενοι ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου παραπληκτικοὺς ποιέουσι τοὺς ἀνθρώπους, ὁκόταν ἐξαίφνης ἡλιωθέωσι τὴν κεφαλὴν, ἢ ῥιγώσωσι.* — Hic paulisper subsistamus et, antequam ad alios transeamus, cum hisce

καὶ αἱ ἀκοαὶ ἤχου μεσταί.] — *ἀκοὴ* tum ipsa audiendi facultas est, tum auditus organon. Gal. de Meth. med. I. 7. p. 60. Kühn.: *ὀφθαλμὸς μὲν οὖν καὶ γλῶττα καὶ οὖς καὶ σκέλος ἕκαστόν τε τῶν τοιούτων σῶμά πως ἔχον ἐστίν· ὄψις δὲ καὶ ἀκοὴ καὶ διάλεξις καὶ βαδίσις ἐνέργειαι τῶν εἰρημένων σωμάτων.* — Idem de Usu part. XVI. p. 539. vs. 37. Ed. Bas.: *ἐφ' ἑκατέραν δὲ τὴν ἀκοὴν, ἐνήγαγε νεῦρον μαλακὸν, ἕτερα τοῖς κινεῖσθαι μέλλουσιν ὠσὶν ἐπιπέμψας σκληρά.* — Vides *ὦτα* et *ἀκοὴν ἑκατέραν*, de partibus corporis, sed diversis: *ἀκοὴν* de auditus organo interno, *ὦτα* de aure externa. Conf. Rufus Ephes. p. 26. Ed. Clinch.: *τῶν δὲ ὤτων ἀκοὴ μὲν ὁ πόρος, δι' οὗ ἀκούομεν· λοβὸς δὲ τὸ ἐκκρεμὲς, ὅπερ καὶ μόνον Ἀριστοτέλης φησὶ τοῦ ὠτὸς ὀνομάζεσθαι, τὰ δὲ ἄλλα ἀνώνυμα εἶναι· οἱ δὲ ἰατροὶ καὶ ταῦτα ὠνόμασαν, πτερύγιον μὲν τὸ ἀνωτάτω πλατὺ ἐπικλινές. ἕλικα δὲ τὸ ἐντεῦθεν συμπληροῦν τὴν περιφέρειαν τῶν ὤτων· ἀνθέλικα δὲ τὸ ἐν μέσῳ ὑπεραῖρον τὴν κοιλότητα· κόγχην δὲ τὸ ἀπὸ τῆς ἀνθέλικος κοῖλον· τὸ δὲ ἀπεναντίον τῆς κόγχης ἔξαρμα παρὰ τὸ πέρας τοῦ κροτάφου, τράγον· τὸ δὲ τῆς ἕλικος τέλος τὸ ὑπόβραχυ, ἀντιλοβίδα.* — Quem Rufus respicit Aristotelis locum legi puto Hist. an. I. 9 *Ὠτὸς δὲ μέρος τὸ μὲν ἀνώνυμον, τὸ δὲ λοβός.* Ceterum animadversione digna verba: *τῶν γὰρ ἐχόντων ἀκοὴν τὰ μὲν ἔχει ὦτα, τὰ δ' οὐκ ἔχει, ἀλλὰ τὸν πόρον φανερὸν, οἷον ὅσα πτερωτὰ, ἢ φολιδωτά.* — Hippocrates h. l. nostro *ἀκοαὶ* de meatu auditorio, s. auditus organo interno, dicere videtur. — Itaque *ἀκοὴν* distinguit et *ὦτα*, de quibus aliis locis loquitur: eodem modo Aristoteles distinguit, qui *πόρον* appellat quod Hipp. *ἀκοὴν*, cetera partium nomina Aristotelis.

aetate recentiora verosimiliter ex Alexandrina schola profluxerunt, quo tempore anatome magis magisque exculta est.

καὶ διαπορήματα.] — Hesych. *διαπόρησις. ἀμφιβολία, ἀπορία.* — Cum isto *διαπορήματα* pro *διαπορήσεις* comparo, quod supra habuimus, *μαθήματα* pro *μαθήσεις.*

πνεῦμα προςπταῖον ἐν τῇ ἄνω φορῇ.] — Gal. in comm.: *ἥ γε μὴν δύςπνοια, καθ' ἣν τὸ πνεῦμα προςπταίει, διὰ τροφὴν ἄκαιρον γίνεται μᾶλλον ἢ δι' ἔνδειαν· ἔστι γὰρ στενοχωρίας τε καὶ σπασμοῦ γνώρισμα προςκόπτειν τε καὶ οἷον ἵστασθαι τὸ πνεῦμα κατὰ τὴν ἐκπνοήν. ἡ γὰρ ἄνω φορὰ τὴν ἐκπνοὴν ποιεῖται.* — *τῷ τοιούτῳ δὲ πνεύματι τὸ ἐναντίον ἐν τῷ δευτέρῳ καὶ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν αὐτὸς διῆλθεν εἰπών· διπλῆν εἴσω ἐπανάκλησιν, οἷον ἐπειςπνέουσι.* — Quae citat verba occurrunt etiam Coaca 260. sub finem. Cf. Aph. 67. IV.: *ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὸ πνεῦμα πρόςκοπτον, κακόν· σπασμὸν γὰρ σημαίνει.* Cf. ceterum Oecon. Hipp. in *πνεῦμα προςπταῖον* et *πνεῦμα ὥςπερ ἀνακαλουμένῳ.* Mihi Hipp. istud genus respirationis spectare videtur, quo gemitus quidam editur: nostrates *het stenen* vocant s. *het steunen*, Germani *das Stöhnen.*

ὀφρύες δεινώσιος μετέχουσαι] — Gal.: *δηλοῦται δὲ ἐκ τῆς λέξεως τὸ παρεσπάσθαι πως αὐτὰς, ἢ ἀνεσπάσθαι· καὶ γίνεται τοῦτο ποτὲ μὲν ἀμφοτέρων τεινομένων σπασμωδῶς, ἢ τῆς ἑτέρας μόνης, ποτὲ δὲ τῆς ἑτέρης παραλελυμένης.*

ἐνίοτε δὲ χεῖλος τὸ κάτω σείεται.] — Sic aegro 5. Ep III. Sect. I. *κεφαλῆς τρόμος· μάλιστα δὲ χείλεος τοῦ κάτω.* — Gal. in comm. ad lib. de Humor. p. 229. citat verba: *τὸ κάτω χεῖλος σειόμενον ἔμετον ἕπεσθαι προδηλοῖ.*

§ 43.

τὰς ἀσθενείας, αἱ ἀσθενεῦνται.] — Haec profecto sola vera lectio; *ἀποτελοῦνται* glossa est verbi *ἀσθενεῦνται*. Illud *ἀσθένειαν ἀσθενέειν* eiusdem est generis, cuius *ἀῤῥωστίην ἀῤῥωστεῖν* Coaca 591. Lib. de Vuln. cap. p. 902. D. *ῥήγνυται τὸ ὀστέον . . . ῥωγμὰς καὶ φλᾶται . . . φλάσιας*. Gal. vol. X. 8. Ed. Kühn. *ἀσχημοσύνην ἀσχημονήσας*. — Soph. Philoct. 276. *ἀνάστασιν στῆναι*, vs. 1232. *ἁμαρτίαν . . ἁμαρτών*. Electr. vs. 1023. *ἔχθος ἐχθαίρειν*. Similiter *νοσεῖν νόσον* dicitur, *πίπτειν πτώματα*, sexcenta id genus alia.

§ 44.

τὰ δὲ τοιάδε μάλιστα καθυβρίζεται τῶν χειρωνακτέων ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων.] — Medicis dicere liceat horum verborum structuram esse: *τὰ δὲ τοιάδε* (subintellige *ἁμαρτήματα*) *τῶν χειρωνακτέων μάλιστα καθυβρίζεται ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων*.

τεθνεῶτα] — *τεθνειότα* Galenus habet. Forte pro *τεθνηότα*, cf. Greg. Cor. §. 5. de Dial. Aeol. In Lex. Herod. voce *θνήσκειν*: « In part. praet. variant libri *τεθνηκώς*, *τεθνηώς* et *τεθνεώς*, quod fortasse ab auctoris manu IV. 14. a. m. Sic quidem omnes ibi sub finem capitis, *οὔτε τεθνεῶτα*, *οὔτε ζῶντα φαίνεσθαι*." Koen. ad Greg. l. l.: « Alias eam formam Grammatici Ionibus fere tribuunt." Cf. Buttman Gr. Gr. p. 416. vol. I. et p. 29. vol. II. — In Prognostico noster *βεβῶτες*.

§ 45.

πουλύ.] — Haec forma nostro frequentissima, cf.

Littréum vol. I. p. 495. Alterius Herodoteae πολλὸς exempla ibidem adferuntur e lib. Epid. In h. l § 65. μετακέρασμα πολλόν. cf. Koen. et Schaef. ad Greg. Cor. p 395.

φλαῦρόν τι πρήξει ἐπιδήλως.] — In hisce plurimos interpretes lapsos esse video: Corn.: « vitiosum quiddam palam operabitur." Foës.: « manifestum quoddam vitium efficiet." Nuperrimus editor « on commettrait une faute manifeste." πρήσσειν h. l. valet πάσχειν; ipse Hippocrates mox infert ταυτὰ πάθοιεν. Confer Herodotea εὖ, κακῶς, οὐδὲν ἄμεινον πρήσσειν: vide quae collegit Schweigh. voce πρήσσειν. — De φλαῦρον pro φαῦλον ibid. in illa voce. Erot.: φλαῦρος) πανταχοῦ τὸ φλαῦρον ἐπὶ κακοῦ τάσσεται. — Hoc ut intelligatur, tenenda est Timaei interpretatio vocis φαῦλον: quam ἁπλοῦν, ῥᾴδιον, εὐτελὲς exponit. — Ceterum idem φλαῦρον. πονηρόν. — Moer. φαῦλον καὶ φλαῦρον, Ἀριστοφάνης ἀμφότερα κατὰ τοῦ αὐτοῦ σημαινομένου· τὸ δὲ φαυλὸν σημαίνει τὸ κακόν. — Thom. Mag. φαῦλον, τὸ κακὸν καὶ τὸ εὐτελές· φλαῦρον δὲ μόνον τὸ κακόν. — cf. interprett.

καὶ γὰρ ἂν οἱ πόδες τοιόνδε τι πρήξειαν.] — ἂν h. l. iam dudum legeram ex ἤν, quod, vetustissimo cod. excepto, (quippe hic voculam omittit,) omnes membranae ferunt. De his particulis saepius confusis dixi ad § 7. — Cod. Voss. postea firmavit emendationem.

§ 46.

ἀτὰρ καὶ τῶν τοιῶνδε πάντων ἀρκέει παραδείγματα γράψαι.] — Vulgata lectio ἀτὰρ καὶ τὰ τῶν κ. τ. λ. non ferri posse mihi videtur, quum de certis exemplis

h. l. sermo esse non possit, adeoque articulus abundet. Galenus *αὐτὰρ καὶ*, cod. quidam *ἀτὰρ κατὰ*, unde quis Iônice *ἀτὰρ καὶ κατὰ* . . . . *γράψαι* dare possit, quod tamen minus probabile, quum noster aliis etiam huius libri locis simplex *γράψαι* usurpet. — *Ἀτὰρ καὶ* nostro frequens in hoc scripto § 23. *ἀτὰρ καὶ μισγόμενα ἀλλήλοισι.* § 26. *ἀτὰρ καὶ περὶ ποτοῦ.* § 48. *ἀτὰρ καὶ κατὰ τὸ ἄλλο σῶμα.* § 49. *ἀτὰρ καὶ περὶ οὗ ὁ λόγος ἦν.* §. 56. *ἀτὰρ καὶ οἴνου λεπτοῦ κ. τ. λ.*

ἀφλέγμαντον μὲν ἂν εἴη οὕτως μᾶλλον, καὶ ὑγιὴς πολλῷ θᾶσσον ἂν γένοιτο.] — In his lectionem cod. vetustiss., quam maxime potui, sum secutus: ibi tamen quum *ἀφλέγμαντος* legatur, idque aegre ad ipsum vulneratum referri posse videatur, apte vero ad solum vulnus, *ἀφλέγμαντον* scribere malui. *Οὕτως*, quod in cod. illo a prima manu profectum, et in vulg. lect. in altero membro habetur, h. l. verum est: *οὗτος* ineptum: — hocce *οὕτως* in apodosi frequens.

§ 47.

πολλαπλασίη —— *ὅλου τοῦ σώματος.*] — Vulgata huius § lectio erat: *πολλαπλασίη μὲν οὖν κατὰ κοιλίην ἡ βλάβη ἐστὶν, ἢν ἐκ πολλῆς κενεαγγείης ἐξαπίνης πλέον τοῦ μετρίου προςαίρηται. ἀτὰρ καὶ κατὰ τὸ ἄλλο σῶμα, ἢν ἐκ πολλῆς ἡσυχίης ἐξαίφνης ἐς πλείω πόνον ἔλθοι* (*ἔλθῃ* cod. vet.), *πουλὺ πλείω βλαβείη* (*βλάψει* cod. vetust.), *ἢ εἰ ἐκ πολλῆς ἐδωδῆς, ἐς κενεαγγείην μεταβάλλοι· δεῖ μέντοι καὶ τὸ σῶμα τουτέοισιν ἐλινύειν· καὶ ἢν* (varr. lectt. *κἢν*, *ἢν*) *ἐκ πολλῆς ταλαιπωρίης ἐξαπίνης ἐς σχολήν τε καὶ ῥαθυμίην ἐμπέσῃ* (*ἐκπέσῃ* Gal. *ἐκπέσει* cod. vet.), *δεῖ δὲ καὶ τουτέοισι τὴν κοιλίην*

ἐλινύειν ἐκ πλήθεος βρώμης· ἢν δὲ μὴ, πόνον ἐν τῷ σώματι ἐμποιήσει καὶ βάρος ὅλου τοῦ σώματος. — Necesse erit ut interpretum de h. l. sententias, eorumque emendandi rationes exponamus: — Foësius: « Hic certe locus, inquit, adeo obscurus apparet, ut multis ansam dederit litteram immutandi, quod et fecit Cornarius. Calvus sane aliud quid ex Vatic. membranis mihi subauguratus videtur. Quotquot tamen adhuc mihi videre licuit exemplaria, in hac lect. sibi constant, quam profecto immutare mihi magna religio est, quamque secutum esse Galenum optime mihi conscius sum, etsi valde est implicata." Inspiciamus Cornarii versionem: « multiplex igitur in ventre laesio est, si ex multa vasorum vacuatione plus moderato derepente ingeratur. Quin et in reliquo corpore, si ex multa quiete ad ampliorem laborem derepente deveniat, multo magis laedetur, quam si ex multo cibo ad vasorum vacuationem transmutetur et si ex multo labore derepente ad ocium ac segnitiem deciderit. Oportet tamen et his corpus quiescere. Oportet item illis ventrem et ciborum copia quiescere." Haec Cornarii verborum collocatio propterea admitti nequit, quod in verbis, *quin et in reliquo corpore si ex multa quiete ad ampliorem laborem derepente deveniat, multo magis laedetur, quam si ex multo cibo ad vasorum vacuationem transmutetur*, alterum membrum ad totum corpus, alterum ad ventriculum spectat, inter quae absurde comparatio instituitur. Tum vero in postremis *oportet his .... oportet item illis*, *τουτέοισι* primo *his*, mox *illis* interpretatur, quod ferri non potest. — Eadem est Lindani lectio, ita ut in eandem incurrat reprehensio-

nem. — Sed redeo ad Foësium, qui Galenum vulgatam lectionem secutum esse affirmat: nempe hac de re vehementer dubito. Modo diligenter legamus viri commentarium: *Ὃ πρῶτον ἁπάντων ἀποδεῖξαι προὔθετο τοῦτ' ἦν αὐτὸ, τὸ περὶ τῶν κατὰ κοιλίην ἀθρόων μεταβολῶν, εἶτα ἀπ' αὐτοῦ πρὸς τὸ γενικώτερον, ὃ δὴ καὶ καθολικώτερον ὀνομάζουσι, μεταβὰς, περὶ πάσης ἔθους ἐξαλλαγῆς ἀθρόας διειλέχθη μέχρι δεῦρο. περιεχομένων γὰρ τῶν εἰδικωτέρων ἐν τοῖς γενικωτέροις, καὶ τῶν κατὰ μέρος ἐν τοῖς καθόλου, καὶ ἡ τῶν κατὰ τὴν κοιλίην ἐξαλλαγὴ συναποδέδεικται τῇ περὶ πάντων ἀθρόᾳ μεταβολῇ, ἀλλὰ νυνὶ πάλιν ἐπὶ τὴν κοιλίαν ἀφικόμενος, τῶν ἐν αὐτῇ μεταβολῶν τὰς διαφορὰς διδάσκει, καί φησι π ο λ λ α π λ α σ ί α ν εἶ ν α ι τ ὴ ν β λ ά β η ν ἐ ν τ ῇ μ ε τ α β ο λ ῇ τ ῆ ς δ ι α ί τ η ς, ὅ τ α ν ἐ κ π ο λ λ ῆ ς ἀ σ ι τ ί α ς ἀ θ ρ ό ω ς π ρ ο ς ε π ε ν ε γ κ ή τ α ι π λ ε ί ω τ ῶ ν σ υ μ μ έ τ ρ ω ν, ἤπερ ὅ τ α ν ἐ κ π ο λ λ ῆ ς ἐ δ ω δ ῆ ς ε ἰ ς ἀ σ ι τ ί α ν μ ε τ α β ά λ λ ῃ. τούτῳ δ' αὐτῷ πάλιν ὅμοιον παρενέβαλε (τὸ?) περὶ τὸ πᾶν σῶμα γιγνόμενον. ἧ τ τ ο ν γ ὰ ρ β λ ά π τ ο ν τ α ι μ ε τ α β ά λ λ ο ν τ ε ς ἐ ξ α ί φ ν η ς ε ἰ ς ἡ σ υ χ ί α ν ἐ κ κ ι ν ή σ ε ω ν, ἤπερ ὅ τ α ν ε ἰ ς κ ί ν η σ ι ν ἐ ξ ἡ σ υ χ ί α ς. πάλιν δὲ κἀνταῦθα προςέγραψεν ἐπανορθώματα τῆς ἀκαίρου μεταβολῆς, ὥςπερ κἀν τοῖς ἔμπροσθεν· οὐκ ἀναγκαῖον δὲ οὐδὲ τοῦτο τῷ προκειμένῳ σκέμματι. ἃ δ' οὖν προςέγραψε ταῦτά ἐστι· τ ο ὺ ς μ ὲ ν ε ἰ ς ἀ σ ι τ ί α ν* (ita recte Littréus emendavit *ἀργίαν*) *μ ε τ α β α ί ν ο ν τ α ς, ἐ κ κ ι ν ή σ ε ώ ς τ ε κ α ὶ π ρ ά ξ ε ω ς ἐ λ ι ν ύ ε ι ν ἀ ξ ι ο ῖ, τουτέστιν ἡσυχάζειν τ ῷ π ά ν τ ι σ ώ μ α τ ι· τοῦτο δὲ ταὐτόν ἐστιν ἐκείνῳ τῷ, ὅκου λιμὸς οὐ δεῖ πονέειν· τ ο ὺ ς δ' ε ἰ ς ἡ σ υ χ ί α ν ἐ κ π ο λ λ ῆ ς τ α λ α ι π ω ρ ί α ς, ὀ λ ι γ ώ τ ε ρ α π ρ ο ς φ έ ρ ε σ θ α ι, τοῦτο δ' αὖ πάλιν ἐστὶν ἐλινύειν τὴν κοι-*

λίην· ὡς εἴ γε μὴ πονῶν ὅλῳ τῷ σώματι προςφέροιτο τὰ συνήθη, πλῆθος ὑποθρέψει (supplendum puto χυμῶν·) διὸ βαρυνθήσεται τὸ πᾶν σῶμα καὶ πονήσειε· (πονήσει?) σημαίνει δ'αὐτῷ νῦν ὁ πόνος τὴν βλάβην, γενικῶς νοούμενος πολλαῖς ταῖς κατ' εἶδος βλάβαις. — Itaque, ni vehementer fallor, Gal. legit: πολλαπλασίη μὲν οὖν κατὰ κοιλίην ἡ βλάβη ἐστὶν, ἣν ἐκ πολλῆς κενεαγγείης ἐξαπίνης πλέον τοῦ μετρίου προςαίρηται, ἢ εἰ ἐκ πολλῆς ἐδωδῆς ἐς κενεαγγείην μεταβάλλοι· ἀτὰρ καὶ κατὰ τὸ ἄλλο σῶμα, ἢν ἐκ πολλῆς ἡσυχίης ἐξαίφνης ἐς πλείω πόνον ἔλθῃ, πουλὺ πλείω βλάψει ἢ εἰ ἐκ πολλῆς ταλαιπωρίης ἐξαπίνης ἐς σχόλην τε καὶ ῥᾳθυμίην ἐκπέσοι. δεῖ μέντοι καὶ τὸ σῶμα τουτέοισι ἐλινύεεν, δεῖ δὲ καὶ τουτέοισι τὴν κοιλίην ἐλινύειν ἐκ πλήθεος βρώμης. — Iam vero quaero, lectio haec sitne admittenda necne? Mihi propterea reiicienda videtur, quod in postremis δεῖ μέντοι καὶ τὸ σῶμα τουτέοισι ἐλινύειν, illud τουτέοισι non ad proxime antecedentes sit referendum, sed ad priores illos, qui e multi cibi esu ad inediam deveniant: quod quo minus feram ipsa pronominis significatio prohibet: tum vero sequens τουτέοισι, in verbis δεῖ δὲ καὶ τουτέοισι τὴν κοιλίην ἐλινύειν ad postremos, qui e labore ad quietem devenerint, spectabit, quod aeque parum recte habet ac prius illud. — Venio ad nuperrimum editorem qui in vulgari horum verborum ordine ista, ἀτὰρ καὶ κατὰ τὸ ἄλλο σῶμα, ἢν ἐκ πολλῆς ἡσυχίης ἐξαίφνης ἐς πλείω πόνον ἔλθοι, πουλὺ πλείω βλαβείη, parenthesi illata credens, uncinis inclusit: qua re tamen admodum nihil proficit, nec, quas indicavimus, difficultates effugit. — De mea mutatione nihil dicam, quippe interpretatione non eget et omnia iam facile intelliguntur: transposui

membrum periodi, et id mihi sumsi, ut pro ἤ καί ἤν — ἐκπέσῃ scriberem ἤ εἰ — ἐκπέσοι, quo facto haec respondent superioribus ἤ εἰ — μεταβάλλοι. — Vetusti cod. lect. ἐκπεσεῖν ἐς ῥαθυμίην praetuli prae ἐμπεσεῖν ἐς ῥ. vulgatae, melius accommodatum hoc verbo reputans alterum in transitu ad quietem.

ἐλιννύειν] — Dissensio est inter Grammaticos de hoc verbo an per duplex an vero per simplex ν scribendum sit. cf. Koen. et Schaef. ad Greg. Cor. p. 502. — Mihi cum Buttmanno, Gr. Gr. vol. II. p. 63. ἐλινύειν postulare videtur analogia.

§ 48.

Ἀγρυπνίη — τὸ σῶμα.] — Verba haec in codd. MSS. et editt. aliam sedem occupant. Prior pars, ἀγρυπνίη — ἐμποιέει, vulgo legitur in fine § mihi 49, post σημεῖα. — Pars vero posterior ἐπεὶ — τὸ σῶμα scripta habetur in fine § mihi 45, pone ὁτιοῦν. — Ultro patet tum inepte verba ita loco utroque inseri, tum etiam necessario coniungendam esse utramque § nostrae partem eo, quo iam descripsi, ordine. — Nimirum § 46. initium cum fine § 45. tam arcte cohaeret, ut intermediis verbis ἐπεὶ — τὸ σῶμα inepte disiungantur in pristino verborum ordine. Verum ad verba ἀγρυπνίη — ἐμποιέει eo loco, quo olim ferebantur, ipse Gal. iam seqq. adnotavit: πολλάκις ἐνενόησα τοῦτο τὸ βίβλιον ἐν τύποις εὑρεθὲν ἐκδιδόσθαι (lege ἐκδεδόσθαι) μετὰ τὸν Ἱπποκράτους θάνατον. ἡ γὰρ ἀταξία τῶν λόγων οὐκ ἄλλως ἔοικεν ἢ οὕτως γεγονέναι, προγεγραμμένων μὲν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Ἱππ. ἐν τῷ βιβλίῳ τῶν εὑρισκομένων αὐτῷ παραδειγμάτων εἰς τὴν

τοῦ καθόλου πίστιν, ἐνίων μὲν ἐπὶ τοῦ μετώπου, ἐνίων δὲ κατὰ τοῦ νώτου, μὴ δυνηθέντος δὲ τοῦ ἐγγραφομένου τὴν οἰκείαν ἑκάστῳ τάξιν ἀποδοῦναι. τὸ γοῦν ἐν τῇ προκειμένῃ ῥήσει λεγόμενον ὑπ' αὐτοῦ, φανερωτάτην ἔχει ἀταξίαν. οὐ γὰρ νῦν ἀλλὰ ὀλίγον ἔμπροσθεν ἦν ὁ καιρὸς αὐτοῦ κατ' ἐκεῖνον τὸν λόγον, ἐν ᾧ περὶ τῆς παρὰ τὸ ἔθος εἰς τοὐναντίον μεταβολῆς ἔγραψε παραδείγματα. — Cum hoc in eo quidem consentio, quod verba alienum occupasse locum dicit, non credo tamen Hippocrati, sed librariis, rem esse tribuendam. Iam vero e Galeni sententia, si recte eius mentem ceperim, ad hunc locum retuli, quo certe aptiorem alium reperiri nullum. Primum credidi Galenum spectasse finem § mihi 37., quorsum tamen quominus referas impedit § 36., ubi tantum βρωμάτων et ποτῶν mentio facta est: postea vidi aptissime h. l. inseri: tandem vidi Galenum verosimiliter eundem locum innuere, quum dicat ὀλίγον ἔμπροσθεν. Ceterum his verbis apte collocandis fere unice intentus et textum e noviss. Ed. describens praeter voluntatem dedi ἀπεπτότερα ποιέει pro ὠμὰ καὶ ἀπεπτότερα ποιέει, e quibus Littréus ὠμὰ καὶ vet. cod. auctoritate ejecit, credens ὠμὰ glossam esse. Secus sentio: ὠμὰ καὶ ἀπεπτότερα coniuncta ad solitam orationis Ionicae abundantiam omnino pertinent, neque facile ad vocabulum apud recentiores etiam usitatissimum glossema adscriptum fuerit.

ἑφθότητα.] — Epid. IV. p. 1125 E. ἀπόσιτοι καὶ ἑφθοί, καὶ ἀσώδεες. — Vernacula etiam frequens *gekookt zijn*, de defatigatione.

ὑπαίθριος] — Vulgo ὕπαιθρος, quam lect. notavit Lobeck ad Phryn. p. 251.; quum tamen optimus cod. ὑπαίθριος ferat, et noster Epid. I. p. 614. Ed. Littr.

μιξαίθρια scribat, malui veteris illius membranae scripturam sequi.

§ 49.

σημεῖον . . . . . ἢ κατὰ τὸ ἔντερον κενεαγγικὸν, ἢ ἐρεθιστικὸν, ἢ κατὰ τὰ ὑποχόνδρια ὁκοῖα γεγράψεται σημεῖα.] — Gal. in comm.: *κοινῷ δὲ ὀνόματι*, inquit, *τῷ τοῦ ἐρεθισμοῦ περιέλαβε πάντα τὰ καθ᾽ ὁντιναοῦν τρόπον εἰς ἀῤῥωστίαν ἄγοντα τὴν δύναμιν, ἐν οἷς ἐστι καὶ ἡ δῆξις ὑπὸ δριμέων χυμῶν, ἤτοι κατ᾽ ἔντερον, ἢ κατὰ γαστέρα γενομένη, καὶ μάλιστ᾽ αὐτῆς κατὰ τὸ στόμα, καὶ ἀγρυπνία, καὶ ὀργὴ, καὶ λύπη, καί τινες ἕλμινθες ἐκ τῶν ἐντέρων ἀναβᾶσαι πρὸς τὴν γαστέρα, καὶ κνῆσις τοῦ δέρματος ἅπαντος, ἢ καὶ μορίων τινῶν, ἐπιθεμένη διὰ νυκτὸς, ὡς μὴ μόνον αὐτῷ τὸ* (lege *τῷ*) *ἐρεθίζειν ἀλλὰ καὶ σὺν ἀγρυπνίᾳ καταλῦσαι τὴν δύναμιν.* — Vereor ut locum recte ceperit Galenus: nimirum latius apud illum patet vocis *ἐρεθιστικὸν* significatio, quam nostrum voluisse credo: quippe tum *κενεαγγικόν*, tum *ἐρεθιστικὸν* ad *τὸ ἔντερον* referendum puto. — Epid. enim I. aegr. 12. *ἀπὸ δὲ κοιλίης ἐρεθισμῷ ὑγρὰ, ταραχώδεα διῆλθε μετὰ ἑλμίνθων.* — Epid. III. aegr. penult. *ἑπτακαιδεκάτῃ ἀπὸ κοιλίης ἐρεθισμὸς ταραχώδης, ἔπειτα αὐτὰ τὰ ποτὰ διῄει* — Itaque *κενεαγγικὸν* intelligo de molesto famis sensu: fortasse etiam de diarrhoea accipiendum: — *ἐρεθιστικῷ* de crebra alvi excretione cum tenesmo.

§ 50.

οἰνώδεα.] — Ad hanc vocem iuvabit contulisse Oecon. Hipp. — Gal. in comm.: *ὀνομάζεται δὲ ὁ μὲν ἰσχυρὸς οἰνώδης, ὁ δ᾽ ἀσθενὴς ὑδατώδης.* — Ceterum de ratione,

qua his locis de vino in universum exponit Hippocrates, haec Gal. de Alim. fac. III. 40. vol VI. p. 743. Kühn: *ἃς γὰρ Ἱπποκράτης δυνάμεις εἶπεν ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων, οὐχ ὡς τροφῆς εἰσιν, ἀλλ' ὡς φαρμάκου μᾶλλον. ἐκείνας μὲν οὖν ἐν τῷ τρίτῳ τῶν εἰς ἐκεῖνο τὸ βίβλιον ὑπομνημάτων ἐξηγήμεθα.*

ὁ μὲν γλυκὺς ἧσσόν ἐστι καρηβαρικός.] — Olim legebatur *καρηβαρικώτερος*: — positivum dant Gal. lib. de plac. Hipp. et Plat., Erot. in voce *οἰνὸν οἰνώδη*, Athen. II. 45. e. f., ubi haec: *καὶ ὁ γλυκάζων δ' οἶνος οὐ βαρύνει τὴν κεφαλὴν, ὡς Ἱπποκράτης ἐν τῷ περὶ διαίτης φησὶν, ὃ τινες μὲν ἐπιγράφουσι περὶ ὀξέων νοσημάτων, οἱ δὲ περὶ πτισάνης, ἄλλοι δὲ πρὸς τὰς κνιδίας γνώμας. λέγει δέ· ὁ γλυκὺς ἧσσόν ἐστι καρηβαρικὸς τοῦ οἰνώδεος, καὶ ἧσσον φρενῶν ἁπτόμενος, καὶ διαχωρητικώτερος τοῦ ἑτέρου κατ' ἔντερον.* — Vetustissima illa Bibl. Reg. membrana itidem *καρηβαρικός*. — Ceterum *ἧσσον* cum comparativo habemus in Progn. p. 128. Littréo, ubi de *οἰδήμασι μαλθακοῖς* in hypochondriis: *ἧσσον ἐκείνων δεινότερά ἐστι.* — Coaca vero 281.: *ἧσσόν ἐστιν ἐπικίνδυνα.* — Cum comparat. *μᾶλλον* coniungitur non raro, cf. Dorvill. ad Charit. p. 146. Hinc fit ut putem recte Littréum p. 74. Lib. de Aëre aq. l. nostro restituisse *ἐντονώτερα μᾶλλον γίγνεται, καὶ τροφιμώτερα*, ubi Coray *μᾶλλον* reiiciendum censet; sed contra vellem servasset *καὶ διηρθρωμένα τὰ σώματα μᾶλλον*, quod pro simplici *ἠρθρωμένα* non sine causa idonea illum dedisse puto, adlato exemplo loci, qui est p. 92. Littréo, *καὶ διηρθρωμένους καὶ ἐντόνους*: compositum enim, me iudice, hoc loco omnino requiritur et *ΔΙ* pone *ΚΑΙ* facile interire potuit.

μεγαλόσπλαγχνος δὲ σπληνὸς καὶ ἥπατος] — Gal. in comm. *μεγαλόσπλαγχνος* exponit *αὐξάνων τῶν σπλάγχνων τοὺς ὄγκους*. Itaque transitive sumi recte vidit: primario suo significatu occurrit § 53. Magis usitatum de animo generosis. cf. Oecon. Hipp., vide interprett. ad Erot. p. 248.

οὐ μὴν πολέμιός γε αὖ τῷ ἐντέρῳ τῷ κάτω.] — *αὖ*, quod Gal. praebet, cum Vassaeo et Lind. recepi, quia ad perspicuitatem orationis conferre videtur, et aptissime h. l. de re non facta sed exspectata tamen usurpatur.

καὶ γὰρ οὖν ἧσσον οὗτος διουρητικὸς γίγνεται.] — Pro *γίγνεται* h. l. *ἐστὶν* cod. vetustiss. — Nolui recipere, quod nec nuperrimus editor fecit, quia Herodotus etiam *γίνεσθαι* eodem, quo *εἶναι*, sensu usurpat; vid. Wessel. ad Herod. VII. 11.; ubi ipse ad cap. 51. istius libri demittit, quod inspicere iuvabit. Aliud quid, me iudice, est, quod p. 26. Ed. Littréo, habemus in Lib. de Aëre, aq., locis. . . . . *βραγχώδεας διὰ τὸν ἠέρα, ὅτι ἀκάθαρτος ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ αὐτόθι γίγνεται καὶ νοσώδης· οὔτε γὰρ ὑπὸ τῶν βορείων ἐκκρίνεται*: ibi enim *ἀκάθαρτος γίγνεται καὶ νοσώδης* valere dixerim *οὐ καθαίρεται καὶ νοσώδης γίγνεται διὰ τὴν ἀκαθαρσίην.*

οἷσι δὲ μὴ διψώδης] — Video in Gal. de placitis Hipp. et Plat. excidisse verba: *μᾶλλον ἀνάγοι ἂν τοῦ ἑτέρου. ὁ δὲ λευκὸς οἰνώδης*, quod tum in Ed. Basil, tum in Chartieriana et Kühniana factum, ita ut tandem restituendum sit.

§ 51.

ἐς δὲ κύστιν μᾶλλον πόριμος ἐὼν τοῦ ἑτέρου καὶ διουρητικὸς δ' ἐὼν καὶ καταῤῥηκτικὸς αἰεὶ προςωφελοίη ἂν ἐν

ταύτῃσι τῇσι νούσοισι.] — Istud *δ' ἐὼν* e Gal. adscivi, qui tum h. l. in textu, tum lib. de Plac. Hipp. et Plat. *δὲ ὢν* habet, licet posteriori loco in *δὲ ἂν* abierit. — Non perinde est utrum adponas nec ne, nam *δ' ἐὼν* additum id efficit, ut *μᾶλλον* non amplius ad *διουρητικὸς* et *καταῤῥηκτικὸς* referatur. Est autem illud *καὶ* — *δὲ*, interposito nomine, nostro frequentissimum: § 53. *καὶ διαχωρητικὸν δὲ κάτω χολωδέων*: in libris Praenn. Coacarum et Prorrh. I. plurima exempla, v. c. Prorrh. 42. 113. 139. 152. Est ubi perperam *δὲ* in *δὴ* mutatum vidi: Coaca 50. *καὶ δίψα δὲ τοιαύτη πονηρόν*: Duretus et Lind. de coniectura, ni fallor, *δὴ* scribunt: male. De significatu illius *καὶ* — *δὲ* cf. Herm. ad Vig. p. 544., quocum *et vero* reddere malo, quam *praeterea*, siquidem vis quaedam intensiva inesse mihi videtur.

ἅσσα ἀκαταμάθητα ἦν.] — Ita cod. vetustiss., qui solus veram lectionem servasse mihi visus est; cet. *ὁκόσα* et *ὅσα*, quae quid huc faciant non perspicio. *Ἅσσα* pro *ἅτινα*: de *ὅςτις*, *qui quidem*, cf. Vig. p 28.

§ 52.

κιῤῥῷ δὲ οἴνῳ καὶ μέλανι αὐστηρῷ.] — Gal. in comm. *διττὸς . . . ὁ κιῤῥὸς . . . ὁ μὲν γλυκὺς, ὁ δὲ αὐστηρὸς*, itaque *αὐστηρῷ* loco nostro tum ad *τὸν κιῤῥὸν*, tnm ad *τὸν μέλανα* refert. Recte: sed operae pretium ad hoc vinum conferre librum de Int. aff. ubi p. 474. *καὶ πινέτω οἶνον αὐστηρὸν Κῷον ὡς μελάντατον* et ibid. p. 485. *πινέτω δὲ οἶνον Κῷον ὑπόστρυφνον ὡς μελάντατον.* Nimirum librum Cnidiis adscribendum esse vidimus supra ad § 2.: quae sententia h. l. egre-

gie confirmatur: Hippocrates Cous vinum insulae suae modo *μέλανα αὐστηρὸν* vocat: — Cnidii eundem *οἶνον μέλανα* spectantes *Κῷον* vocant, ne cum alio nigro austero confundatur. *Πράμνιον*, cuius mentio fit Lib. de M. mul. I. p. 749. *καὶ ὁ οἶνος ἤτω πράμνιος*, et Lib. II. p. 855. *ἐπὶ οἶνον Πράμνιον ἐπιπάσσουσα πινέτω*, etiam fuit *οἶνός τις μέλας καὶ αὐστηρὸς*, de quo utrum a loco quodam nomen habeat, an vero species vini *πράμνειον* dicatur, haud certum: cf. Periz. ad Ael. XII. 31. Var. Hist. Libro de Int. aff. p. 497. *οἶνον δὲ πινέτω μέλανα αὐστηρὸν, ἢ ξυμφερῇ αὐτῷ· ἢν δὲ μὴ λευκὸν, ὑδαρὸν (ὑδαρὲς* lege) *αὐστηρόν*. Itaque inter *κιῤῥὸν αὐστηρὸν* et *λευκὸν αὐστηρὸν* id interesse videtur, quod hoc magis sit aquosum, quapropter Hipp. h. l. etiam *ἐκ τοῦ λευκοῦ μεταβλητέον* esse dicit *εἰ καρηβαρίη μὲν μὴ ἐνείη κ. τ. λ. Οἴνου Κῴου* mentionem factam vidi etiam apud Gal., ut fert inscriptio, *εὐποριστῶν β'*. p. 470. XIV. Kühn.

φρενῶν ἅψις.] — Cf. Oecon. Foës. in *ἅπτεσθαι*. Paulo superius legimus *ἧσσον φρενῶν ἁπτόμενος*. Aretaeus nostrum imitatus p. 101. F. *ὡς μὴ ἅψιν φρενῶν ὁ οἶνος ποιέηται.*

προςξυνιέναι] — Ita omnino legendum: vulgatum in antiquioribus Editionibus *προξυνιέναι* ferendum non est. Erotianus *ξυνιέναι.*) *συνεπινοεῖν. κεῖται καὶ ἐν τῷ περὶ Πτισσάνης*. Eustach ad istum locum: « in Libro quem inscribit de Ptisana hanc vocem simplicem non invenio sed *προξυνιέναι*." Fieri potest ut Erot. legerit *πρὸς ξυνιέναι δὲ δεῖ.* — ita ut *πρὸς* — *δὲ* sit idem fere quod *καὶ* — *δέ*, *ἔτι* — *δέ*. — Hoc in memoriam revocat locum e Galeni glossario, ubi;

ποταίνια) τὰ πρόςφατα οἱ Δωριεῖς.
πότι) πότε.
πρός) πρὸς δέ.
πράμνιος) οἶνός τις κ. τ. λ.

Foës. in Oecon. : « πρὸς pro πρὸς δὲ positum apud Hipp ex Gal. adscribunt quaedam exegeseos exemplaria, idque extra ordinem alphab." cf. Coray. ad Hipp. I. 142 : « γίγνεται δὲ παισὶ καί. A. γίνεται δὲ πρὸς καί. Cette leçon paroit d'autant plus probable, que F. n'a pas trouvé un seul exemple pour ajouter à la glosse πρός, qu'il explique d'après Galien par πρὸς δέ: de plus ailleurs." — Recte Foësius animadvertit ordinem litterarum non esse servatum, sed quid πότι) πότε? — πότι non est nisi ποτὶ male posito accentu. Itaque locum corruptum ita scribo.

ποταίνια) τὰ πρόςφατα οἱ Δωριεῖς, πρὸς δὲ ποτί. —
πράμνιος) οἶνός τις κ. τ. λ. —

§ 53.

τοῖσι πικροχόλοισι καὶ μεγαλοσπλάγχνοισι ἧσσον ἐπιτήδειον.] — Haec optime intelliguntur collatis § 59. verbis, ubi de aceto mulso: ὑποχονδρίῳ δὲ καὶ σπλάγχνοισι τοῖσι ταύτῃ εὐμενές· καὶ γὰρ τὰς ἀπὸ μέλιτος βλάβας κωλύει· τὸ γὰρ χολῶδες ἐν μέλιτι κολάζεται. — Mel nempe ab antiquis bilem augere credebatur: cf. Gal. de Facult. natur. lib. II. p. 123. Kühn.: ubi locum hunc interpretatur. Cf. de Alim. fac. III. 39. p. 741.

ἔχει γὰρ σμηγματῶδές τι, ὃ μᾶλλον τοῦ καιροῦ κατα-

γλισχραίνει τὸ πτύαλον] — *καιροῦ* dedi e MSS. pluribus apud Littréum, quod latet etiam in *κιῤῥοῦ*, *κηροῦ* cod. med. et Regii vetustissimi: — *μέτριον* glossa est. — Recte monuit Gal. haec ita esse accipienda, ut intelligamus parce tantummodo *σμηγματῶδες* esse *τὸ μελίκρητον*, ita ut non sufficiat ad sputa educenda: nec tamen ei concedo Hipp. melius dicturum fuisse *ἔχει γὰρ σμηγματῶδές τι βραχὺ τὸ μελίκρατον, ὃ μᾶλλον τοῦ μετρίου πολλάκις ἐπιτρέπει τῷ πτυέλῳ καταγλισχραίνεσθαι*: nimirum Galenus crebro disputans cum aliis et, licet semper res spectare se dicat, saepissime tamen verba et voces captans, non semel parum aequus est verborum Hippocratis censor. Hippocrates in melle *σμηγματῶδές τι* inesse tum experientia, tum fortasse ab aliis doctus cognovit; idem autem hoc sumto viscidum sputum non educi vidit, sed viscidius reddi: itaque affirmat *τὸ μελίκρητον ἔχειν σμηγματῶδές τι, ὃ μᾶλλον τοῦ καιροῦ καταγλισχραίνει τὸ πτύαλον*: — idem de oxymelle § 58. *ἔστι δ᾽ ὅτε τὸ κάρτα ὀξὺ οὐκ ἐκράτησε τῆς ἀναγωγῆς τοῦ πτυάλου, ἀλλὰ προςεγλίσχρηνέ τε καὶ ἔβλαψε*. Galenus scilicet plane carebat simplicis sensu illo, sine quo nemo Divini senis scripta intelliget; hinc fit, quod supra iam alicubi dixi, ut plurimis locis in Hippocrate desideret, quod ab huius tempore et doctrinae et ingenii ratione frustra exspectaveris; et, quod longe pessimum, non semel suam illi obtrudit sententiam.

καὶ διαχωρητικὸν δὲ κάτω χολωδέων, ἔστι μὲν ὅτε καλῶν, ἔστι δ᾽ ὅτε κατακορεστέρων μᾶλλον τοῦ καιροῦ καὶ ἀφρωδεστέρων.] — Haec omnia proxime cohaerent, ita ut *χολωδέων* ad seqq. omnia pertineat, et intelligendum sit *ἔστι δ᾽ ὅτε χολωδέων καλῶν, ἔστι δ᾽ὅτε χο-*

λωδέων καταχορεστέρων κ. τ. λ. — Saepissime haec coniuncta sunt: infra § seq. τὰ μέντοι ἀφρώδεα διαχωρήματα καὶ μᾶλλον τοῦ καιροῦ καταχορέως χολώδεα. cf. Coacas 602. 606. 607., vide in voce καταχορὲς Oecon. Hipp. — Aretaeus p. 11. C. ἐκτάραξις πολλῶν χολωδέων ἐπάφρων.; p. 16. E. οὖρα χολόβαφα καταχορέως.; p. 17. C. ξὺν ναυτίῃ ἐς ἔμετον διεκθέει ξανθὴ χολὴ καταχορέως. Quapropter emendandus Progn. locus p. 136. Ed. Littréo: Ὑδαρὲς δὲ κάρτα, ἢ λευκὸν, ἢ χλωρὸν, ἢ ἐρυθρὸν ἰσχυρῶς, ἢ ἀφρῶδες διαχωρέειν, πονηρὰ ταῦτα πάντα. — Nempe ἢ ἐρυθρὸν, quod deficit in cod. med. antiquo et in Gal. comm. ad Phorrh. I. Ed. Bas. p. 199. vs. 49. et in textu Prognostici cum schol. Steph. Athen. coniuncto, tum e nostri, tum e Gal. editionibus eximendum est, ut ἢ χλωρὸν ἰσχυρῶς καὶ (sic) ἀφρῶδες arctius iungantur, quemadmodum in comm. ad Progn. h. l. χλωρὸν ἰσχυρῶς scribit: tum vero inferius in verbis ἔστι δὲ τὰ τοιαῦτα ξυσματώδεα καὶ χολώδεα καὶ πρασοειδέα, post χολώδεα e Galeno adsciscere oportet καὶ αἱματώδεα ad similitudinem Coacae 631., unde locus iste desumtus est.

§ 54.

καὶ ἄλλα σίνεα μεγάλα.] — σίνειν οἱ Ἴωνες ἀντὶ τοῦ βλάπτειν, inquit Gal. in Comm. vid. Lex. Herod. in σῖνος et Hesych. cum interprett.

ἀλεξητήρια δὲ τουτέων γεγράψεται.] — Recte nuperrimus editor ἀλεξητήρια recepit pro ἀλεξιτήρια, quod olim legebatur; Hemsterh. ad Aristoph. Plutum p. 301: « Ante Kusterum legebatur ἀλεξιτήριον, quomodo saepius in scriptis medicorum libris et antiquis Edd., sed invita Graecae linguae norma." — Gal. in comm. ad

haec verba: *ὅτι προῄρηται καθ' ἕκαστον εἶδος νοσήματος ἰάματα γράψαι, καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐδήλωσε καὶ νῦν οὐχ ἧττον· εἰ δ'ἔστιν Ἱπποκράτους ἄξια τὰ προςκείμενα τῷδε τῷ βιβλίῳ τὰ μετὰ τὸ λουτρὸν, ὅσα τε ἐν τοῖς περὶ νόσων, ἢ περὶ παθῶν γέγραπται, κατὰ τὴν ἐξήγησιν αὐτῶν ἐπισκεψόμεθα.*

§ 56.

κατέγνωσται δὲ μελίκρητον ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ὡς καταγυιοῖ τοὺς πίνοντας καὶ διὰ τοῦτο ταχυθάνατον εἶναι νενόμισται.] — In his *ὅτι καταγυιοῖ* Servinus e MS., quem secutus est Lind.; sic etiam cod. Voss., alii. Idem autem Latine dedit Foës.: « Damnata est aqua mulsa, . . . quod epota ad extremam imbecillitatem deducat." Corn.: « veluti, quae bibentes ipsam extreme debilitet." Hic *ὡς* exprimere conatus est quidem, sed non placet tamen quod Latine scripsit. Gal. ex h. l. uti videtur: *καταγυιοῖ) εἰς ἔσχατον ἀχρηστίας ἢ ἀσθενείας ἄγει.* Neque hic verbi modum intellexit: est enim *καταγυιοῖ* Optat., non Indic. *Ὡς* autem significat *quasi vero* et sic cum Optat. construitur de re, quam ipse auctor veram non esse iudicat. Cf. Xenoph. Anab. I. 1. *διαβάλλει τὸν Κῦρον πρὸς τὸν ἀδελφὸν, ὡς ἐπιβουλεύοι αὐτῷ.* — Ad *ταχυθάνατον εἶναι νενόμισται* conf. Lex. Herod. in *εἶναι*; nimirum Infinitivus iste fere abundat: Coray ad Hipp. verba, *ἰσημερίαι νομιζόμεναι εἶναι*: « on peut au reste se passer du mot *εἶναι*." vol. I. p. 149. Nostro tamen hic usus aeque frequens atque Herodoto: sic in Progn.: *τὰς μὲν κάτω φερομένας ἀγαθὰς εἶναι νομίζειν καὶ ἐπαινέειν . . . . . τὰς δὲ ἄνω . . . . κακὰς εἶναι καὶ μέμφεσθαι.* Hinc

§ 57.

ἀρετὴν δὲ ἥντινα αὐτέῳ προςθέω διαφέρουσάν τι τοῦ ὠμοῦ οὐκ ἔχω.] — Cf. § 62.: *ὕδατι δὲ ποτῷ . . . . . . ἄλλο μὲν οὐδὲν ἔχω ἔργον ὅ τι προςθέω.*

ἀκοπρωδέστερόν ἐστι.] — Hoc quidem vocabulum in Oecon. Foësii desidero: in Coacis *διαχωρήματα κοπρώδεα*, quod vir egregius sub voce *κόπρος* notavit. *'Ακοπρωδέστερον* duplici modo accipi posse videtur, vel ita ut cruda mulsa cocta plus stercoris educat, vel quod maiorem faecum quantitatem peracto digestionis negotio relinquat, nec tamen materiae excretionem cogitet Hipp. — Hoc quidem spectari verosimile iudico, collato loco, qui est § 62., de aqua: *προςβλάπτει δέ τι καὶ διὰ τόδε, ὅτι ἄκοπρόν ἐστι φύσει*, ubi aliter accipere non possum. Gal. secus sentit: *ἔτι δὲ ἄκοπρον ὄν*, inquit, *οὐδ' ὑπαγωγήν τινα τῆς γαστρὸς ἐργάζεται*, quae quidem interpretatio minus placet: nempe divinus senex sic existimasse videtur, ut faeces intestinis ipsis utiles esse crediderit ad obtegendam horum cuticulam et ab acrium ingestorum stimulo arcendam: hinc § 60.: *τοῖσι δὲ ποτῷ μοῦνον διαιτωμένοισι ἄνευ ῥυφημάτων διὰ τόδε οὐκ ἐπιτήδειόν ἐστι αἰεὶ καὶ διὰ παντὸς χρέεσθαι τούτῳ* (i. e. *ὀξυμέλιτι*), *μάλιστα μὲν διὰ ξύσιν ἢ τρηχυσμὸν τοῦ ἐντέρου. ἀκόπρῳ γὰρ ἐόντι μᾶλλον ἐμποιέοι ἂν. καὶ ταῦτα κενεαγγείης παρεούσης.* — In postremis optimus cod. *καὶ* ante *ταῦτα* omittit, quo fit ut eo magis mihi firmata videatur emendatio, qua *ἄκοπρον γὰρ ἐόν τι μᾶλλον ἐμποιέοι ἂν ταῦτα, κενεαγγείης παρεούσης* scribendum conieceram; quod iam exhibebo.

ὧν οὐδετέρης τιμωρίης προςδέεται μελίκρητον.] — Hanc veteris illius cod. lectionem cum nuperrimo editore praetuli prae vulgata *ὧν οὐδετέρου ἐς τιμωρίην π. μ.*: nempe quam maxime possum cod. illum sequor. Altera vero lectio facile etiam feretur: eam recte cepit Cornarius, minus bene Foësius, quorum, si lubeat, verba Latina conferas.

§ 58.

ἄγχιστα.] — Ex Homeri *ἄγχιστα ἐῴκει* notissimum *ἄγχιστα* pro *μάλιστα*: exposuit Erot.

τῶν κακοτήτων.] — h. l. etiam *δεικτικῶς* articulum sumi puto pro *τούτων τῶν κακοτήτων*, quas nempe paulo superius ipse indicavit.

καιροὺς μέντοι τοιούςδε ἔχει.] — Gal.: *καιροὺς ἤτοι τῆς χρήσεως αὐτοῦ* intelligit, *καθότι σύνηθες, ἢ τοὺς τῆς ὠφελείας*: accipio de indicatione et contraindicatione huius potus, ut recentiorum medicorum oratione utar.

τὸ μὲν γὰρ κάρτα ὀξὺ οὐδὲν ἂν μέζον ποιήσειε πρὸς τὰ πτύαλα τὰ μὴ ῥηϊδίως ἀνιόντα.] — Gal. et optimi codd. *μέσον*. Audiendus Galenus: *Νυνὶ δὲ βούλομαι*, inquit, *περὶ τῆς γραφῆς, τῆς ἐν πολλοῖς τῶν βιβλίων εἰπεῖν. οὐ γὰρ διὰ τὸ σ τὴν δευτέραν συλλαβὴν τοῦ μέσου* (lege: *μέσον*) *ὀνόματος, ἀλλὰ διὰ τὸ ζ γεγραμμένην εὑρίσκομεν, ὡς εἶναι τὴν ὅλην λέξιν τοιάνδε· τὸ μὲν γὰρ κάρτα ὀξὺ οὐδὲν ἂν μέζον ποιήσειεν. ἔστι δὲ τοῦτο ψεῦδος· αὐτὸς γὰρ ἐπιφέρων δείκνυσιν, ἐνίοτε μὲν μεγάλην ὠφέλειαν ἐξ αὐτοῦ γιγνομένην, ἐνίοτε δὲ βλάβην, ὥςτ' ἀεὶ μέγα τι ποιεῖ καὶ οὐδέποτε μικρόν. ἐφ' οὗ δὲ ἀληθὲς εἰπεῖν ἐστιν ἀεί τι γίγνεσθαι κακὸν*

μέγα ἢ ἀγαθὸν, περὶ τούτου κάλλιον ἄν τις εἴποι καὶ μηδὲν μέσον ὑπ' αὐτοῦ γίγνεσθαι. Immo vapulet Galenus cum suo *μέσον* et futili *λαλιᾷ*, qua Corn Foës. et nuperrimum editorem in errorem induxit. Acutus scilicet Galenus quandoque dormitat, nec planam licet et perspicuam intelligit divini senis orationem: quid enim? *αὐτὸς* (Hipp.), inquit Pergamenus noster, *ἐπιφέρων δείκνυσιν ἐνίοτε μὲν μεγάλην ὠφέλειαν ἐξ αὐτοῦ γιγνομένην, ἐνίοτε δὲ βλάβην*: at minime de valde acido oxymelle affirmat Hippocrates boni quid illud praestare, affirmat tantum subinde nocuisse *τῷ γλισχραίνειν τὸ πτύαλον.* Divinus senex haec fere docet: « acerrimum oxymel minime praestat prae minus acido: quodsi enim sputa educeret prodesset omnino: sed hoc non fit, verum interdum vel magis lenta et tenacia illa reddidit, adeo ut nocuerit." Est vero hoc cum medicorum experientia quotidiana maxime consentaneum: quivis enim continuo videt medicamina prae aliis, sive eiusdem, sive affinis generis, magis incitantia non semper prae minus incitantibus maiorem edere effectum, quin etiam in magno virium lapsu ne vel maxime ceteroquin efficax remedium ullum edit effectum omnino. Huiusmodi casum vero nostrum h. l. spectare e seqq. ultro patet.

ἐγκέρχνοντα.] — Cf. Oecon. Foës. in *κέρχνω.* Salmas. ad Solin. p. 240 seq. Valck. ad Eurip. Phoen. vs. 1395.: « Recentior, inquit, et emollita fuit pronunciatio *κέγχρος* et *κέγχρωμα*, vetus atque asperior *κέρχνος* et *κέρχνωμα* . . . . perparum distabant a se invicem Ionica Dialectus et Attica vetus, qua Tragici fuerunt usi." Aret. p. 91. C. *ἦν δ' ἄκερχνος ἔῃ.* 127. A. *φάρμακον δὲ ἀρτηρίῃ ἄκερχνον.*

διαπτερώσεις.] — Qui fiat ut Foësius Erotiani *διαπτερώσιες* ex h. l. desumtum esse affirmet, non intelligo. Vide Hemsterh. notam ad Hesych. in *διαπτύσαι*. Aret. 127. A. *διαπτερῶσαι βρόγχον*.

κῆν ἐλπίδα ἔχῃ, διδόναι.] — Exspectaveris fere *κῆν ἐλπίδα ἔχῃς, διδόναι*, ut medicus spem fovere dicatur: aliis tamen locis etiam ad aegrum ipsum spem refert Hipp, v. c. in Progn. loco de auris inflammatione: *ἐλπὶς τῷ νεωτέρῳ περιγενέσθαι*.

§ 53.

τὸ μέντοι ὀλίγον ὕποξυ,] — Hanc lect. cod. vetustissimi prae reliquis praetuli: nam *ἔποξυ* h. l. minus congruum videtur et ex altera lect. ortum fortasse duxit. Galenus, alii, *τὸ μέντοι ὀλίγον ὀξύμελι*: in varr. lectt. ad calcem Ed. Foësianae: « *τὸ ὀλίγον* qualitatis est nomen, non quantitatis, i. e. parum dilutus, quod opponitur *τῷ κάρτα*, quod habetur etiam p. praeced. vs. 46." Recte quidem: sed puto lectionem sic se habuisse: *τὸ μέντοι ὀλίγον ὀξὺ μέλι ὑγραίνει κ. τ. λ.*

σπλάγχνοισι τοῖσι ταύτῃ.] — Haec optimi codicis et Galeni lectio, quam Lind recte secutus est, plana et sola vera. Non ferendum est, quod nuperrimus editor exhibet: *ὑποχονδρίῳ δὲ καὶ σπλάγχνοισι καὶ ταύτῃ εὐμενές.*

καὶ ξύσματα ἐμποιέει] — Haec et seqq. *ἔτι δὲ καὶ ἄλλως γυιοῖ* respicit Alex. Trall. XII. 1. sub fin. capitis: *ὅτι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀσθενεστέρων ἤδη δυνάμεων οὐκ ἄν τις αὐτῷ* (i. e. *ὀξυμέλιτι*) *χρήσαιτο, καὶ τοῦτ' οἶμαι δῆλον εἶναι τοῖς μεμαθηκόσι τὰ Ἱπποκράτους, καὶ προσομιλήσασι καὶ τῇ πείρᾳ μάλιστα καὶ ὅτι ξυστικὸν ἔχει*

τῶν ἐντέρων — Postrema vitiosa: lego: καὶ προςομιλήσασι καὶ τῇ πείρᾳ μάλιστα, ὅτι ξυστικόν τι ἔχει τῶν ἐντέρων. — Eundem nostrum locum respicit Aëtius in fine libri V. ubi de aceto mulso: βῆχα δὲ κινεῖν τὴν οὐκ οὖσαν τὸ ὀξύμελι καὶ τὸ ἔντερον ξύειν εἴρηκεν Ἱπποκράτης τε καὶ Γαληνός· οὐκ ἐπὶ σωμάτων παχέσι καὶ κολλώδεσιν ὑγροῖς συνεχομένων, ἀλλ' ἐπὶ τῶν καθαρῶν καὶ ἀπερίττων, ἢ ἐπὶ τῶν ἐπὶ λεπτῷ καὶ δριμεῖ ῥεύματι καμνόντων, καὶ τῶν εὐαίσθητα σφόδρα τὰ νευρώδη μόρια κεκτημένων.

φύσας κωλύει περαιοῦσθαι, ἀλλὰ παλινδρομέειν ποιέει.] Comparo Progn. locum de flatu: φῦσαν δὲ ἄνευ ψόφου μὲν περδήσιος διεξιέναι ἄριστον· κρέσσον δὲ καὶ ξὺν ψόφῳ διελθεῖν, ἢ αὐτοῦ ἀνειλέεσθαι. — vid. p. 138. Littréo. Μὲν περδ. dedi pro καὶ π. et μὲν καὶ π., quod ferunt varr. lectt., ut ψόφος περδήσιος coniungerentur, sicuti factum in Coaca 495.

ταύτην καὶ οἶδα μούνην τὴν δι' ὀξυμέλιτος γιγνομένην βλάβην, ἥτις καὶ ἀξίη γραφῆς.] — Posterius καὶ h. l. omnino valet γὲ δή, qua de re vide adnn. ad Vig. p. 501.

§ 60.

πουλὺ μετὰ ῥόφημα] — Gal. μετὰ ῥοφήματος: alterum illud eum legisse patet e comm. — Talis permutatio locum habuit in Coaca 247. et Prorrh. 91. — In Coaca legis: οἷσι φωνῇ ἅμα πυρετῷ ἐκλείπει μετὰ ἀκρισίας, τρομώδεες θνήσκουσι In Prorrh.: οἷσι φωναὶ ἅμα πυρετοῖσιν ἐκλείπουσαι μετὰ κρίσιν τρομώδεες καὶ κωματώδεες τελευτῶσι. — Lege οἷσι φ. ἅ. π. ἐκλείπουσι μετ' ἀκρισίας (ἀκρισίης?), τρομώδεες κ. τ. λ. Coacae praen. restituenda sunt verba καὶ κωματώδεες.

ἄκοπρον γὰρ ἐόν τι μᾶλλον ἐμποιέοι ἂν ταῦτα κενεαγγείης παρεούσης.] — De coniectura *ἄκοπρον γὰρ ἐόν τι* scripsi pro *ἀκόπρῳ γὰρ ἐόντι*, quae codd. lect. cf. notam 2. ad § 57. Foësius Latine idem expressit, quod Graece exhibeo, en viri verba! « Nam cum stercore sit vacuum, citius haec fient, idque accedente vasorum exinanitione." Item Cornarius: « Quum enim stercore vacuum sit, magis utique haec induxerit." cet.

ἔπειτα δὲ καὶ τὸ μελίκρητον τῆς ἰσχύος ἀφαιρέοιτο ἂν] — Diverso modo haec verba ab interpretibus accepta vidi. Corn.: postea, inquit, etiam aqua mulsa vires detraxerit." Foës.: « postea autem et aqua mulsa vires suas amiserit." E recentioribus alii alium sequuntur. Corn. *τῆς ἰσχύος ἀφαιρέοιτο* transitive sumit et ad aegrotantis vires refert, Foësius passive et ad mulsam spectare credidit. — Non poterimus tamen quin solam Cornarii interpretationem probemus, modo ad rerum nexum attendamus — Nostrum *ἔπειτα δὲ* alterum membrum est sententiae, cuius prius membrum *μάλιστα μὲν διὰ ξύσιν κ. τ. λ.* — Itaque mirum sane esset, si prius membrum ad aegrum referretur, alterum ad *μελίκρητον*: — sed praeterea illud *τῆς ἰσχύος ἀφαιρέοιτο ἂν* prorsus congruit cum ante dicto § 59.: *ἔτι δὲ καὶ ἄλλως γυιοῖ.* — Forsitan in contrariam te abripiet sententiam quod *μελίκρητον* dixit, non *ὀξύμελι*, quasi dicere voluisset *μελίκρητον* addito aceto, ita ut *ὀξύμελι* fieret, invalidum reddi et infirmum. Me haec parum movent: nam primo quidem haud adeo firmam esse mulsam dixit, robore eius cum aqua collato: tum vero *μελίκρητον* vocavit *τὸ μέλι* § 56. et vero *τό ὀξύμελι καλεόμενον ποτὸν* dixit

initio § 58.: ad quem locum Gal,: *τό καλούμενον καὶ τὸ καλεῖσθαι καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις ἔμαθες αὐτὸν προςτιθέντα ποτὲ μὲν ὡς οὐδέπω συνήθους ἅπασι τοῖς Ἕλλησι τῆςδε τῆς προςηγορίας οὔσης, ποτὲ δὲ ὡς ἀκύρως λεγομένης, ἐνίοτε δὲ ὡς ἐνδεικνυμένης τι τεχνικόν, ὡς ἐπὶ τῶν κροταφιτῶν τε καὶ μασητήρων μυῶν ἐδιδάξαμεν ἀλλ' ὅτι μὲν οὐδὲν ἐνδείκνυται τεχνικὸν ἡ προςηγορία τοῦ ὀξυμέλιτος ἅπαντι δῆλον, ἀλλ' ἤτοι μεμφόμενος, ἢ ὡς οὐδέπω συνήθη διὰ τῆς τοῦ καλεόμενον* (ita legere malim pro vulgato *καλεομένου*) *ἐπεσημήνατο προςθήκης. ἐγχωρεῖ δ' ἑκάτερα· ἴσως μὲν γὰρ τότε πρῶτον εἰς χρῆσιν κοινὴν ἤρχετο. τάχα δὲ καὶ μέμφεται τῇ φωνῇ ὡς ἐμφαινούσῃ, ἤτοι ἐκ τοῦ ὄξους καὶ μέλιτος μόνων συγκεῖσθαι τὸ φάρμακον, ἢ ὡς μέλιτος διαφορὰν δηλούσῃ, ὡς εἰ καὶ οὕτως ἔλεγέ τις· τὸ δὲ μέλι τὸ ὀξὺ δύναμιν ἔχει τοιάνδε.* — Me iudice Hipp. *τὸ ὀξύμελι καλεύμενον ποτὸν* dixit de re medicis hoc nomine appellata, quae vero ceterum minus vulgari in usu fuerit: — nec vero miror eum h. l. *μελίκρητον* vocasse, quum re vera sit mel cum aceto et aqua coctione mistum. Cf. Gal. *ὑγιεινῶν.* I. cap. 6.

§ 61.

ἐν κεφαλαίῳ δὲ εἰρῆσθαι κ. τ. λ. Locum hunc respicit Gal. de Med. simpl. I. 33. vol XI. p. 438. Kühn.: *ὥςπερ Ἱπποκράτης ἔλεγε πικροχόλοις μὲν φύσεσιν χρηστότατον ὑπάρχει* (lege *ὑπάρχειν*) *ὄξος, ἐναντιώτατον δ' εἶναι μελαγχολικοῖς τὴν κρᾶσιν.*

τὰ μὲν γὰρ πικρὰ . . . . . . ὄξος.] — Legebantur haec olim hoc ordine: *τὰ μὲν γὰρ πικρὰ διαλύεται καὶ ἐκφλεγματοῦται μετεωριζόμενα ὑπ' αὐτέου· τὰ δὲ μέλανα*

ζυμοῦται καὶ μετεωρίζεται καὶ πολλαπλασιοῦται· ἀνάγωγον γὰρ μελάνων ὄξος. — Haec propterea ferri nequeunt, quod μετεωρίζεσθαι sit verbum ad fermentationem spectans, ita ut διαλύεται καὶ ἐκφλεγματοῦται μετεωριζόμενα pessime coniungantur: qua de causa verba transposui. — Simili sensu, quo h. l., μετεωρίζεσθαι occurrit apud Aristot. Probl. XXI. 9. τὸ δὲ ἄλευρον μετεωρίζεται διὰ τὸ πυκνὸν σφόδρα εἶναι· τὰ γὰρ πυκνὰ τριβόμενα θερμαίνεται· θερμαινόμενα δὲ καὶ πνευματούμενα μετεωρίζεται κ. τ. λ.

Non licet silentio transire Sprengelii de hisce verbis sententiam. « Dieser Satz, inquit, scheint mir für den Hippocrates zu speculative: ich glaube daher dass er ein Zusatz späterer Aerzte ist. Nicht bloss der Unterschied zwischen schwarzer und gelber Galle macht mich zweifelhaft, sondern die Verwandlung der gelben Galle in Schleim befremdet mich vorzüglich. Auch die meisten Commentatoren selbst aus der Galenischen Schule finden diese Verwandlung sehr parodox. Der Erfahrung widerspricht es ebenfalls dass melancholischen Personen der Essig nicht zuträglich seyn sollte." — Videamus de singulis: — Mihi quidem primum argumentum nullius momenti videtur: nam etiamsi inprimis spectarit praxin, Hippocrates nullam habere theoriam non potuit; nec vero haec magis sunt theoretica, quam quae de fluxionibus et diarrhoeis e capite oriundis ad § 42 ex illius scriptis hausimus. — Alterum argumentum, quod a bilis atrae morbo laborantibus et πικροχόλοις ab auctore distinctis petitur, vel levius est priori illo, nam τῶν μελαγχολικῶν frequenter fit mentio in nostri scriptis: § 34. v. c. legimus οἱ πικρόχολοι τὰ ἄνω: tum vero diver-

sitatis inter bilem atram et amaram cognitio vel antiquior Hippocrate videtur, quum etiam in vetustissimorum Coorum monumentis τὰ μελαγχολικὰ frequenter occurrant. Quod ad permutationem bilis flavae in pituitam attinet, puto Hippocratem rem ab observatione ducere potuisse, quum animadvertisset fortasse amara bile redundantes et sursum deorsumque expellentes, sumtis acidis vegetabilibus, non amplius bilem evomere, sed pituitosam adhuc eiicere materiem, antequam vomitus prorsus sedatus sit. Simile quid etiam in diarrhoeis locum obtinere potuit: hinc forte τὰ πικρὰ διαλύεσθαι καὶ ἐκφλεγματοῦσθαι credidit. Galeno res mira non videbatur: τὰ δ' ἄλλα, inquit, τῆς ῥήσεως σαφῆ· διδάσκει γὰρ ἐν αὐτῇ ὅπως ὠφελεῖ τὸ ὄξος τοὺς πικροχόλους ἐπικρατουμένους ἐν τῇ κράσει τῷ θερμῷ, ψυχρὸν ὑπάρχον αὐτό De ὀξεῖ φλέγματι,· atrae bilis ichore, monet Plato in Timaeo, sed haec res ab hac nostra diversa est. Ultimo loco videndum de aceto melancholicis non noxio: hac de re vel integrum conscripseris librum, ego non negaverim Hippocratem vidisse melancholicos sumto oxymelle in diarrhoeam incidisse et spumosam materiem deiecisse atque etiam superne evomuisse; praeterea in universum certo certius acetum hominibus biliosae mistionis magis proderit, quam melancholicis: tenendum autem nostrum de utrisque aegrotantibus, non sanis, sermonem facere. — Tandem discussis Sprengelii argumentis dicamus et demonstremus illud μετεωρίζεσθαι et ζυμοῦσθαι de bile cum aliis nostri locis pulcre convenire. Comparemus § 53. verba, διαχωρητικὸν κάτω χολωδέων ἔστι μὲν ὅτε καλῶν, ἔστι δ' ὅτε κατακορεστέρων μᾶλλον τοῦ καιροῦ καὶ ἀφρωδεστέρων: haec, inquam, comparemus cum

loco e lib. de Aëre, aquis et locis § 56. 57. Corayo: ἢν δὲ βορήϊόν τε ῇ (τὸ θέρος) καὶ ἄνυδρον, καὶ μήτε ὑπὸ Κύνα ἔπομβρον, μήτε ἐπὶ τῷ Ἀρκτούρῳ, τοῖσι μὲν φλεγματίῃσι φύσι ξυμφέρει μάλιστα καὶ τοῖσι ὑγροῖσι τὰς φύσιας καὶ τῇσι γυναιξί. τοῖσι δὲ χολώδεσι τοῦτο πολεμιώτατον γίγνεται· λίην γὰρ ἀναξηραίνονται. καὶ ὀφθαλμίαι αὐτέοισι ἐπιγίγνονται ξηραὶ καὶ πυρετοὶ ὀξέες καὶ πολυχρόνιοι, ἐνίοισι δὲ καὶ μελαγχολίαι. τῆς γὰρ χολῆς τὸ μὲν ὑγρότατον καὶ ὑδαρέστατον ἀναλοῦται, τὸ δὲ παχύτατον καὶ δριμύτατον λείπεται καὶ τοῦ αἵματος κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ἀπ᾽ ὧν ταῦτα τὰ νοσεύματα αὐτέοισι γίγνεται κ. τ. λ. — Omnia haec cum loco nostro cohaerent et se invicem illustrant: en! huc fere redit Hippocratis doctrina: bilis amara spissiori quadam parte constat et altera liquida magis et aquosa: materia spissa illa magis abundante excreta sunt κατακορέως χολώδεα, sunt fere simul ἀφρώδεα, quasi fermentatione ἐμπνευματούμενα: quod proxime cohaeret cum atra bile sumto aceto ζυμουμένη et μετεωριζομένη et πολλαπλασιουμένη: nam atra bilis non est, nisi bilis ὑπεροπτηθεῖσα καὶ ὀξεῖα, ut dixere recentiores: sumto aceto pars spissa διαλύεται, hinc fit ut parte aquosa huic διαλύσει superstite ἐκφλεγματοῦσθαι dicatur bilis. — Hinc aestatis calore altera parte ὑδατώδει evanida morbi acuti oriuntur, magis condensata materia spissa proprie biliosa; unde ἐνίοισι καὶ μελαγχολίαι hac anni tempestate.

§ 62.

ἐν τοῖσι περιπνευμονικοῖσι.] — Cod. Burdel. scriptura ἐν τοῖσι πλευριτικοῖσι καὶ περιπνευμονικοῖσι a

recentiori manu profecta esse videtur: neque enim semper tam accurate utrumque morbum distinguit noster: v. c. § 67.: ἁρμόζει δὲ ἐν περιπνευμονίῃσι μᾶλλον ἢ ἐν καύσοισι τὸ ἐπίπαν. καὶ γὰρ ὀδύνης τῆς κατὰ πλευρὴν καὶ στῆθος καὶ μετάφρενον παρηγορικόν. Idem patebit perpendenti, quae supra de curatione doloris lateris tradidit.

χολῶδες γὰρ φύσει χολώδεϊ.] — Praeter Galeni locum Comm. ad lib. περὶ ἀγμῶν p. 572. Ed. Bas., quem laudavit etiam nuperrimus editor, operae pretium est Alex. Trall. VI. 1. p. 273. inspexisse: καὶ ψυχρὸν, inquit, εἴ τι κατ' ἐνεργείαν ὑπάρχον, εἴ τε ὀπώραν (suppletum cupio εἴ τε ἄλλο τι) παραιτοῦ. εὔκρατον δὲ πάρεχε καὶ μὴ, ὡς οἱ πολλοὶ, νομίσῃς αὐτὸ χολῶδες εἶναι· καταγέλαστον γὰρ τοῦτο. καὶ καταμέμφονται σαφῶς Ἱπποκράτους, μὴ εἰδότες πῶς εἴρηται· τοῖς οὖν θερμὴν ἔχουσι (τὴν κρᾶσιν supple) καὶ σφόδρα καταξήροις καὶ πυρετῷ κάμνουσι τίς ἂν τούτου εὕροι κάλλιον τῇ χολῇ καὶ μάχεσθαι καὶ νικᾷν αὐτὴν δυνάμενον, εἰ καὶ τροφάς τις ἐπιδώσει τὰς τρέφειν δυναμένας; ἐπεὶ καὶ καθ' ἑαυτὸ τὸ εὔκρατον, ἅτε δὴ ἁπλοῦν ὂν, οὔτε θρέψαι, οὔτε ὑγράναι τὸν κάμνοντα κυρίως δύναται, ἀλλὰ καὶ ξηρὸν καὶ πικρὸν ἀποτελέσει μᾶλλον αὐτὸν τῷ λόγῳ τῆς ἀτροφίας. συγκρίνων οὖν αὐτὸ πρὸς οἶνον καὶ μελίκρατον καὶ τὰς ἄλλας τροφὰς τοῦτο εἶπεν, ὥςτε τὸ εὔκρατον οὐ δεῖ μέμφεσθαι. αὐτὸ γάρ ἐστι τὸ καὶ τὰς ἄλλας τροφὰς καὶ πέττεσθαι καὶ ἀναδίδοσθαι ταχύτερον παρασκευάζον. καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ λέγει ὑγρασίη τροφῆς ὄχημα. ὥςτε μὴ παύσῃ διδοὺς εὔκρατον μεταξὺ τροφῆς καὶ τῶν ἄλλων πομάτων κ. τ. λ. Verba postremo citata finem faciunt libri περὶ τροφῆς. — Ceterum miratus sum Sprengelii verba

dicentis : « Al. von Tralles *tadelt* den Hipp. dass er behaupte die Galle werde durch das Wassertrinken vermehrt."

φιλαδυναμώτατον.] — *φιλαδυναμιώτατον* Gal. in textu et in comm. ad Lib. de Fract. l. l. Altera forma cum *ἀδύναμος*, *μεγαλοδύναμος*, *παντοδύναμος* convenit: cum hocce *φιλαδύναμος* comparo *φιλασθενοί* ex Epist. ad Ptolem., quam anno superiori edidi, p. 281.

ὁκόταν πεπυρωμένον ᾖ.] – Nescio quì factum sit, ut haec verba ad *ἧπαρ* retulerint plurimi interpretes: — unus Grimmius « wenn es warm wird": et ne hoc quidem recte: nempe de aqua calefacta sermo est, sicuti locum accepisse vidimus Alex. Trall.: — frequens est *πυρόω* et *πύρωσις* apud Theophrastum qui de Caus. pl. IV. 12. 2. *τέραμον*, inquit, *καὶ ἀτέραμον πρὸς τὴν πύρωσιν λέγεται καὶ διάχυσιν καί, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, πρὸς τὴν τροφὴν τὴν ἡμετέραν.* — Hic *πύρωσις* fere idem quod *ἕψησις*: ceterum dixerim de aqua aptius *πυροῦσθαι*, quam *ἑψεῖσθαι* usurpari: quum illud inprimis ad gradum caloris mutatum et auctum spectet, hoc ad emollitionem rerum coctarum: Aretaeus II. 6. *ἕψησις μὲν γὰρ ἡ μάλθαξις.* — Miror interpretes non animadvertisse quam absurda dicentem faciant nostrum, *πεπυρώμενον* ad hepar referentes, quum ipsa viscerum inflammatio ea in tumorem excrescere faciat, adeo ut aqua non opus sit ad hunc effectum obtinendum.

καὶ ἐγκλυδαστικόν τε καὶ ἐπιπολαστικόν· βραδύπορόν τε γάρ ἐστι.] — Ex h. l. emendandum censeo Gal. de Rem. simpl. I. 31. *τάχα οὖν τις φαίη διότι βραδύτερόν ἐστι τὸ ὕδωρ καὶ πλεῖστον χρόνον ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις μένει, μήθ' ὑποβιβαζόμενον, μήτ' ἀναδιδόμενον, διὰ*

τοῦτο αὐτῷ μίγνυσθαι τὸ ὄξος οἷον ὄχημά τι τῆς πάντῃ φορᾶς γενησόμενον. — Nimirum locum hunc nostrum Gal. respicit: itaque pro *βραδύτερον* malim *βραδύπορον.*

§ 63.

τὸ ἀπὸ τοῦ οἴνου μένος.] — Quod ad *ἀπὸ* comparo Herod. VII. 19. *ἀπὸ τῆς ἐλαίης τοὺς κλάδους. Μένος* per *ἰσχὺν* exponit Gal.: conf. Homeri loca notissima ubi *μένος ἠελίοιο, πυρὸς, Βορέαο καὶ ἄλλων — ζαχρηῶν ἀνέμων*, cet obvia.

§ 64.

κατὰ ταὐτὰ δέ.] — Ita optimorum MSS. fide *κατὰ ταῦτα* (sic) habentium, leni mutatione lego.

οἷον τὸ κριθινόν.] — Quisnam hic potus sit *κριθινὸς*, hac de re altum est apud Gal. silentium. Herodotus II. 77. de Aegyptiis: *οἴνῳ δ' ἐκ κριθέων πεποιημένῳ διαχρέωνται.* Wessel. ad istum locum citat *πόμα ἀπὸ τῶν κριθέων* ex Aret., *ἐκ κριθῶν μέθυ* ex Aeschyl. Suppl. 900., e Diodoro I. 34. *ἐκ κριθῶν πόμα, ὃ καλοῦσι ζῦθος.* — Herodotus Aegyptios vinum e hordeo confecisse dicit, quum vites in hac regione non crescerent; vide Wessel. ad h. l., schol. ad Aeschyl. vs. 1. *πρὸ γὰρ τῆς εὑρέσεως τοῦ οἴνου τοῦτο ἐξεῦρον Αἰγύπτιοι. Ζῦθος* et *κοῦρμι* ex hordeo quid sint, vide apud Diosc. II. 110. 111. *τὸ καλούμενον δὲ κοῦρμι σκευαζόμενον ἐκ τῆς κριθῆς, ᾧ καὶ ἀντὶ οἴνου πόματι πολλάκις χρῶνται.* Eiusmodi potus in Hispania et Brittannia e tritico parari idem refert: vid. omnino Sprengel. in comm. ad Diosc. p. 455, qui etiam de aliis nominibus *φοῦκας, πῖνον, βρῦτον* monet. Cf. Athen. X. 447. A. I. p. 34. B.

καὶ τὰ ἀπο χλοιῆς ποιεύμενα.] — *χλοιῆς* Doricum est et Ionicum: cf. Greg. Cor. de Dial. Dor. § 32. Etym. M. in *ῥοιά.* et Gal. de Alim. fac. II. 24. sub finem. Similiter infra *ῥοιῆς* et in addit. spuriis *χροιήν.* — Minus recte alii *χλοίης.* — Quod ad rem ipsam attinet, de horum parandi ratione quid sentiendum? fuerintne succi expressi e virentibus herbis, an vero *ἀποβρέγματα* quaedam sive aqua, sive vino parata?

τὰ ἀπὸ σταφίδος.] Gal. de Alim. fac. II. 10. *περὶ σταφίδων* abunde exponit, sed de potu ex iis parato ne verbum quidem habet. Diosc. V. 3. de uvis: *συντίθενται δὲ καὶ μετ' ὀμβρίου ὕδατος προσταφιδωθεῖσαι· γίνονται δὲ αἱ τοιαῦται ἐπ' ὀλίγον οἰνώδεις, διψώδεσι δὲ καὶ καυσώδεσι καὶ χρονίοις πυρετοῖς χρήσιμοι.* Eiusmodi quid h. l. spectari videtur.

καὶ στεμφύλων.] — Vid. Gal. de Alim. fac. II. 9. p. 576. seqq., cf. schol. ad Aristoph. Nubes vs. 46. *στέμφυλα κυρίως λέγεται τὰ ἀποπιέσματα τῶν ἐλαῶν· περιπίσματα δὲ τὰ ἐκ τῶν σταφυλῶν ἀποπιεζόμενα· εὑρίσκεται δὲ καὶ ἀνάπαλιν τὰ στέμφυλα ἐπὶ τῶν σταφυλῶν καὶ τὰ περιπίσματα ἐπὶ τῶν ἐλαῶν.* — Postremum hic locum obtinere puto: cf. Diosc. V. 13. *περὶ δευτερίου καὶ ἀδυνάμου*: quippe Dioscoridis *δευτερίαν* s. *πότιμον* h. l. spectari existimo, de quo, *ἁρμόζει*, inquit, *ἐφ' ὧν διστάζομεν οἶνον διδόναι ἀναγκαζόμενοι δι' ἐπιθυμίαν τοῦ νοσοῦντος καὶ ἐπὶ τῶν ἐκ νόσου ἀναλαμβανόντων χρονίως.*

κνίκου.] — Est *Carthamus tinctorius.* cf. Sprengel. in comm. ad Diosc. II. 187. ubi haec: *τὸ σπέρμα κοπτόμενον καὶ χυλιζόμενον σὺν ὑδρομέλιτι καὶ ζώμῳ ὄρνιθος, κοιλίαν καθαίρει κ. τ. λ.* — Vid. Gal. de Rem. Simpl. III. 24 25. VII. 32. Murray Apparatus medic. I. 144.

μύρτων.] — De vino myrtite et myrsinite Diosc. V. 36. 37. I. 55. habet *ὁ ἐκ τῶν χλωρῶν μύρτων ἐκθλιβέντων χυλός . . . . καὶ ὁ ἐξ αὐτῆς δὲ γινόμενος οἶνος, ἐκθλιβέντος τοῦ κάρπου καὶ ἐπὶ ποσὸν ἀφεψηθέντος· ὀξίζει γὰρ ὁ μὴ οὕτω σκευασθείς.* vid. Sprengel. comm p. 413. Aretaeus p. 132.: *ξὺν ὕδατι ἐστυμμένῳ μύρτοισι ἢ κυδωνίοισι μήλοισι.* — *Μύρτα* fere scribitur, in Etym. Gud. p. 400. invenio *μῦρτα* (sic).

ῥοιῆς.] — *ῥόα*, Malum Punicum. Diosc. I. 151—153. de vino *ῥοΐτῃ* V. 34. vid. Sprengel. p. 412. — Celsus IV. 5. *acidi* mali punici et *dulcis* mentionem facit. cf. Schneid. ad Nicand Alexiph. p. 236. 238. *ἀπυρήνων ῥοῶν* etiam mentio fit apud Athen. XIV. 64. Cf. Gal. de Alim. fac. II. 24.

ὅτε οὖν ἂν.] — Notandus Ionismus pro *ὅταν οὖν*. In verbis *ὅκως περ καὶ τἄλλα* structura quodammodo inflectitur; nam, quum proprie dicendum fuisset *ὅκως περ καὶ περὶ τῶν ἄλλων τῶν ξ. φ.*, scripsit *τἄλλα* referens ad proxime antecedens *γεγράψεται.*

§ 65

τὰ ἄρμενα.] — Vid. Foës. in Oecon. in voce. Adde Suidae locum *ἀρμόδια*, *ἐπιτήδεια* exponentis et citantis epigramma: *Πανὶ τάδ' αὔθαιμοι τρισσοὶ θέσαν ἄρμενα τέχνας.* Ipsum locum vid. in Anthol. VI. 14.

εἰ δὲ μὴ παγκάλως λοῦοιτο βλάπτοι γ'ἂν οὐ σμικρά.] — *βλάπτοι γ'ἂν* de meo dedi pro *βλάπτοιτ' ἂν* et *βλάπτοιτο* quorumdam codd. Gal. *βλάπτοι*: — cum hoc maxime consentio; nimirum *λοῦοιτο* impersonaliter sumi existimo, ita ut *τὸ λοῦεσθαι οὐ σμικρὸν βλάπτειν* dicatur.

καὶ τοῦ λουτροῦ συχνοῦ καὶ μὴ λίην λάβρου.] — De diversitate *λοῦτρον* inter et *λουτρὸν* vide Hemsterh. ad Aristoph. Plut. p. 330.: « *λουτρὸν*, inquit, est *lavacrum* balnei, s. *lavatio*." Ex his videmus cur *ὕδατος δαψιλέος δέῃ*, ut supra dixit: continuo et parce aquam affundi, non semel et affatim iubet, ne aeger nimis defatigetur, ut puto. Pro *λάβρου* Gal. *λαυροῦ*. cf. Thiersch. § 160. 5. Gr. Gr.

καὶ μᾶλλον μὲν μὴ σμήχεσθαι, ἢν δὲ σμήχηται θερμῷ χρέεσθαι αὐτέῳ καὶ πολλαπλασίῳ, ἢ ὡς νομίζεται, σμήγματι.] — Gal.: *οὐ δεῖται τοῦ σμήχεσθαι κάμνων οὐδεὶς, πλὴν εἰ ῥυπῶν ᾖ καὶ κνησμώδης. χρήζουσι γὰρ οἱ κάμνοντες ἀκοπώτατα καὶ ἀοχλητότατα διαβραχῆναι τῷ ὕδατι.* — Videamus quaenam res *σμήγματος* loco veniant: Aristoph. Ran. vs. 710.:

ὁπόσοι
κρατοῦσι κυκησιτέφρου
ψευδονίτρου κονίας
καὶ Κιμωλίας γῆς . . .

ad quem locum schol.: *Δέον εἰπεῖν*, inquit, *ὅσοι κρατοῦσι γῆς, οὐκ εἶπεν, ἀλλ' ἐπήνεγκεν ὅσα παρέχεται βαλανεὺς λουομένοις σμήγματα.* Senibus apud Aristoph. Lysistr. 740. administratur *λουτρὸν . . . . ἄνευ κονίας* scilicet. Hesych. *κονία. σμῆμα. σποδός.*, ubi vide interprett. Cf. Poll. XI. 7. qui de *κονίᾳ*: *ἔστι δέ*, inquit, *τὸ ἐκ τέφρας καθιστάμενον ὑγρόν.* Habemus in hisce igitur lixiviam e cinere, nitro, terra Cimolia: de hac vid. Diosc. V. 175. Sprengel. in comm. p. 663. Erot. et Gal. p. 352. 564. *σμηκτρίδα γῆν.*) *τὴν Κιμωλίαν.* Sic lego: nam *σμηκτίδα* admitti non posse mihi videtur. De lixivio ficus, aliis, Diosc. I. 186. — *περὶ*

τέφρας κληματίνης V. 134. Cali causticum hanc materiem adeo urentem efficit. De parando lixivio e cinere Gal. de Rem. simpl. IV. 3.: *ἐπειδὰν*, inquit, *ὕδατι βραχεῖσα τέφρα διά τινῶν σωμάτων ἀραίων συμμέτρως ἠθεῖται, συναποφέρεται μὲν ἐν τῷδε τὰ θερμὰ καὶ δριμέα μόρια, τὸ δ' ὑπόλοιπον οὐκέτι θερμόν ἐστιν, ἐναποθέμενον τῷ ὕδατι τὰ πυρώδη μόρια. καλοῦσι δὲ τὸ τοιοῦτον ὕδωρ οἱ ἄνθρωποι κονίαν.* vid. ibid. X. 3. I. 4, ubi pro vario, unde fiat, cinere magis minusve acre dicitur lixivium. — Tandem notatu dignum, quod habet Gal. in comm.: *δεομένου μέντοι σμήχεσθαι τοῦ κάμνοντος, ἢ διὰ ῥύπον, ἢ διὰ κνησμόν, ἐκλύειν δύναμιν* (malim *τὴν δύν*) *τοῦ σμηκτικοῦ φαρμάκου μίξει πλείονος ὕδατος, ἐπεμβάλλοντας καὶ τοῦ ἐλαίου· καὶ διὰ τοῦτ' εἶπεν ὁ Ἱππ. πολλαπλασίῳ δεῖ χρῆσθαι, ἢ ὡς νομίζεται, τῷ σμήγματι.*

μετακέρασμα πολλὸν ἡτοιμάσθαι.] — Gal. in comm.: *ἔνεστι μέν*, inquit, *καὶ ὑφ' ἓν ἀναγνῶναι μετακέρασμα, δυνατὸν δὲ καὶ καθ' αὑτὴν ἀκοῦσαι τὴν μετὰ πρόθεσιν, ἰδίᾳ δὲ πάλιν τὸ κέρασμα· καὶ γὰρ ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ καὶ ἐν ἄλλοις Ἱπποκράτης φαίνεται χρώμενος τῇ μετὰ προθέσει κατὰ τὸ τῶν Ἰώνων ἐλλειπτικῶς· ἔστι δὲ τὸ πλῆρες τοιοῦτο καὶ μετὰ ταῦτα κέρασμα πολὺ ἡτοιμάσθαι.* Cf. Schweigh. Lex. Herod. in *μετὰ*, art. 3. — Hinc malim cum Galeno Epid. III. Sect. 2. aegro 3. legere *ἤμεσε χολώδεα ὀλίγα ξανθὰ τὸ πρῶτον· μετὰ δὲ ἰώδεα πλείω,* — quam cum Foësio *μετὰ δὲ ταῦτα ἰώδεα πλέον.* — De re ipsa vide Foësium in Oecon. et Galeni comm.

σπόγγοισι χρεέσθαι ἀντὶ στλεγγίδος.] — Gal. *οὐδὲ οἱ νῦν ἰατροὶ χρῶνται στλεγγίσιν ἐπὶ τῶν ἀσθενούντων, οὐ μὴν οὐδὲ σπόγγῳ, ἀλλ' ἐνειλίττουσιν αὐτοὺς μετὰ τὸ

λουτρὸν εἰς ὀθόνην, οἱ δὲ εἰς ἱμάτια, καὶ μάλιστά γε τὰ ἄγναπτα περιστέλλουσι πανταχόθεν, ὡς ἱδρῶσι πλεῖστον κ. τ. λ. — Galenus, ni fallor, nostri mentem haud bene cepit, tradit certe ea, quae a re proposita aliena videntur: nam Hipp. spongia pro strigili uti iubet, ne nimis defatigetur aeger.

καὶ μὴ διαψήχεσθαι τὰ ἄκρα] — ἄκρα dat. cod. vetustissimus, ἄκρεα vulgo legitur: forma ἄκρεα apud nostrum frequentissima, adeo ut Foës. in Oecon. receperit et Aretaeus frequentissime eam usurpaverit. Equidem, quum illud ἄκρεα non intelligam et alios alio modo explicare videam, malui, donec certior sim, cum vet. cod. et Herodoto VI. 100. τὰ ἄκρα exhibere. Nimirum Maittairius de Dial. p. 100 C. Ionismum esse autumat, quales κενεὸς, ἀδελφεός: at nemo ἄκρεος legisse se notavit. Struvius ἀκραῖα ubivis legendum censuit, adversus quem Fixius in medium profert MSS. datura fuisse ἀκρέα, si ex eiusmodi librariorum errore haec forma fluxisset: vere, ut patet e cod. vetustiss. Regio contraria permutatione: ἄκραια (sic) subinde ferente. Restat ut cum Schneid. in Lex. et Fixio l. l. a recto ἀκρής, ἄκρεος ducamus: at ipse Fixius observat alios casus huiusmodi adiectivi 3ae declinationis non inveniri. Fateor me hic haerere et, ut initio dixi, profero quod tutum arbitror.

§ 66.

καὶ ἄκοπον· μαλθακτικὸν γὰρ κ. τ. λ.] — Postrema illa, μαλθακτικὸν —— δέρματος, cum ἄκοπον arctissime cohaerent et rationem reddunt, cur τὸ λουτρὸν sit ἄκοπον.

§ 67.

τοὺς ἐκ ῥινῶν αἱμοῤῥαγέοντας.] — Hunc locum respicit Gal. comm. ad Epid. I. aegr. 7., quam historiam ad h. l. contulisse iuvabit.

§ 68.

τοὺς δὲ φιλολουτρέοντας.] — Paulus Aeg. II. 18. *τοὺς δὲ φιλολούτρους, οὐδὲ εἰ δὶς λούοις, ἁμαρτάνοις ἄν.* Similia habet Theoph. Nonnus cap. 138.

ἥκιστα δὲ τοῖσι ποτῷ μούνον χρεομένοισι.] — Codd. MSS. et editiones *ἥκιστα δὲ καὶ τοῖσι κ. τ. λ.*, — delevi *καὶ*, quod h. l. ferri nullo modo potest: mox enim, idque recte, *ἔστι δὲ οἷσι καὶ τουτέων*, quem verborum ordinem ex aliis et optimo cod. praetuli prae altero *ἔστι δὲ καὶ οἷσι τουτέων.*

οἷσι μὲν γὰρ προςδέεται κ. τ. λ.] — Hunc locum egregie nobis restituit nuperrimus editor, Littréus, e cuius emendatione integrum descripsi. — Vid. vir Eruditissimus II. p. 373. seqq.



ADNOTATIO

AD

ADDITAMENTA SPURIA AD LIBRUM HIPPOCRATIS

DE

VICTUS RATIONE IN MORBIS ACUTIS.

§ 1.

καῦσος γίγνεται ὁκόταν ἀναξηρανθέντα τὰ φλέβια ἐν θερινῇ ὥρῃ ἐπισπάσηται δριμέας καὶ χολώδεας ἰχῶρας ἐς ἑωυτά.] — Quod ad anni tempestatem conf. lib. Epid. II. p. 995. Foësio: *Οἱ καῦσοι ἐν τῇσι θερινῇσι μᾶλλον γίνονται καὶ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν ὥρῃσιν. ἐπιξηραίνονται δὲ μᾶλλον θέρεος.* — Corrigendum tamen *ἢ ἐν τῇσιν ἀ. ὥ.*; saepius *καὶ* et *ἢ* confunduntur: tum requiro *ἐπιξηραίνονται γὰρ μ. θ.* — Ceterum cum hisce confero loca duo ex aliis libris: Lib. de Int. aff. p. 505. Ed. Kühn.: *ἢν δὲ ἡ χροιὴ τοῦ σώματος μέλαινα ῇ, τάδε αἴτιά ἐστιν. ἐς τὰ φλέβια καὶ ἐς τὸ δέρμα, ὁκόταν χολὴ μέλαινα ὑπέλθοι* (lege *ὑπέλθῃ*) *καὶ ἐπὶ τούτοισιν ὁκόταν θέρμη ἐπιγένηται, ἀνάγκη ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ξυγκαίεσθαί τε καὶ ἀναξηραίνεσθαι τὰ φλέβια, ὥςτε τὸ αἷμα ἐκχωρέειν κατὰ τὰ φλέβια.* — Tum vero lib. de Haemorrh. p. 340. Kühn.: *αἱμοῤῥοΐδων τὸ μὲν νόσημα ὧδε γίνεται. ἢν χολὴ, ἢ φλέγμα ἐς τὰς φλέβας, τὰς ἐν τῷ ἀρχῷ, καταστηρίξῃ, θερμαίνει τὸ αἷμα, τὸ*

ἐν τοῖσι φλεβίοισι, θερμαινόμενα δὲ τὰ φλέβια ἐπισπᾶται ἐκ τῶν ἔγγιστα φλεβίων τὸ αἷμα καὶ πληρεύμενα ἐξοιδέει τὸ ἐντὸς τοῦ ἀρχοῦ κ. τ. λ. — Ad *δριμέας καὶ χολώδεας ἰχῶρας* opportune Spreng. Apol. II. 417. adfert Platonis verba e Tim. supra iam citata: *ἰχὼρ δὲ ὁ μὲν αἵματος πρᾶος, ὁ δὲ μελαίνης χολῆς ὀξείας τε ἄγριος.* — Lib. de Arte p. 6.: *πᾶν γὰρ τὸ ἀσύμφυτον* (malo cum Erot. in voce *νηδὺν* legere *ξύμφυτον*, secus ac vult Foës. nota 26. ad h. l.) *ἤν τε δέρματι, ἤν τε σαρκὶ καλύπτεται (καλύπτηται?) κοῖλόν ἐστι, πληροῦταί τε ὑγιαῖνον μὲν πνεύματος, ἀσθενῆσαν δὲ ἰχῶρος.* — Gal. de Fac. natur. p. 190. vol. II. Kühn.: *πληροῦται περιττωμάτων. ἰχῶρες δέ τινές εἰσι ταῦτα χολώδεις τε καὶ φλεγματώδεις καὶ ὀῤῥώδεις.*

ὡς ὑπὸ κόπου ἐχόμενον.] — Altera lectio *ὑπὸ ὀστεοκόπου* num, quod novissimus editor voluit, e Gal. libris *περὶ ὑγιεινῶν*, h. l. ortum duxerit, mihi haud ita certum, quia in comm. habet *κοπιᾷ δὲ τὸ σῶμα τὸν ἑλκώδη κόπον*, ita ut, si quid ex eius libris huc translatum esset, *ἑλκώδεος κόπου* fere exspectaveris: *ὀστεοκόπου*, quod aliud fert MS., scribi non potuit: sed forte *ὑπὸ τεο κόπου* Ionice dederat auctor. Malui in re incerta cod. vetustiss. sequi cum Littréo.

ὁκόταν ἀναξηρανθέντα τὰ φλέβια δριμέα καὶ θερμὰ ῥεύματα ἐπισπάσηται.] — Cum hisce conferenda sunt § 7. verba: *διηχθεῖσαι δὲ καὶ λίην ξηραὶ γενόμεναι αἱ φλέβες ἐντείνονταί τε καὶ φλεγμαίνουσαι ἐπισπῶνται τὰ ἐπιῤῥέοντα.* — Alio modo *τῶν ῥευμάτων* rationem interpretatur Gal. de Nat. facult. III. p. 191.: *ἕκαστον γὰρ*, inquit, *τῶν μορίων ἔχει τινὰ τόνον σύμφυτον, ᾧ διωθεῖται τὸ περιττόν. ὅταν οὖν ἓν ἐξ αὐτῶν ἀῤῥωστότερον γένηται κατά τινα διάθεσιν, ἐξ ἁπάντων εἰς ἐκεῖνο*

συῤῥεῖν ἀνάγκη τὰ περιττά κ. τ. λ. — Vides ῥεύματα ex altera in alteram partem transire alterutrius debilitate. — Nec tamen sum immemor recentioris haec esse aetatis, quam qua spuria haec sunt composita. — Tenendum etiam diversitatem esse inter ῥεύματα et καταῤῥους: hi sunt humorum e capite in partes inferiores defluxiones: illi humorum fluxus ex alia parte quacumque in vicinam aliam. — Cf. Defin. med. p. 433. et p. 418.: et hoc quidem loco in verbis, κατάῤῥούς ἐστιν ὑγρῶν πολλῶν καταφορὰ διὰ τῶν τρημάτων τῆς ὑπερῴας καὶ πολλῶν διὰ τῶν μυξητήρων, postremum πολλῶν delendum videtur.

καὶ τὰ περὶ τὴν νηδὺν δακνόμενος ἀλγέει.] — Cf. Oecon. Hipp. in νηδύς, ubi e Gal. locus exponitur.

γίγνεται δὲ ἡ γλῶσσα τρηχείη καὶ ξηρὴ καὶ μέλαινα κάρτα.] — Gal. in his requirit ξηρὴ καὶ τρηχείη, ut a leviori siccitatis gradu incipiatur, itaque ἀτάκτως haec ab auctore prolata esse refert. Me quidem non magnopere offendit haec ἀταξία.

καὶ ἢν ἱδρῶτες ἐπιγένωνται.] — Verba ἱδρῶτες κριτικοὶ γνήσιοι Hippocratis usum non referunt: non alienum est, quod Gal. monet, haec verba ἐκ περιττοῦ προςκεῖσθαι, quum urinae, quales describit, per se iam indicent crisin. — Tum pergit: τὸ δὲ γνήσιοι οὐ κυρίως ἐπ᾽ αὐτῶν λέγοιτο· κατὰ γὰρ τὰς τῶν νοσημάτων ἰδέας ἐπιφέρειν εἰώθασι τὴν τοιαύτην προςηγορίαν οἵ τ᾽ ἄλλοι τῶν ἀρίστων ἰατρῶν καὶ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης. — Respicit dictiones, quales καῦσος γνήσιος, τριταῖος γνήσιος, similes alias. Observandum tamen Hipp. ipsum potius τριταῖον ἀκριβῆ appellare. Quid autem noster auctor voluerit, satis apertum.

καὶ ἢν ἀπόστημά τι γένηται.] — Cf. Aph. 31. IV.

τοῖσι κοπώδεσι ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἐς ἄρθρα καὶ παρὰ τὰς γνάθους μάλιστα αἱ ἀποστάσιες γίγνονται.

§ 2.

τῷ τοιούτῳ —— *οὐ κρίνεται.*] — Me iudice auctor scripsit: *τῷ τοιούτῳ, ἢν μὴ αἷμα ἐκ ῥινὸς ῥυῇ, ἢ ἀπόστημα περὶ τράχηλον γένηται, ἢ σκελέων ἄλγημα, ἢ ἰσχίου ὀδύνη, ἢ αἰδοίου πελίωμα, καὶ πτύσματα παχέα πτύσῃ, ταῦτα δὲ ξυστάσης τῆς κοιλίης γίγνεται, οὐ κρίνεται.* — Nihil tamen innovare audeo.

ῥοφήματα ἐπισπαστικὰ δίδου.] — Gal. in comm.: *οὐκ ἔχω*, inquit, *μαντεύεσθαι τίνα ποτὲ λέγει τὰ ἐπισπαστικὰ ῥοφήματα*: et paulo post: *ἴσως οὖν ἐρεῖ τις κελεύειν αὐτὸν τὴν γαστέρα ὑπάγειν τοῖς ἐπισπαστικοῖς, τουτέστι τοῖς ἐπισπωμένοις τὸν παχὺν χυμὸν, ὁποῖός ἐστι καὶ ὁ τοῦ φλέγματος· ἀλλ' οὐκ ἂν εἶπε ῥοφήματα· φαρμάκων γὰρ τὸ τοιοῦτο ἔργον, οὐ ῥοφημάτων ἐστὶν, ὥςπερ οὐδὲ πομάτων.* — Recte Prosper Martianus provocat ad § 23 partis germanae, ubi : *ἐπεὶ καὶ τὰ ἐν τοῖσι ῥυφήμασι διδόμενα ὑπήλατα ἀρήγει.* Ratio vero, quare *ῥοφήματα*, non *φάρμακα*, praescribat, posita est in monitu § 1. *ἁλμυρὸν δὲ μηδὲν, μηδὲ δριμὺ προςφέρειν, οὐ γὰρ ὑποίσει*: evitanda censet acria quaecumque. Ad *ἐπισπαστικὰ* cf. § 42. partis germanae, ubi *ἐνίοτε δὲ καὶ ὠμὰ ἐπισπῶνται ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ περὶ τὸν θώρηκα τόπου χολώδεα*: ibi enim *ἐπισπᾶσθαι* de attractione humorum ad intestina. — *Κατασπασθῆναι* hoc sensu usurpatur libro II. de Diaeta p. 696. *φαγόντα χρὴ ἐξεμέειν πρὶν ἂν διυγρανθῆναι τὸ σῖτον*, (*καὶ* supple) *κατασπασθῆναι κάτω· κ. τ. λ.* — Notandum ibi *τὸ σῖτον* sing. num. — Apud me-

dicos *ἐπισπᾷν* et *κατασπᾷν* de medicaminibus menstruarum fluxum et abortum provocantibus frequentia. Alio sensu *ἐπισπᾷν* de attractione versus cutem. Celsus V. 18.: de malagmatibus: « quaedam, inquit, digerunt materiam, quaedam extrahunt, quae *ἐπισπαστικὰ* vocantur." — Ibid. 19. 12.: « emplastra *ἐπισπαστικά*." Postrema significatio etiam hodie apud medicos usitatissima.

§ 3.

ἐκλεικτοῖσι ἀνακάθαιρε.] — Gal.: *ἡ συνάγχη τῶν κατὰ τὸν φάρυγγα μερῶν ἐστι φλεγμονὴ δυναμένη μετὰ τὴν φλεβοτομίαν ἐκλεικτοῖς ἀνακαθαίρεσθαι, τουτέστιν αὐτὰ τὰ περιεχόμενα κατὰ τὰ φλεγμαίνοντα μόρια κενοῦσθαι διὰ τῶν πτυσμάτων.* — Recte, nam *ἀνακαθαίρεσθαι* valet *ἄνω καθαίρεσθαι*: vid. Valck. ad Eurip. Hippol. vs. 1288. — Fuere, qui alio modo, sed minus recte, de purgatione per inferiora acciperent, in errorem inducti seqq.: *ἢν δὲ ἀσθενέστεροι φαίνωνται . . . . . , κλυσμῷ χρέεσθαι*; nempe purgationis loco clysma commendari debilioribus crediderunt; quod verum quidem, nec tamen *ἀνακάθαιρε* de alvo ducenda accipiendum: sed vel tacite id subintelligit auctor, vel exciderunt verba aliquot.

καὶ λιμῷ, εἰ καὶ λιμοῦ χρήζοι] — E varr. lectt. *καὶ λειμῷ εἰ χρήζοι* cod. vet, *καὶ λιμοῦ χρήζοι* vulg., et *ἢ καὶ λιμοῦ χρήζοι* Galeni, hanc scripturam effeci. — *Καὶ λιμῷ* est *καὶ λιμῷ χρέεσθαι*, nam e superioribus *χρέεσθαι* repetendum est: — *λιμὸς* hoc sensu legitur Aph. 59. VII. *λιμὸν ἐμποιέειν.* — Celsus VIII. 10. 7. « magisque in primo fame utendum."

§ 4.

πνευμάτων ἀπολήψει φρενῶν ἐντάσιες.] — Legebatur *μὴ πνευμάτων κ. τ. λ.* — absurde: nam spectatur morbus ab ipsa illa spirituum interceptione oriundus, i. e. inflammatio: cf. seqq. *οἷσι μὴ πῦον ὕπεστι ἀλλὰ ὑπὸ πνευμάτων ἀπολήψιος τὰ παθήματα ταῦτα γίνεται*, cf. § 6. 7. et 37. Omnia ista ex uno Platonis in Timaeo loco intelliguntur, ubi p. 339. Ed. Stallb.: *τρίτον δ' αὖ νοσημάτων εἶδος τριχῇ δεῖ διανοεῖσθαι γιγνόμενον, τὸ μὲν ὑπὸ πνεύματος, τὸ δὲ φλέγματος, τὸ δὲ χολῆς. ὅταν μὲν γὰρ ὁ τῶν πνευμάτων τῷ σώματι ταμίας πλεύμων μὴ καθαρὰς παρέχῃ τὰς διεξόδους ὑπὸ ῥευμάτων φραχθεὶς, ἔνθα μὲν οὐκ ἰὸν, ἔνθα δὲ πλέον ἢ τὸ προσῆκον πνεῦμα εἰσιὸν τὰ μὲν οὐ τυγχάνοντα ἀναψυχῆς σήπει, τὰ δὲ τῶν φλεβῶν διαβιαζόμενον καὶ ξυνεπιστρέφον αὐτὰ τῆκόν τε τὸ σῶμα εἰς τὸ μέσον αὐτοῦ διάφραγμά τε ἴσχον ἐναπολαμβάνεται καὶ μυρία δὴ νοσήματα ἐκ τούτων ἀλγεινὰ μετὰ πλήθους ἱδρῶτος πολλάκις ἀπείργασται· πολλάκις δ' ἐν τῷ σώματι διακριθείσης σαρκὸς πνεῦμα ἐγγενόμενον καὶ ἀδυνατοῦν ἔξω πορευθῆναι τὰς αὐτὰς τοῖς ἐπεισεληλυθόσιν ὠδῖνας παρέσχε, μεγίστας δὲ, ὅταν περὶ τὰ νεῦρα καὶ τὰ ταύτῃ φλέβια περιστὰν καὶ ἀνοιδῆσαν τούς τε ἐπιτόνους καὶ τὰ ξυνεχῆ νεῦρα οὕτως εἰς τὸ ἐξόπισθεν κατατείνῃ τούτοις· ἃ δὴ καὶ ἀπ' αὐτοῦ τῆς ξυντονίας τοῦ παθήματος τὰ νοσήματα τέτανοί τε καὶ ὀπισθότονοι προσερῥήθησαν. ὧν καὶ τὸ φάρμακον χαλεπόν· πυρετοὶ γὰρ οὖν δὴ τὰ τοιαῦτα ἐπιγιγνόμενοι μάλιστα λύουσι.* — Locum longiorem licet integrum adposui, quia ad rectam huius additamenti spurii intelligentiam plurimum facit.

πνεύματος προστάσιες . . . . . ἀλλὰ ὑπὸ πνευμάτων

ἀπολήψιος.] — *πνεύματος προςτάσιες* duorum codd. auctoritate dedi: nempe ipse iam ita correxeram antequam nuperrimam Ed. videram: quum enim h. l. de respiratione sermo sit, plur. num. ne ferri quidem potest, nimirum de hac re usurpatum nusquam videre me memini. — Nescio quare Littréus mox *πνεύματος ἀπολήψιος* prae *πνευμάτων ἀπολήψιος* praetulerit, quum et paulo ante et § 7. et 37. plur. num. ponatur, ita ut noster re vera hunc dedisse videatur. E Platonis loco patet sing. num. adhiberi posse, licet noster plur. num. usurpaverit. *Πνεύματα* vero de respiratione non ferendum.

§ 5.

ἀσθενέος δὲ τοῦ σώματος γενομένου τὸ νούσημα ἐπικρατέει.] — Cum hisce conferatur locus e lib. I. de Diaeta. p. 629. Kühn. *οὐ γὰρ εὐθέως αἱ νοῦσοι τοῖσι ἀνθρώποισι προςγίνονται, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν συλλεγόμεναι ἀθρόως ἐκφαίνονται. πρὶν οὖν κρατέεσθαι ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ὑγιὲς ὑπὸ τοῦ νοσεροῦ, ἃ πάσχουσιν ἐξεύρηταί μοι καὶ ὅκως χρὴ ταῦτα καθιστάναι ἐς τὴν ὑγείην.*

§ 6.

ἢν ὑγιαίνοντι τόδε ξυμβῇ ἄνευ προφάσιος.] — Legebatur *ἄνευ προφάσιος ἢ ἄλλης αἰτίης ἰσχυρῆς*, quod admittam, si quis me doceat quid inter *πρόφασιν* et *αἰτίην ἰσχυρὴν* h. l. intercedat differentiae. Me iudice postrema glossema sunt; puto in margine adscriptum fuisse *ἢ ἄλλως αἰτίης ἰσχυρῆς*, vel *ἐν ἄλλοις αἰτίης ἰσχυρῆς*, idque postea parumper immutatum in textum irrepsisse. — Opportune in memoriam redit

15*

locus e Lib de Aëre, aq. et locis foedo glossemate obsessus. Pag. 68. Ed. Littréo de Scythis: *αὐτοὶ δ' ἐσθίουσι κρέα ἑφθὰ, καὶ πίνουσι γάλα ἵππων, καὶ ἱππάκην τρώγουσι· τοῦτο δ' ἐστὶ τυρὸς ἵππων. τὰ μὲν ἐς τὴν δίαιταν αὐτέων οὕτως ἔχει καὶ τοὺς νόμους.* — Deletum cupio illud *τοῦτο δ' ἐστὶ τυρὸς ἵππων*: — in eiusmodi glossis *δὲ* propriam suam sibi habet sedem: — *τῇ ἱππάκῃ*, Theophr. IX. 13. 2. Hist. Pl., ubi vid. Schneid. in nota, perhibens ipsum Hipp. *τυρὸν ἵππων* interpretatum esse, quod mihi non persuadet: miror potius editorum neminem recentiori manui deberi suspicatum esse: ipse adeo Erotianus exponit *ἱππάκη*) *ἵππειος τυρός*, — quo loco non temere *ἱππάκην*) *ἵππειον τυρὸν* desideravit Foës. in Oecon., ex h. l. libri de Aëre, cet. glossam desumtam esse suspicatus.

χειρῶν διατάσιες.] — Ita de meo scripsi pro *διαστάσιες*. Cf. Coel. Aurel. Acut M. II. 10.: « Hippocrates ait repente voce captos, quos *ἄφωνος* (lege *aphonos* vel *ἀφώνους*) appellavit, fieri venarum causa, quum spiritum sumpserint. Multos denique talia prosequentur, rubor vultus, atque oculorum statio sine ulla palpebratione, manuum neglecta atque distensa abiectio: dentium stridor: et membrorum saltus, ac musculorum, quibus buccae colliguntur, conductio, quos appellant siagonitas; articulorum frigus, quum spiritus invaserit venas."

§ 7.

[1] *πνευμάτων ἀπολήψεσι ἀνὰ τὰς φλέβας ὁκόταν ἀλγήματα προςγένηται.*] — Edd. *πνευμάτων ἀπολήψιες* ferunt et vocabula haec usque ad *ὁκόταν* ad superiorem referunt §. Gal. in comm. ad § 6. verba postrema: *τὸ*

δὲ ἐπὶ τῇ τελευτῇ τῆς ῥήσεως εἰρημένον, πνευμάτων ἀπολήψιες ἀνὰ τὰς φλέβας, εἰκός ἐστιν ἐπὶ τῆς ἀσφυξίας λέγεσθαι· φλέβας γὰρ ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὰς ἀρτηρίας· ἀπολήψεις οὖν πνευμάτων τὰς οἷον κατακλίσεις τε καὶ ἡσυχίας δυνατὸν λέγειν. ἔνιοι δὲ δευτέρας ῥήσεως ἑτέραν ἐχούσης διάνοιαν ἀρχὴν τίθενται ταύτην τὴν λέξιν, ἢ συνάπτουσι τὴν ἐφεξῆς γεγραμμένην. Vides quae ansam praebuerint nostrae innovationi, quam eo confidentius recepi, quod omnes fere nostrae aetatis codd. *προςγένηται*, non *προγένηται*, habent, cf. Littréum ad h. l.; tum quia codd. omnes *καὶ κατάψυξις ἀκρωτηρίων* in superioribus largiuntur, ubi quid *καὶ* sibi velit, nisi postrema sint periodi vocabula, non capio: tandem quia § 37. etiam sermo est de spirituum in venis interceptione a materie melancholica. — Itaque leni mutatione nom. *ἀπολήψιες* in dat. *ἀπολήψεσι* transformavi, etiamsi vidissem Coel. Aurel. quoque pristinam interpunctionem sequi.

οὐ δυναμένων ἐν αὐταῖς τὰς κατὰ φύσιν ὁδοὺς βαδίζειν.] — Legebatur *ἐν αὐτῷ*: pessime, quaenam scilicet spirituum per sanguinem viae secundum naturam? Spiritus viae secundum antiquorum doctrinam sunt arteriae, quas *φλέβας* nostrum appellare recte mox perhibentem audivimus Gal. — Itaque de meo *ἐν αὐταῖς* dedi, ut ad antecedens *αἱ φλέβες* referretur.

§ 8.

ἢ ὄνου γάλα ἑφθὸν δίδου.] — Recte, me iudice, Lindanus vidit ante *ὄνου* voculam interiisse, adeo ut *καὶ* adscripserit etiam praeter codd. auctoritatem: praetuli *ἢ*, quia leniora remedia adhibere iubet ad

alvum movendam, ita ut vel clysma, vel lac asininum praescribere visus sit.

ἑκκαίδεκα.] — Codd. tres, inter quos optimus Regius, *ἑκκαίδεκα*: ceteri *ἑξκαίδεκα*, quod ferunt Edd. omnes praeter postremam: nimirum Littréus provocavit ad Lobeckium ad Phryn. p. 413. Malui cum viro doctissimo in re prorsus incerta dare, quod usitatissimum est et vetustissimae membranae auctoritate nititur.

§ 9.

ῥεῦμα πουλὺ καὶ κολλῶδες.] — Gal. Ed. Bas. et cod. vetustiss. *χολῶδες*: vitium scripturae, nam de frigido humore sermo est. Aret. p. 91. B. *ἢν δὲ φλέγμα κολλῶδες ἔῃ καὶ γλισχρόν.* Talem pituitam *ὑαλώδη χυμὸν* appellavit Praxagoras: cf. Kühn. Opusc. Acad. II. p. 130.

ἐμφράξηται.] — Cum novissimo Editore ita legimus e cod. vetustissimi scriptura *ἐμφράξῃ τε.* — cett. fere *ἐμφράξῃ τοῦ τε πνεύματος κ. τ. λ.*

τοῦ πνεύματος —— *αἵματος.*] — Frustra Spreng. Apol. Hipp. II. 436. ex his verbis demonstrare studet additamenta haec spuria ex Alexandrina schola esse profecta, Erasistrati theoriam inflammationis h. l. spectari ratus, de qua vide Gal. de Usu part. VI. 17., ubi: *διδάσκει γοῦν*, inquit, *αὐτὸς* [*ὁ*] *Ἐρασίστρατος ἐπιμελῶς ἡμᾶς, ὡς οὐκ ἐνδέχεται γενέσθαι φλεγμονὴν ἄνευ τοῦ παρεμπεσεῖν ποτε ἐκ τῶν φλεβῶν εἰς τὰς ἀρτηρίας αἷμα.* Huius autem doctrinae h. l. ne vestigium quidem. — Adnotat nuperrimus editor Platonis verba e Tim. Ed. Stallb. p. 365., ubi de utero: *τὰς τοῦ πνεύματος διεξόδους ἀποφράττον, ἀναπνεῖν οὐκ ἐῶν κ. τ. λ.*

τῆς γὰρ ὑποταμνομένης σταφυλῆς, οἱ δὲ κιονίδα καλεῦσι, ἑκατέρωθεν φλὲψ παχείη.] — Spectantur venae raninae sub lingua sitae: — videamus iam quomodo locum interpretentur. — Corn.: « praecisa enim uva — vena crassa ab utraque est." — Foës.: « Secta namque uva — utraque ex parte vena crassa apparet." Simili modo Sprengel. p. 436. Littréus p. 411. — « on voit si l'on coupe la luette, — une grosse veine des deux côtés." At spectat venas raninas, quae quomodo quaeso prodeunt in conspectum resecta uvula? Quum uvula sit in media parte, ab utroque vero linguae latere sitae sint venae raninae, hae dicuntur *ἑκατέρωθεν τῆς σταφυλῆς εἶναι*: — in conspectum prodeunt non resecta uvula, sed *τῆς γλώσσης ἀνακαμπτομένης*, apice versus palatum sublevato. — Quid igitur? *τῆς ὑποταμνομένης σταφυλῆς* dixit, ut quamnam spectaret partem accuratius significaret, *ab utraque parte uvulae quae rescindi solet*: nimirum *σταφυλὴ* nomen est morbi non partis secundum Erot. voce *γαργαρεὼν* et Aretaeum, de affect. columellae: cf. Progn.: *ὁκόταν δὲ ἀποκριθῇ ἤδη* (nolo cum Littréo *ἤδη* omittere) *πᾶν, ὃ δὴ σταφυλὴν καλέουσι .... ἐν τουτέῳ τῷ καιρῷ ἀσφαλὲς διαχειρίζειν*. — Eadem de causa adiecit *οἱ δὲ κιονίδα καλεῦσι*.

ἀραιὴν ἐοῦσαν καὶ σπογγοειδέα.] — Eodem fere modo linguae structuram sibi finxit Plato Tim. p. 267. Stallb. ubi describuntur illius *φλέβια, οἷόν περ δοκίμια τῆς γλώττης τεταμένα ἐπὶ τὴν καρδίαν* et ubi corpora dicuntur *ἐμπίπτειν εἰς τὰ νοτερὰ τῆς σαρκὸς καὶ ἁπαλά*. Ceterum cf. Homericum *γλώσσῃσιν ἀραιῇσιν*.

ἡ δ' ὑπὸ βίης.] — *ἡ δ'* a nuperrimo editore cod. vetustissimi auctoritate suppressum; reliqua MSS. *ἡ δ'*,

ἢ δ', et ἤδη: omnia haec Littréo a correctore profecta videntur. Foës. ἡ δ' habet, sed parum recte novae periodi principium facit: recte Corn. vidit apodosin esse: nolim abesset ἡ δ', nam ἡ infertur quoniam protaseos subiectum est φλέβες, apodoseos γλῶσσα: — de δὲ in apodosi post particulas temporales, cf. Herm. ad Vig. p. 845. cf. Lex. Herod. in ὁ. ἡ. τό. art. 2.

φλεβοτομίην τε ποιεύμενος ἀπὸ βραχιόνων.] — Hunc locum exagitavit Coel. Aurel. III. 4.: qui quid velit verbis, *atque vaporationibus quorum materiem non indicavit*, non intelligo; nisi aliam quamdam loci nostri lectionem viderit. — Conf. p. 190. Ed. Almelov. Noster enim infra spongiis ex aqua calida expressis πυριῆν praescribit. Forte aliquid vitii h. l. latet; me certe offendit illud ἀναγαργαρίζων θερμοῖσι, licet Coel. Aurel. idem legisse videatur, cum aliis illis hodie forte deperditis.

κήρωμα κεφαλῇ —— περιτιθέναι.] — Apposite Spreng. Apol. Hipp. II. p. 438. animadvertit e theoria fluxionum a capite devenientium repetendam esse rationem, quare huic κήρωμα imponere iubeat.

σπόγγοισι μαλθακοῖσι ἐν ὕδατι θερμῷ ἐκπιεζεῦντα πυριῆν.] — Similiter lib. II. de M. mul. p. 814. Kühn.: *σπόγγοισι ἐν ὕδατι θερμῷ ἐκπιεζομένοισι πυριῆν.* — Supra in parte Germana § 21.: *σπόγγος . . . . . ἐξ ὕδατος θερμοῦ ἐκπεπιεσμένος.* Lib. I. de M. mul. p. 843.: *σπόγγοισι θερμοῖσι ἐξ ὕδατος καὶ ἐλαίου ἐκπεπιεσμένοισι.*

§ 10.

τὰ θεωρεύμενα ἰσχνὰ φαίνεται.] — ὁρώμενα cod. vetustiss. — ad ἰσχνὰ cf. Foës. Oecon. in ἰσχνόν.

τὸν πνεύμονα πίμπρανται οὐ δυνάμενοι τὸ ἔξωθεν πνεῦμα ἐπάγεσθαι.] — Haec quoque explicationem habent e Platonis de respiratione sententia in Tim. p. 320 seq. Ed. Stallb. Illustrat haec Aretaei locus lib. II. 1. *ἐνίζει γὰρ αὐτέου (τοῦ πνεύμονος) μέσον σπλάγχνον θερμὸν ἡ καρδίη, ζωῆς καὶ ἀναπνοῆς ἀρχή· ἥδε καὶ τῷ πνεύμονι τῆς ὁλκῆς τοῦ ψυχροῦ ἠέρος τὴν ποθὴν ἐνδιδοῖ· ἐκφλέγει γὰρ αὐτόν.* — cf. Gal. in comm. ad h. l.

ἀφυκτότερά ἐστι διὰ τὴν ὥρην, ὅτι ἀπὸ θερμῶν καὶ δριμέων.] — Novissimus editor *καὶ διὰ τὴν ὥρην, καὶ ὅτι.* — Prius illud *καὶ* cod. unus tantum habet. Lind. de coniectura *διά τε τὴν ὥ.* dedisse videtur. De *καὶ* ante *ὅτι* monet Gal. melius id addi, quam omitti. — Mihi neutro opus esse videtur: prius additum videtur, quum posterius adscriptum quis legisset, nec vero prius illud idonea auctoritate nititur: alterum melius omittitur, quia ista proxime cohaerent et intelligenda sunt: *ἀφυκτότερα ὅτι διὰ τὴν ὥρην ἀπὸ θερμῶν καὶ δριμέων*: nam initio §: *ῥεῦμα*, inquit, *νιτρῶδες, ἅτε ὑπὸ τῆς ὥρης δριμὺ καὶ θερμὸν γεγενημένον.*

§ 11.

ἢν πυρετὸς λάβῃ, παλαιῆς κόπρου μὴ ὑπιούσης, νεοβρῶτι ἐόντι.] — Vulgo legitur *οὐχ ὑπεούσης*: plurimi tamen codd. *οὐχ* omittunt: itaque Serv. reiecit; idem fecit Littréus, qui aeque ac Gal. recte monuit cum § 19. partis germanae haec convenire: quod fecit ut receperim quod Corn. et Foës. Latine exprimere videram, *μὴ ὑπιούσης*, ut responderet verbis *μὴ ὑποκεχωρηκυίης* partis germanae. — Notandum praeterea *λαβεῖν* h. l. intransitive sumi, eodem sensu, quo *ἄρχεσθαι* l. c.

ἰχθῦσι ἑφθοῖσι.] — Hos tanquam cibum digestu facilem praescribit: verosimiliter *ἰχθῦς πετραίους* spectat, de quibus lib. II. de Diaeta p. 681. Kühn. cf. et lib. *περὶ παθῶν* p. 421. — Notatu dignus Alex. Trall. locus lib. VI. p. 272.: *καὶ ἰχθύος, μάλιστα κίχλης*... *ἔστι δὲ καὶ* (dele *καὶ* h. l.) *ὁ ἰχθὺς καὶ ἁπαλὸς, καὶ ὑγρὸς, καὶ εὔπεπτος, καὶ ἴσως πτισσάνην αὐτὴν ὀνομάζων θαλασσίαν οὐκ ἂν ἁμάρτοις. οὕτως ἐστὶν ἀπέριττος ἡ ἐξ αὐτῆς τροφή.* — cf. Coray. ad Xenocratem p. 92. 93.

ἐπίσχειν —— *ὑπάγειν,*] — Praetuli praess. *ἐπίσχειν* et *ὑπάγειν*, quorum posterius dat cod. vetustiss., prae Aorr. *ἐπισχεῖν* et *ὑπαγαγεῖν.*

§ 12.

ἔσω τριῶν ἡμερέων μὴ φαρμακεύειν.] — Exponit haec Gal. ex Aph. 22. I. *πέπονα φαρμακεύειν καὶ κινέειν μὴ ὠμὰ, μηδ' ἐν ἀρχῇσιν, ἢν μὴ ὀργᾷ· τὰ δὲ πλεῖστα οὐκ ὀργᾷ.* — Licet meliorem interpretationem non noverim, haec tamen aliquid dubitationis habet, quum morbum quarto die coctum semper fore minime certum sit, neque auctor id supponere potuisse videtur.

ὅκως μηδέποτε προςδίσεις ἐόντων μηδὲ μελλόντων ἔσεσθαι τῶν πυρετῶν, ἀλλὰ ληγόντων, ἢ παυσαμένων καὶ ὡς ποῤῥωτάτω ἀπὸ τῆς ἀρχῆς.] — Omisit *ἐόντων μηδὲ* nuperrimus editor, codd. nonnullorum auctoritate: servata haec cupio ut *ἐόντων* respondeat sequenti *παυσαμένων* et *μελλόντων ἔσεσθαι* proximo *ληγόντων.* Quod ceterum idem exhibet, ex optimo licet MS., *ἀλλὰ παυσαμένων*, id ineptum est et repetitioni erroneae antecedentis *ἀλλὰ* debetur.

§ 13.

ἡγεῖο.] — Cod. optimus ἡγοῦ: plurimi ἡγοῖο, quod recepit Littréus, vulgo ἡγεῖσ. — At ἡγοῖο quidem nostrum scripsisse mihi persuadere nullo modo possum, quia Imperativo h. l. omnino opus est: nec vero video cur reiiciam ἡγεῖο; cf. Matth. Gr. Gr. § 205. p. 379. ubi inter alia plura αἰδεῖο ex Iliad. XXIV. 503. adfertur, et huius contractionis ratio explicatur.

ἀλέος.] — Proxime secutus sum cod. vetustiss. et Gal., nec tamen displicet ἅλες Fevrei, Lind., Littrei, modo ἀλὲς scribatur.

ἄσαρκοι καὶ νευρώδεες φύσει ἐόντες.] — ἄσαρκες vulgo, quod et nuperrimus editor recepit. Malui cum optimo cod. et Gal. ἄσαρκοι dare: quum epitheton sequens in ες exeat, facile confusio locum obtinere potuit et exempla mihi certe non succurrunt compositorum cum σάρξ, nisi quae in σαρκος exeant: ἄσαρκος, εὔσαρκος, ἁπαλόσαρκος, μαλακόσαρκος, λειπόσαρκος cet. — Μυλόσαρξ apud Hesych. tum aliud quid, tum ne suspicione quidem vitii vacat. — Ceterum ratio, quare pedes, utpote ἀσάρκους, frigidiores esse dicat, efficitur e Platonis loco in Tim. p. 303. Stallb.: τὴν δὲ σάρκα προβολὴν μὲν καυμάτων, πρόβλημα δὲ χειμώνων, ἔτι δὲ πτωμάτων οἷον τὰ πιλητὰ ἔσεσθαι κτήματα (ἐμηχανήσατο), σώμασι μαλακῶς καὶ πράως ὑπείκουσαν, θερμὴν δὲ νοτίδα ἐντὸς ἑαυτῆς ἔχουσαν θέρους μὲν ἀνιδίουσαν καὶ νοτιζομένην ἔξωθεν ψῦχος κατὰ πᾶν τὸ σῶμα παρέξειν οἰκεῖον, διὰ χειμῶνος δὲ πάλιν αὖ τούτῳ τῷ πυρὶ τὸν προσφερόμενον ἔξωθεν καὶ περιϊστάμενον πάγον ἀμυνεῖσθαι μετρίως.

κατακερματιζομένου.] — Vocabulum *τῶν ἅπαξ ῥηθέντων* apud nostrum. vid. Oecon. Foës. — Plato in Tim. verbum simplex habet de subtili divisione. p. 255. Stallb.: *διακρίνουσα ἡμῶν κατὰ σμικρά τε τὰ σώματα κερματίζουσα, τοῦτο ὃ νῦν θερμὸν λέγομεν, εἰκότως τὸ πάθημα καὶ τοὔνομα παρέσχε.*

§ 14.

τοῦ δ' εἵνεκα τότε οὐ προςαρτέον, ὅτι κ. τ. λ.) — *τοῦ δ' εἵνεκα προςαρτέον* cod. vetustiss., *εἵνεκεν τουτέου προςαρτέον* vulgo. — Pro *προςαρτέον* cod. unus *προςεκτέον.* — Hinc Littréus *τοῦ δ' εἵνεκα προςεκτέον.* — Sed primum *προςεκτέον* parum firma nititur auctoritate: tum vero parum apte h. l. dictum fuerit, quum haec cum superioribus proxime cohaereant, et rationem exponant, cur pedibus frigentibus cibus non sit exhibendus. Facillima et vera emendatio est, qua servata cod. antiquissimi lectione etiam *τουτέου* vulgatae recepimus, in *τότε οὐ* mutatum.

θερμὴν ἀνάγκη τὴν ἄνω κοιλίην εἶναι.] — *τὴν κάτω κοιλίην* ferunt cod. vet. et Ald. — vulgo *τὴν κοιλίην.* — In libello Galeno adscripto de victu acut. sec. Hipp.: *τὴν ἄνω κοιλίην.* Haec quidem vera loci nostri lectio, nam *ἡ ἄνω κοιλίη* thoraci vicina, ubi caloris febrilis fons: tum vero de hac praecipue recte dici potest eam *ἄσης μεστὴν εἶναι.* Cum hac autem dictione confer quod § 2. habetur: *ἡ κοιλίη ὑπάγουσα δίψης ἐστὶ μεστή*, et e parte germana verba, *ἀκοαὶ ἤχου μεσταί.*

καὶ μετεωρισμὸν γνώμης.] — *γνώμης* omittitur in cod. vet.; praestat tamen altera ceterorum omnium lectio, me iudice.

καὶ ἕλκεται καὶ ἐμέειν ἐθέλει.] — Haec proxime cohaerent. Coaca 55. *ἕλξις· οἷον ἀπὸ ἐμέτου.* Eodem sensu Coaca 557. *οἱ σπαρασσόμενοι ἀνεμέτως.*

καὶ οὔρου διελθόντος, ἢν μὴ ἱδρώσῃ, πάντα λωφᾷ.] — Alia bonae notae codd. lectio est *καὶ ἢν μὴ ἱδρώσῃ*, quam Corn. Foës. alii sequuntur. Mihi vulgata praeplacet, nam urina copiosa, de qua h. l. sermo est, una cum sudore vix continget: alterutrum vero fieri naturae legibus consentaneum.

§ 16.

ὁκόσοισι δὲ ἐν πυρετοῖσι κοιλίη ὑγρὴ καὶ γνώμη τεταραγμένη, καὶ οἱ πολλοὶ τῶν τοιουτέων τὰς κροκύδας ἀφαιρέουσι.] — Haec vulgata lectio. Cod. vetustiss. *καὶ* ante *οἱ πολλοὶ* omittit, quam scripturam huius loci praefert Littréus. Mihi *καὶ* non negligendum videtur: nam *καὶ οἱ πολλοὶ* —— *κατηρτημένον* una cum superioribus protasin efficiunt sententiae, cuius apodosis est in verbis *δοκέει οὖν μοι* —— *εἶναι.* — Structura eiusmodi bene Graeca, neque rara; cf. Matth. Gr. Gr. § 472. 3. pag. 881. — Propter protasin longiorem in apodosin *οὖν* intulit, quod itidem frequentis usus in Graeca oratione.

ἢν δὲ τοιῶνδε ἐόντων.] — Secutus sum cod. antiquiss.: — vulgatum *ὅσων δὲ τοιῶνδε ἐόντων ἢν ἡ κοιλίη ὑγρὴ ᾖ* bene habebit, ubi *ἢν* in *ἂν* mutaveris, quo facto utram lectionem praeferas vix scias.

συντήκῃ.] — Verbi significatio haud ita aperta: dixerim intransitive sumi. — In seqq. *στατικά*, quod codd. nonnulli habent, e *σταλτικὰ* corruptum; hoc enim de remediis adstringendi virtutem habentibus

exquisite dicitur. Denique ἡ καὶ στυπτικώτερα sensu idoneo caret: commendat vinosa in magno, de quo sermo est, virium defectu.

§ 17.

ὁκόσοισι δὲ τῶν πυρετῶν δῖνοί τε ἀπ' ἀρχῆς κ. τ. λ.] Erot. exponit *δῖνος, σκότωσις ὡς φέρεσθαι δοκεῖν τὰ ὁρώμενα.* cf. Oecon. Hipp. in voce. — Duretus p. 43. haec nostri libelli verba contulit cum Coaca 81.: *οἱ ἐν ἀρχῇ λεπτοὶ μετὰ κεφαλῆς σφυγμοῦ καὶ οὐροῦ λεπτοῦ, πρὸς κρίσιν παροξύνονται. θαῦμα δὲ οὐδὲν εἰ καὶ παρακοπὴ καὶ ἔτ' ἀγρυπνίη γένοιτο.* — E nostri auctoris loco emendo: *οἱ ἐν ἀρχῇ ἴλιγγοι μετὰ κεφαλῆς σφυγμοῦ καὶ οὐροῦ λεπτοῦ, πρὸς κρίσιν παροξύνονται. θαῦμα δὲ οὐδὲν εἰ καὶ παρακοπὴ ἐπ' ἀγρυπνίῃ γένοιτο.* — Facilis enim fuerit lapsus ab *ΑΡΧΗΙΙΛΙΓΓΟΙ* ad *ΑΡΧΗΙΛΕΠΤΟΙ*: tum vero in postremis *ἀγρυπνίῃ* praecedat, et huic subsequatur *παρακοπὴ* fere necesse est, ut rerum naturae ordini haec respondeant. Lubet hic simul monere de Prorrh. I. 72. ubi: *ἆρά γε ἐξαίφνης οὗτοι τελευτῶσι; ὡς ἐν Δυσώδει κ. τ. λ.* — MSS. Reg. Foësio dabant *ὡς ἐν Ὀδυσσῷ*, idemque Calvum legisse putabat *ὡς καὶ Λυσίας ἐν Ὀδυσσῷ*, quod recepit Lind. — Vulgata lectio profecto corrupta; quis quaeso *Δυσώδης* appellatus fuerit? Itaque Calvi lectionem sequamur. Me iudice enim e compendiose scriptis *ΛΥΣ.* et *ΟΔΗ.* exstitit lectio *ὡς ἐν Δυσώδει*, litterarum similitudine, uti in superioribus illis, librarium decipiente.

ἤν γάρ τι κινήσῃς κατὰ κοιλίην.] — Ex h. l. emendanda arbitror verba libri de Aëre, aquis et locis p. 50.

Ed. Littréo: φυλάσσεσθαι δὲ χρὴ μάλιστα τὰς μεταβολὰς τῶν ὡρέων τὰς μεγίστας, καὶ μήτε φάρμακον διδόναι ἑκόντα, μήτε καίειν ὅ τι ἐς κοιλίην, μήτε τάμνειν, πρὶν παρέλθωσιν ἡμέραι δέκα ἢ καὶ πλείονες. κ. τ. λ. Mihi haec gravi difficultate premi videntur: nempe non intelligo qui dicat μή τε καίειν ὅ τι ἐς κοιλίην, μή τε τάμνειν: id enim in abscessu fit, adeoque faciendum cum hic sit maturus, quod ita ut nullo modo differre possis continget interdum, ipso illo tempore quo non faciendum praecipit, tum vero dicit ὅ τι ἐς κοιλίην quasi sexcentae res diversae ibi urendae sint, quod aeque minus intelligo. Hinc malim καὶ μήτε φάρμακον διδόναι, μήτε κινέειν ὅ τι ἐς κοιλίην, μήτε τάμνειν κ. τ. λ. i. e. μήτε φλέβα τάμνειν, supra enim § 22. partis germanae τομὴ pro φλεβοτομία.

ὁκόταν δὲ ἀνῇ.] — Rationes, ob quas ἣν δ' ἀνῇ praefert Littr., parum me movent: — ὁκόταν ἐγγὺς ᾖ τῶν κρισίων tempus est ante iudicium, quo tempore, si adsit turbatio, sorbitio seponenda, sin non adsit turbatio tanta, etiam tunc temporis dari poterit: ὁκόταν δ' ἀνῇ tempus est post crisin, quo tempore omnia iam sedata sunt, sive magnae turbae fuerint, sive non fuerint, hoc autem tempus priori illi opponitur, adeo ut hic etiam requiratur ὁκόταν.

§ 18.

ὁκόσοισι . . . . . . καὶ ὑποχόνδρια συντείνονται] — De meo συντείνονται in textum intuli, codd. omnibus συντείνουσι ferentibus, quod h. l. consistere nequit.

διάγειν δὲ τούτοισι προςφέροντα μηδέν.] — προςφέ-

ϱοντα de meo dedi pro plur. num. πϱοςφέϱοντας: nam διάγειν ad medicum refertur, cui mox imperat ῥόφημα δὲ μὴ πϱόςφεϱε.

ὡς ἐπὶ μαλθακωτάτοισι στϱώμασι.] — De ὡς a superlativo alia voce intermedia seiuncta vid Matth. Gr. Gr. p. 859. § 461. Poppo Obss. in Thucyd. p 223.

ὅκως μὴ φϱίξῃ πϱοςτιθέμενος.] — Recte vertit Foës. « is, cui apponitur." Conf. Oecon. Hipp. in πϱοςθεμένῃ. — Notemus loca nonnulla e libris Epid., ubi haec dictio occurrit: Epid. I. aegr. 4.: πϱοςθεμένῃ δὲ ταῦτα μὲν ἐκουφίσθη et paulo inferius βάλανον πϱοςθεμενῃ πολλὰ διῆλθε. Ep. III. aegr. 3. sect. I. βάλανον πϱοςθεμένῳ (Gal.: βαλάνων πϱοςτιθεμένων) μέλανα κόπϱανα διῆλθεν (Gal.: ἦλθεν.) Operae pretium est haec illustrare: βάλανον πϱοςτιθέναι est *glandem apponere*, βάλανον πϱοςτιθέναι τινὶ, *alicui glandem apponere*, quod itidem βάλανον πϱοςτιθέναι τινὰ dici potuisse videtur; unde βάλανον πϱοςτίθεμαι, *glans mihi supponitur:* nam πϱοςθεμένῃ l. l. participium quidem est Aor. II. medii, sed passiva notione sumitur, ita ut valeat πϱοςτεθειμένῃ. — Quod probe tenendum, ut hanc dictionem rite intelligamus. cf. Matth. Gr. Gr. § 496. 8.

ἔστω δὲ ἀκϱοχλίεϱον.] — § 58. partis germanae itidem ἀκϱοχλίεϱον legis, ubi vulgo ἀκϱοχλίαϱον, sed duo MSS. ἀκϱοχλίεϱον: horum unum e bonae notae codice descriptum videtur Littréo, sicuti alio loco significat; sunt ceterum ambo recentia. H. l. ex eodem cod. 2146 ἀκϱοχλίεϱον dedi, quod solum hoc MS. praebet. Herodot. IV. 181. χλιαϱόν. cum var. lect. λιαϱόν. — Cf. Hemsterh. ad Thom. mag. p. 862. Pessimum est,

quod habetur Lib. de Nat. Mul. p. 598. Kühn.: *ἀκρο-χλίηρον*, lege *ἀκροχλίερον*.

§ 20.

τοὺς δὲ ἀκαταστάτους.] — Cf. Gal. in comm. et Foës. ad Epid. III. p. 1090.: vid. in primis Celsus III. 12. « Horror autem eas fere febres antecedit, quae certum habent circuitum et ex toto remittuntur; ideoque tutissimae sunt, maximeque curationes admittunt. Nam ubi incerta tempora sunt, neque alvi ductio, neque balneum, neque vinum, neque medicamentum aliud recte datur. Incertum est enim, quando febris ventura sit: ita fieri potest ut, si subito venerit, summa in eo pernicies sit, quod auxilii causa sit inventum. Nihilque aliud fieri potest, quam ut primis diebus bene abstineatur aeger; deinde sub decessu febris eius, quae gravissima est, cibum sumat. At ubi certus circuitus est facilius omnia illa tentantur; quia magis proponere nobis et accessionum et decessionum vices possumus."

§ 21.

ὅκως μὴ διαλήσει τις τῶν προφασίων] — Hunc locum respicit Gal. comm. in lib. de Humor. p. 195. — Solus cod. vetust. omittit *τίς*, ceteri adponunt, sed omnes codd. *διαλήσεται*. Mihi *τίς* fere necessarium videtur, sed simul *διαλήσει* dandum iudicavi, ut sit *ὅκως μὴ διαλήσει αὐτόν τις τῶν προφ.* — Luc. Herm. 34. *εἰ μὴ ἄρα τις ἐμὲ διέλαθε.* Mort. Dial. IV. 1. *εἰ μή τι ἄλλο ἡμᾶς διέλαθεν.*

μάλιστα μὲν ὦν δεῖ τὸν περισσὸν ἀριθμὸν εὐλαβέεσθαι.] — Cf § 29. *κὴν μὲν ἐν ἀρτίῃσι ἐπιγένηται βέλ-*

τιον, ἐν κρισίμῃσι δὲ ὀλέθριον. — Vides huius libelli auctorem solos dies impares criticos esse existimare: vel id solum denotat Hipp. horum additamentorum non esse auctorem; nam ipse dies quosdam pares in serie dierum criticorum, quam in Progn. et Lib. Epid. tradidit, enumeravit, et: οὐ δύναται, inquit, ὅλῃσι ἡμέρῃσι οὐδὲν τουτέων ἀριθμεῖσθαι ἀτρεκέως. — Auctor libri IV. de morbis (p. 325. Kühn.) pollicetur se demonstraturum ὅτι αἱ νοῦσοι κρίνονται ἐν τῇσι περισσῇσι ἡμέρῃσι, cuius rei demonstratio inferius (p 347) ab illo traditur.

ἑτεροῤῥεπέας.] — Ita codd. plurimi, alii sane bonae notae libri ἑτεροῤῥοπέας. Non video cur forma merito suspecta retinenda sit: Littréus Lobeckium citat p. 333. Paralip., et tamen ἑτεροῤῥοπέας servat: loco a Lob. e Prorrh. II. citato Lind. p. 495, vol. I. edidit ξυγγενέα: — ἑτερόῤῥοπος in ipsius Hipp. libris saepius obvium; cf. Oecon. Hipp.

§ 22.

κεφαλὴν ὅκως ἔχει, εἰ ἀνάλγητος καὶ μὴ βάρος ἔχει ἐν ωὑτῇ.] — Codd. ἑωυτῇ et ἑαυτῇ: neutrum placet, quippe, si adsciscas ἔχει, ad caput referendum erit, quod minus apte fiet, quum praegressum ἔχει et ἀνάλγητος ad ipsum aegrotantem referantur.

ἢ ἔχῃ τινὰ σκολιότητα.] — Gal. in comm. ἢ ἔχει τινὰ σκολιότητα τουτέστι ἀνωμαλίαν· ὅπερ ἐν τῷ προγνωστικῷ κατὰ τήνδε τὴν λέξιν ἔγραψεν, εἰ ἀνωμάλως διακείμενον τὰ δεξιὰ καὶ τὰ ἀριστερά. — Recte ille: in eius verbis proxime antecedentibus ὑποχόνδριον μὲν εἴ τίς ἐστιν ὀδύνη, ἢ ἐξήρτηται, legendum ἐξῆρται. — Tum vero in Progn. p. 126. Ed. Littréo legimus: φλεγμαῖνον δέ,

ἢ ὀδύνην παρέχον, ἢ ἐντεταμένον, ἢ ἀνωμάλως διακείμενα τὰ δεξιὰ πρὸς τὰ ἀριστερὰ, ταῦτα πάντα φυλάσσεσθαι χρή. Ubi pro διακείμενα, quod ferri nullo modo potest, quum aeque ac φλεγμαῖνον, παρέχον et ἐντεταμένον ad ὑποχόνδριον, quod antecedit, referatur, tum e Gal. l. l. et textu Prognostici Galenico, tum e MSS. duobus διακείμενον sing. num. legendum.

ὅταν τι τουτέων παρῇ ἐν ὑποχονδρίῳ.] — Ita cod. vetustiss., cett. ὅταν δέ τι. — In seqq. voculas μάλιστα μὲν transposui, nempe inverso ordine μὲν μάλιστα legitur. Gal., alii omittunt μέν.

ἢ εἰ τοῦ πν. εὐφ. αὐτὸν ἔχει] — h l. ἢ εἰ in antithesi necessarium de meo dedi, MSS. καὶ εἰ dantibus: paulo inferius eadem de causa ἢ εἰ καθαρὸν pro καὶ εἰ καθαρὸν e MSS. nonnullis et Gal. recepi.

ἰδεῖν δὲ καὶ τὴν διαχώρησιν.] — MSS. ita variant ut alia τε ferant, alia δὲ, alia καὶ omisso τὴν; mihi hae lectt. coniungendae visae sunt.

καὶ ὁ πυρετὸς εἰ ἐς τὴν τρίτην ἐπιπαροξυνόμενος] — In his εἰ de meo adscivi, codd inter ἐς et εἰς variant: in hoc forte pristina lectio, quam revocavi, latet.

§ 23.

τὰ δὲ σημεῖα ἡ μὲν κ. τ. λ.] — Ad hunc nominativum genitivi vice in distributione solemnem cf. locum celebratissimum Od. XII. 73. Vid. Valcken. ad Phoen. vs. 951. 1295.

ὁκόταν ἀνὰ πάσας τὰς ἡμέρας φαίνηται.] — ἀνὰ in magno MSS. numero deficit, aegre tamen abesse poterit; ἀνὰ πάσας τὰς ἡμέρας et ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην idem valet, nempe *quotidie*. — cf. Matth. § 579.

16*

μὴ ἐνῇ δὲ καὶ τοῦ πνεύματος εὐφορίη, διαναστὰς δ' ἐπὶ τὸν θρόνον, ἢ αὐτοῦ ἐν τῇ κλίνῃ, ἢν ἀψυχίη ἐγγένηται.] — In hisce *μὴ* ante *ἐνῇ δὲ* de meo adscivi, similiterque *δ'* ante *ἐπὶ* de coniectura intuli, quia inter haec antithesis locum obtinet: — *δὲ καὶ* dat cod. Vet., *καὶ* omittunt ceteri. — *διαναστὰς* pro *διαναστάντι*, quia in mente habebat *διαναστὰς δ' ἢν λειποθυμέῃ.*

(*ἢ τῇ καμνούσῃ*).] — Verba ineptum recentioris scioli additamentum mihi visa uncinis inclusi.

ἢν γὰρ ὁμοίως τὸ πνεῦμα.] — *ἢν* vulgo: *ὢν γὰρ* cod. Vet., hinc *ἢν γὰρ* scripsi.

καὶ ἢν πουλὺ —— σπασμός.] — Suntne haec interpretanda e Coaca 260., ubi *πνεῦμα μέγα καὶ διὰ πολλοῦ παραφροσύνην ἢ σπασμὸν σημαίνειν* dicitur? — Quod ad superiora, ubi manus tremulae haemorrhagiam narium futuram praenuntiare dicuntur, cf. Prorrh. 152. et Coacam 170.: *οἷσι κεφαλαλγίαι καὶ τραχήλου πόνοι καὶ ὅλον δή τις ἀκράτεια τοῦ σώματος τρομώδης, αἱμοῤῥαγικὰ λύουσι.* Ceterum non sine causa idonea locus hicce in Galeni reprehensionem incurrit: nolim tamen negare verosimile esse ante verba *ταῦτα ὁκόταν προςῇ τῷ κάμνοντι* quaedam interiisse, quibus certior fieret delirii futuri praesensio.

§ 24.

ὁκόταν δὲ ταῦτα συνιδῇς.] — Cod. vetustiss. *συνίδῃς* mutatum in *συνιδῇς*, vulgo *συνειδῇς*. Hoc quidem h. l. minime congruit: *συνιδεῖν* hic unice verum, eo sensu, quo *perspicere* significat; supra § 22. habuimus *συνορῇν*, ubi *considerare* Latine dedi. Aeschin. adv. Ctesiph. p. 134. Ed. Lips. Weigel. 1817.: *ἀλλ'*

ἐπέδωκε τῷ δήμῳ, ὁπόταν βούληται, συνιδεῖν τοὺς πάλαι μὲν πονηρούς, ἐκ μεταβολῆς δ' ἀξιοῦντας εἶναι χρηστούς.

§ 25.

καὶ κατ' αὐχένα καὶ ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς.] — Vulgo *καὶ αὐχένα ὄπισθεν τ. κ.* — Mihi ob litterarum similitudinem *κατ'* pone *καὶ* excidisse visum est, copula ante *ὄπισθεν* profecto interiit, nam *αὐχένα ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς* nemo facile dixerit.

§ 26.

ἔτι ἐόντων δ' ἐν πυρετοῖσι.] — h. l. *δ'* de meo adieci, quum hac vocula sententia carere non posse videretur.

τοσῷδε χεῖρον καὶ μῆκος.] — *ἐπιμηκὲς* codd. plurimi, non omnium optimi tamen: nec mihi placet, quum non sit quorsum neutra epitheta referas: verbis *χεῖρον καὶ μῆκος* significatur morbi longinquitas et prava indoles, quod Latine expressi.

καὶ ἐπώδυνος —— λυθῇ.] — Codd. lectio est: *καὶ ἐπώδυνος γενόμενος παραμένῃ πυριφλεγὴς γενόμενος, καὶ μὴ λυθῇ.* — in qua *γενόμενος*, quod ultra patet, postremo loco abundat, ita ut deleverim.

καὶ ἐς ἄρθρα, καὶ ταῦτα.] — De meo pluralem num. invexi, quo carere non possumus, *ἄρθρον* et *τοῦτο* h. l. incongruum et praegressis illis *κληΐδα, στῆθος, ὦμον*, sing. num. prolatis debetur.

καὶ βλέφαρον τὸ ἕτερον παρὰ τὸ ἕτερον παραβλαστάνει.] — *καὶ τὸ βλ.* cod. vetustissimus, quod recepit Littréus; mihi displicet. Ad h. l. ceterum videnda verba ex Epid. III. p. 1085. Foësio; *ἐπιφύσιες βλεφά-*

ρων ἔξωθεν, ἔσωθεν, πολλῶν φθείροντες τὰς ὄψιας, ἃς σῦκα ἐπονομάζουσι.

§ 27.

σκαμμωνίῳ ὑποκάθαιρε μετρίως.] — Ratio quare biliosis alvi recrementis prodeuntibus scammonia purgare praecipiat, posita videtur in eo, quod de hoc remedio habet Diosc. IV. 168.: δύναμιν δὲ ἔχει ὁ ὀπός · . . . . καθαίρειν κάτω χολὴν καὶ φλέγμα. Gal. de theriaca ad Pisonem p. 223. vol. XIV. Kühn.: ἡ σκαμμωνία ξανθὴν χολὴν ἕλκουσα φαίνεται.

§ 28.

(ὁκόταν —— ξυμπίπτει).] — Haec uncis inclusi, quia διττογραφίᾳ ortum debere videntur. Nimirum pone γίγνεσθαι, alterutrum tantum posteriorem apodoseos partem facere potest, vel ἀλλὰ χρόνον τῷ τοιῷδε σημαίνει, vel ὁκόταν κ. τ. λ., ambo ista si adponantur, alterutrum abundat. — Similiter collatis e Prorrh. I. sententia 154. et Coaca 490., patet in Prorrhetici verbis: τὰ ὑποκαρώδεα ἰκτερώδεα οὐ πάνυ αἰσθανόμενα κ. τ. λ. — aut ὑποκαρώδεα aut οὐ πάνυ αἰσθανόμενα delenda esse: Coaca fert · οὐ πάνυ τι ἐπαισθανόμενα: quod tamen fortasse glossema in ὑποκαρώδεα.

§ 29.

συντονίην καὶ πολλὴν φλεγμασίην.] — Cod. vetustiss. et Ald. pro φλεγμασίην habet θεραπείην, quod admittit novissimus editor, quia Galenum idem legisse e comm. patet, licet alteram lectionem magis congruam esse fateatur. Gal. ita legisse fere indicat comm., licet etiam φλεγμασίην ibi citet. Forte lectio

ΘΕΡΑΠΕΙΗΝ orta e *ΘΕΡΜΑΣΙΗΝ*; quicquid sit, sensu idoneo caret, nullo modo admittenda est.

καὶ τὸ σῶμα ἐκ γυμνασίων καὶ εὐσαρκώσιος ἔχῃ.] — h. l. de meo *καὶ εὐσαρκ.* pro *ἢ εὐσαρκ.* scripsi: nam arcte cohaerent *εὐσάρκωσις* et *γυμνάσια*, cf. Aph. 3. I. cum Gal. comm. — Lib. de Vet. med. p. 28. Kühn.: *ἔτι γοῦν καὶ νῦν οἱ τῶν γυμνασίων τε καὶ ἀνακτησίων ἐπιμελούμενοι κ. τ. λ.* — Simili sensu atque hoc loco praep *ἐκ* legitur in Progn: *μὴ ἐκ διαῤῥοίης ἢ φαρμακοποσίης ἐόντι*; in his additt. spuriis infra: *τοῖσι ἐκ τῶν νοσημάτων* et *ὁμοίως τοῖσι ἐκ κραιπάλης διαιτάσθω.*

ἢν μὴ πουλὺ ἁλὲς ἐπεσσυθὲν αἷμα ἐξόδους ποιήσηται κατὰ ῥῖνας.] — *ἢν μέν*, quod unius cod. auctoritate novissimus editor recepit, h. l. ineptissimum; symptomata congesti ad caput sanguinis perniciem significant, nisi per nares copiose effluat. — Lect. *ἐπεσσυθὲν* prae *ἀποσυθὲν* praefero: *ἀποσυθὲν αἷμα* enim iam exiit, sed ad nares *ἐπεσσυθέν*, per has *ἐξόδους ποιεῖται.*

ἢ κατὰ ἕδρην ἐμποιήσῃ ἀπόστασιν.] — Gal. *ἐμποιήσειε* pro quo subiunctivum dedi, quum ab *ἢν* pendeat — Recte Littréus e vulgatae verbis *ἢ μεταστάσεις, ἢ ἀποστάσεις* reiecit *ἢ μεταστάσεις ἢ* et cod. vetustissimi *ἀπόστασιν* solum recepit; sed sensu idoneo prorsus destituitur quod h. l. e duobus laudandis ceterum codd. intulit *ἐμπλησθείσης* pro *ἐμποιήσῃ*. Quod ad lectt. *ἐμπνήσεις* et *ἐμπνήσειεν*, sunt hae manifesto, confusis *οι* et *υ*, e nostro *ἐμποιήσῃ* s. *ἐμποιήσειεν* ortae.

ἔξοδοι γίγνονται πτυσμῶν, ἢ παχέων οὔρων, λείων, λευκῶν.] — Hanc lect. praefero prae *ἐ. γ. π. παχέων*,

οὔρων λ. λ., quod Littréus dedit: — nimirum *παχέων* ad *οὔρων* non ad *πτυσμῶν* referendum esse patet collata § 35. infra. — Puto tamen pone *πτυσμῶν* epitheton interiisse, quo horum coctio significaretur: forte *πτυσμῶν πεπόνων* scriptum fuit, cf. § 33.

§ 30.

ὀπὸν σιλφίου, ὀξύμελι, δαῦκον τρίψας.] — Haec ita coniunguntur ut *ὀπὸς* sit basis, quam vocant, medicamenti, *ὀξύμελι* excipiens s. constituens, *δαῦκος* corrigens: eadem inter *χαλβάνην* et *μέλι* et *κύμινον* est ratio.

ἄφυκτος δὲ ὁ τοιοῦτος.] — Non certo scio utrum *ὁ τοιοῦτος* ad morbum, an ad aegrum referre oporteat: ad hunc si referas, quod forte voluit auctor, *ἄφυκτος* accipiendum *qui effugere non potest*, sin ad illum, passive *quem nemo effugere potest.*

κόκκαλος καὶ σμύρνα ἔκλεικτον.] — De voce *κόκκαλος*, Foës. in Oecon. Salmas. ad Solinum p. 160. Lobeck. ad Phryn. p 396. Schneid in Ind. ad Theophr. voce *στρόβιλος*. Sprengel. Comm. in Diosc. p 380. Mihi h. l. non *πυρῆνες* sed fructus integer spectari videtur. Gal. in Comm.: *εἴωθε δὲ ἐξ αὐτοῦ σκευάζειν* (*σκευάζεσθαι?*) *ἐκλεικτὸν, ὅταν ᾖ λιπαρὸς μάλιστα, τουτέστι πολλὴν ἐν κύκλῳ περικεχυμένην ἔχῃ ἰδίαν ῥητίνην. ἑψόμενοι δ' αὐτὸν ἐν ὕδατι μετὰ πρασίου πρόςφατον, εἶτα τῷ ἀφεψήματι μιγνύντες μέλι σύμμετρον, ἕψοντές τε πάλιν τοῦτο, μέχρι μελιτώδους συστάσεως, οὕτω τῷ γενομένῳ φαρμάκῳ χρώμεθα.* — De myrrha Diosc. I. 77. Admiscetur *τοῖς ἀρτηριακοῖς*. Gal. de rem. Simpl. VIII. 18. 39. Ceterum non sine causa Gal. in comm.: *ἀτάκτως*, inquit, *τοῦτο γέγραπται· βελ-*

τίον γὰρ ἦν αὐτὸ μικρῷ πρόσθεν γεγραφέναι κατ' ἐκεῖνο τοῦ λόγου τὸ μέρος, ἔνθα ἐθεράπευσε τοὺς δεομένους τὸν θώρακα καὶ πνεύμονα διὰ πτυσμάτων ἐκκαθαίρεσθαι, οὐ πρὸς τὸν λυγγώδη πυρετόν·

τοῦ κριθινοῦ ὕδατος.] — Gal. in comm. ὅτι μὲν, inquit, ὡς ἄδιψον πόμα εὔδηλόν ἐστιν· ἄμεινον δ' ἦν εἰρῆσθαι πρὸς αὐτοῦ πῶς χρὴ σκευάσαι τὰς κριθὰς, πότερον ἀποβρέξαντας ἁπλῶς, ἢ ὡς οἱ νῦν ἐξ αὐτῶν τὸν ζυθὸν ποιοῦντες, ἢ κατ' ἄλλον τινὰ τρόπον.

§ 31.

τὰ δὲ περιπν.] — Hanc § profert Coel. Aurel. lib. II. cap. 19. p. 129.: « Alias, inquit, passiones curans in ultima scripturae parte rursum peripneumoniam atque pleuritim curans haec ait: in peripneumonico cet."

ἀφαιρέειν δὲ κατὰ τὴν τοῦ σώματος ἕξιν καὶ ὥρην καὶ ἡλικίην καὶ χροιὴν πλέον κ. τ. λ.] — Dant χροιὴν codd. omnes nostrae aetatis. — Coel. Aurel.: « Secundum corporis habitudinem, atque temporis, aetatis, vel regionis, considerationem." Hic igitur χώρην legit: verum operae pretium est Galeni verba ad hunc locum, i. e. ad verba usque καὶ θαρσέων, ἢν ὀξὺ τὸ ἄλγημα ᾖ, ἀγάγειν πρὸς λειποψυχίην, hic adscribere: ἐνταῦθα, inquit, πάλιν πλέον τοῦ μέτρου τοὺς σκοποὺς τῆς φλεβοτομίας ἅπαντας εἰπεῖν φιλοτιμηθεὶς, ὅμως παραλέλοιπέ τινας. οὔτε γὰρ τῆς δυνάμεως ἐμνημόνευσεν, οὔτε τῆς μεταβολῆς τοῦ αἵματος, ἀλλ' οὐδὲ χώρας, ἢ καταστάσεως· πλέον δ' ἀφαιρεῖν κελεύων, καὶ θαῤῥεῖν μέχρι λειποθυμίας ἄγειν, ἥμαρτεν ἐν τῇ λέξει, προςθεὶς δι' ὃ θαῤῥεῖν προςήκει. διὰ μὲν γὰρ τὴν ὀξύτητα τοῦ ἀλγήματος ἐπὶ τὸ πλέον ἐκκενοῦν τοῦ αἵματος ἀφικνούμεθα, τὸ δ' ἐὰν ῥεῖν οὐκ ἐκ τῆς ὀξύτητος, ἀλλ' ἐξ ἄλλων

ἔχομεν, ἐὰν ἥ τε δύναμις ἐῤῥωμένη, καὶ ἡ τῶν ἀκμαζόντων ἡλικία καὶ τὸ πλῆθος αἱματικὸν, καὶ ἡ τοῦ κάμνοντος φύσις πυκνοτέρη τε καὶ σκληροτέρη καὶ δυςδιαφορητοτέρα καὶ πολύαιμος, ἥτε ὥρα τοῦ ἔτους καὶ ἡ κατάστασις εὔκρατος, οὕτω γὰρ (lege δὲ) καὶ ἡ χώρα. τὸ γὰρ ἄχρι λειποθυμίας ἄγοντα θαῤῥεῖν, ἐκ τούτων ἡμῖν προςγίνεται. — Itaque Gal. etiam χροιὴν legisse videtur. Malim tamen χώρην cum Coel. Aurel. scribere, modo scirem eum locum nostrum satis diligenter descripsisse. Lib. περὶ διαίτης ὑγιεινῆς p. 618. Kühn.: δεῖ οὖν πρὸς τὴν ἡλικίην καὶ τὴν ὥρην καὶ τὸ ἔθος καὶ τὴν χώρην καὶ τὰ εἴδεα τὰ διαιτήματα ποιέεσθαι, coniunguntur fere eadem, quae in Coel. Aurel. lectione; καὶ χροιὴν si serves, fere ad colorem vultus referendum videtur: nisi contra Galeni sententiam ad colorem sanguinis mutatum referre velis, quod satis arridet; cf. § 22. partis germanae.

οὕτω χυλὸν ὀλίγον καὶ λεπτὸν —— παχύτερόν τε καὶ πλείονα.] — Haec in MSS. dandi casu proferuntur; mihi a codd. lectione abeundum visum, exhibendumque quod unusquisque requiret.

§ 32.

τοῖσι ἐκ τῶν νουσημάτων.] — Sunt οἱ ἐκ τῶν νουσημάτων proprie qui *nuper ex istis morbis evaserunt*, h. l. vero accipiendum de illis in quibus maxima morbi vis fracta est, necdum tamen sanitas in integrum restituta.

καὶ τὰ ἀντέχοντα ἀποβάλῃ.] — Varr. lectt. dant ἀποβάλλῃ, ἀποβάλλει et ἀποβάλῃ.

ὄροβος.] — ὀρόβων cod. vet., Gal., alii: —— exhibet Gen. pluralem etiam Littréus Mihi vulgata lectio

praestare videtur; nimirum non credo voluisse nostrum *ὁκοῖον ὑποστάσιες ὀρόβων*, sicuti accipit editor nuperrimus.

§ 33.

ὑπὸ πνιγμοῦ καὶ ῥωγμῆς καὶ βίης, ἐπικρατεόντων τῶν νουσημάτων.] — Sicuti saepe alias veluti morbi certamen cum sanitate depingitur, ita hoc quoque loco idem factum: morbus *ἐπικρατέων πνίγειν* dicitur, et *ῥησσειν*, quasi *ῥήσσειν τὸν ἀντίπαλον*, quod de luctatoribus exquisitum, unde *ῥωγμή*: utrumque autem, uti unusquisque perspicit, *μετὰ βίης* fiebat. Hinc sudor *τοῦ πνιγομένου καὶ βιαίως ῥησσομένου καὶ ἐπικρατηθέντος.*

ἢν μὴ οὖρα πολλὰ καὶ παχέα ὁρμήσῃ, ἢ πτύσματα πέπονα ἔλθῃ· ὅ τι δ' ἂν τούτων αὐτοματίσῃ.] — Legebatur *καὶ πτύσματα*, quod propterea ferri nequit, quod sequens *ὅ τι δ' ἂν τούτων* ultro docet opus esse particula disiunctiva.

§ 34.

ἀποζέσας.] — Vulgata lect. fert *ἐλλέβορον μέλανα ἀποζέσας καὶ πλευριτικῷ —— δίδου*: illud *καὶ* re vera abundat in hac lect. et in cod. vetustissimo omissum est: equidem tamen suspicor vocabulum excidisse et olim scriptum fuisse: *ἀποζέσας καὶ διηθήσας πλευριτικῷ —— πίνειν δίδου.* Sicuti in proxime seqq. ista coniunguntur.

τῇσι ὑπὸ τῶν φρενῶν περιωδυνίῃσι.] — Pro *ὑπὸ* codd. *ἀπὸ*, quod h. l. incongruum: locus enim spectat eandem dolorum divisionem in eos, qui supra septum transversum sedem habent, et eos, qui infra, quam

tum in parte huius libri germana, tum in ipsis his additamentis iam supra legimus.

καὶ ὁκόσα —— πίνειν τὰ πλείω δίδου.] — Legebatur *καὶ ὁκόσα δεῖ ἐς κοιλίην καὶ* (alii *ἢ*) *ἐς οὔρησιν ἐν οἴνῳ καὶ μέλιτι, τὰ δὲ ἐς κοιλίην ξὺν ὕδαρεῖ μελικρήτῳ πίνειν πλείω δίδου.* — Sponte patet in his antithesin esse inter remedia quae urinas propellunt et inter ea quae alvum movent: hinc sequitur verba *ἐς κοιλίην καὶ* vel *ἢ* in priori membro abundare: de his sic iudico, primum *ἐς κοιλίην* vitiose ibi illatum esse, dein alium librarium *καὶ* vel *ἢ* addidisse. Ante *πλείω* in postremis articulum desiderabam, ut *τὰ πλείω* adverbii vice fungatur: initio *δεῖ* manifesto e *δὴ* ortum. — Ad remedia h. l. enumerata quod attinet, de Galbano Diosc. III. 87.: *καταπίνεται δὲ πρὸς παλαιὰν βῆχα, δύσπνοιαν, ἄσθματα, ῥήγματα, σπάσματα.* — Gal. de hoc medicamine lib. VIII. de Rem. simpl. cap. 22. De Abrotono Diosc. III. 26. Sprengel. in comm. p. 505. De Panace Diosc. III. 48. seqq. Sprengel. p. 518. Gal. de rem. Simpl. VIII. p. 94. seqq. Kühn.

§ 35.

ἢν μὴ ἱδρῶτες, ἢ οὖρα παχέα καὶ λευκὰ καὶ λεῖα ἐπιφανῇ, ἢ ἐς πυρετοὺς τριταίους, ἢ ἐς κιρσὸν —— στηρίξῃ ἡ ὀδύνη.] — Haec pessime turbata erant: legebatur: *ἢν μὴ ἐς πυρετοὺς ἢ ἱδρῶτας καὶ οὖρα παχέα καὶ λευκὰ ἐπιφανῇ, ἢ ἐς τριταίους, ἢ ἐς κιρσὸν κ. τ. λ.* In verbis *ἢν μὴ ἐς πυρετοὺς ἢ ἱδρῶτας* e seqq. supplendum esset cogitatione *στηρίξῃ ἡ ὀδύνη*, quod absurdum; neque enim dolor *ἐς ἱδρῶτας στηρίζειν* dici potest; — *ἱδρῶσι λύεται* vel *κρίνεται*, non *στηρίζει ἐς*

ἱδρῶτας ὁ πόνος. — Emendationis ratio ceterum sponte intelligitur.

§ 36.

πρὸ τῆς ἑβδομῆς.] — Ad hunc locum cff. Coaca 121. Ep. I. p. 951. F. Foësio, Aph. IV. 62. 63.

§ 37.

δακνομένων καὶ ξηραινομένων τῶν τενόντων τῶν ὀῤῥωδέων, οἳ παχύτατοι τὴν ῥάχιν ξυνέχουσι.] — Cod. vetustiss. *ὠῤῥωδέων.* — *ὀῤῥωδέων* Gal. in gloss. codd. 4. — *οὐρωδέων* cet. Quid praestet vix discerno. — cf. ad hanc vocem Foës. in Oecon. Valck. ad Amm. I. 9. p. 38. Tum vero ad h. l. conf. Platonis verba supra in notis ad § 4. additamentorum adscripta. Rufus Ephes. p. 43. Clinch.: *αἱ δὲ παχεῖαι ἐκ τοῦ ἰνίου ἐκφύσεις, καὶ τὰ εἰς τὴν πτέρναν ἐκ τοῦ μυὸς ἐκφυόμενα, τένοντες.*

πίνειν δίδου.] — *δίδου* de meo adscripsi, quia abesse nequit.

θερμῷ προβρέχων ἐν σκάφῃ.] — Faciebant ita veteres ut humorum ad artus revulsionem instituerent, quae satis valida esse debuit, extremis primum in aquam calidam demissis, dein linteis obvolutis: eundem in finem deligabant manus et pedes: lumbos, ceteras partes obvolvebant fomenti gratia.

καὶ βραχίονας ἕως δακτύλων κατελίσσειν καὶ ὀσφὺν ἀπὸ τοῦ τραχήλου ἕως τῶν ἰσχίων λάσιον ἐγκηρώσας, ὅκως καὶ τὰ ἔμπροσθεν περιέξει.] — In his vulgo legebatur *σίαλον ἐγκηρώσας μαλακῷ δέρματι ὅκως κ. τ. λ.* MS. vetustiss. dat *ἐσθίονον ἐγκηρώσας ὅπως.* — Nuperrimus editor, quum *σίαλον ἐγκηρώσας* non probaret,

et apud Gal. et Erot. λάσιον expositum videret σινδόνην et ὀθόνιον, in cod. vetust. lectione ἐσθίονον corruptum esse coniecit ex ὀθόνιον, in vulgata vero σίαλον e λάσιον ortum; itaque λάσιον scripsit: quam lectionem sum secutus, licet nondum mihi persuadeam omnia iam recte habere: nempe offendit me illud μαλακῷ δέρματι omissum in optimo cod., in quo saepius vocabula deficere memini; nam apud Coel. Aurel.: in curatione spasmorum cet. Ac. morb III. 8. p. 211. legimus: « Aliqui denique non sine ratione commoti, etiam *teneris et exercitis pellibus* agnorum, vel hoedorum oleo calido tinctis, atque madefactis, loca patientia vaporaverunt." Vix dubitari licet quin Coelius ipsa, de quibus agimus, verba respexerit: itaque verosimiliter dedit auctor βραχίονας .... κατελίσσειν .... λάσιον ἐγκηρώσας μαλακῷ δέρματι: ita ita ut significarit pellem continuo partibus adhibitam fuisse et circumvoluto linteo his adplicatam. Nolui tamen a nuperrimi editoris scriptura recedere, quia ne hoc quidem, quod tanquam verosimillimum mihi visum protuli, certum habeam: plures mihi se obtulerunt coniecturae, quas describere nolo Pro ἔμπροσθεν plurimi codd. ἔξωθεν: praefero cod. vetustissimi lectionem, ut τὰ ἔμπροσθεν opposita sint τοῖς ὄπισθεν i. e. τῇ ὀσφύϊ καὶ τῷ τραχήλῳ, de quibus sermo est: neque enim intelligo καὶ in verbis καὶ τὰ ἔξωθεν, si hanc sequamur lectionem: mihi in hacce prorsus abundare videtur haec particula, quae vim intensivam h. l. non habere non potest.

ἐπανάκλινε αὐτὸν] — i. e. ἀνάκλινε αὐτὸν ἐπὶ τοὺς ἀσκοὺς τοὺς ὕδατι πληρωθέντας καὶ σινδονίῳ καλυφθέντας; quod plerosque interpretes fugit.

§ 38.

κοιλίην δὲ μὴ λύειν.] — Alii codd. λύειν, quod Gal. legit, uti patet e comm., alii λύσῃς: ex utraque lectione coniuncta vulgata λίην λύσῃς orta.

τοῦ μάδου.] — μόδου vulgo: μαδοῦ cod. vetustissimus. Littréus: « Hesychius donne μαδὸν, πόα et μάδος, ψίλωθρον. D'autre part μόδος est dans la collection Hippocratique synonyme de ψιλώθρον. Il en resulte que μάδος et μόδος sont synonymes, mais que l'accent ne doit pas être mis sur ου" — Imo vellem indicasset loca ubi μόδος in libris Hippocraticis pro ψίλωθρον ponatur, nam praeter hunc nostrum nullum alium novi, nec Foës. alium citat in Oecon. — Mihi cum Lind. μάδου scribendum videtur, conf. Schneid. ad Theophr. Hist. pl. IX. 13. p. 785.

§ 39.

ἢ διά τινος.] — Praep. διά h. l. de meo supplevi, quum caeteroquin unde genit. pendeat non videam.

§ 40.

ἢ δι' ἀκρησίην.] — Codd. variant inter ἀκρασίην et ἀκρησίην, neutrum mihi placet, desidero ἀκρισίην collato Aph. 15. V. — Neque Galeno ἀκρασίην acceptum fuisse e comm. patet.

ἢ δι' ἄλλην τινὰ ἰσχυρὴν αἰτίην.] — Collata § 6. horum additamentorum ex olim vulgata scriptura, (vide ann. ad istum locum), suspicio mihi nata est h. l. glossam pristinam auctoris scripturam expulisse: nempe mihi

scriptum fuisse videtur ἢ δι' ἄλλην τινὰ πρόφασιν.

ἢν δὲ διαλύηται τὸ σῶμα —— πτυαλισμός] — Gal. in comm.: προειπὼν δὲ, inquit, τίσιν ἐλλέβορον οὐ χρὴ διδόναι, φησίν· ἢν διαλύηται τὸ σῶμα, τουτέστιν ἢν ἔκλυτον ἱκανῶς γένηται χωρὶς προφάσεως δηλονότι, ἢ πόνος ἐν κεφαλῇ χρόνιος καὶ δύςλυτος (ὑπακοῦσαι γάρ σε τοῦτο κἂν τῷ τῆς κεφαλῆς χρὴ πόνῳ καὶ τοῖς ἐφεξῆς εἰρημένοις ἅπασι, τοῖς ἐμπεπλασμένοις ὠσὶ καὶ ῥινὶ καὶ τῷ πτυαλισμῷ) προςτίθησι δὲ γονάτων βάρος καὶ πόνον καὶ σώματος ὄγκον παρὰ τὸ ἔθος· ἐπὶ πάντων γὰρ τούτων ἄνευ φανερᾶς αἰτίας γενομένων ἐλλεβορίζειν συμβουλεύει κ. τ. λ. — Prosp. Mart. ad h. l. adfert auctorem libri de Int. aff. p. 536. Foësio, qui in ea phthisis specie, quae a pituita ex capite oritur, veratri usum commendat; cum quo praecepto auctoris nostri sententia initio huius § congrua. Hinc etiam explicandum puto veratrum in πτυαλισμῷ praescriptum et iis commendatum, qui ἐμπεπλασμένας habeant aures vel nares: nam haec excreta e cerebro defluere existimabant veteres. Cf. Gal. comm. 2. in Lib. de Humor. p. 217, comm. 5. in Epid. VI. p. 240. Kühn.

§ 42.

λουσαμένοισι.] — ἐκλουσαμένοισι dant MSS. quod quid hic sibi velit non intelligo: puto equidem duplicem fuisse scripturam ἐκ λουτροῦ καθεύδειν et λουσαμένοισι καθεύδειν. Itaque ἐκ delevi servato quod ad codd. lectionem proxime accedit.

ὑποχρίσασθαι τὸ σῶμα.] — Cf. infra § 58. ὑπαλειψάμενος.

§ 43.

διαπρήξει.] — De meo dedi pro *διαπρήξῃ* et *διαπράξῃ*, quae codd. lectt.

§ 44.

κεῖνοι.] — Cod. vetustissimi lectio *κενοί*, quam nuperrimus editor recepit, minime placet, quid sibi vult *κενοί* —— *εἰσὶ* —— *κενεαγγέοντες*? — Ionicum *κεῖνοι* quare dari non potuerit, non video.

ἢ μολόχην, ἢ σεῦτλα, ἢ πτισάνην.] — Vulgo *ἢ πτισάνην* ante *ἢ σεῦτλα* infertur: malui ordinem invertere: *μολόχην* cod. vetustiss., cett. *μαλάχην* praebentibus. Vid. Hemsterh. ad Aristoph. Plutum p. 160.: quo collato Doricam formam negligere nolui, quum plurima vocabula ad huius Dialecti normam scripta in his libris Hippocraticis occurrant.

ὁκόσον ξύμμετρον ὑδαρέστερον.] — Ante *ὑδαρέστερον* vulgo *καὶ* additur, quod plane otiosum, me iudice, e seq. *καὶ ἀπὸ* huc tractum et minus recte ita repetitum.

ἕως οὖρα καταδράμῃ.] — Vulgo *ἕως ἂν* scribitur, quod tamen h l MS. dat nullum: primum addere decreveram, postea consilium mutavi collato *μέχρι* sine addito *ἂν* § 58. partis germanae, ubi vide.

§ 45.

καὶ ἄσην ἐμποιέει.] — *ἐμποιέει* de meo adscripsi, quia eo carere hic locus salvo sensu non potest, neque enim Accusativos illos ad *ἐπισημαίνειν* referre licet: de hoc verbo Foës. in Oecon. et, qui a Wyttenb. ad Sel. p. 367. laudatur, Budaeus.

§ 46.

στεγνότητα ποιέει.] — Cf. infra § 51.: *διαχωρέει δὲ οὐδὲν κάτω ἀλλ' ἀπεστέγνωται.* Diosc. II. 75.: *ἑψηθὲν δὲ πᾶν γάλα στεγνωτικὸν γίνεται κοιλίας.* — Cf. Oecon. Hipp. in voce *στέγνωσις.*

καὶ σιτίων ἔξαψιν ποιέει.] — Similis dictio illi, quae habetur § 30. partis germanae, ubi *καὶ ἡ ἄφοδος ξυγκαίεται.*

§ 47.

ὄσπρια κ. τ. λ.] — Dubito an haec recte scripta sint: puto fere auctorem voluisse: *ὄσπρια δὲ πάντα φυσώδεα καὶ ὠμὰ καὶ ἑφθὰ καὶ πεφρυγμένα, μάλιστα δὲ βεβρεγμένα καὶ χλωρά.* —— vel *ὀ. δ. π. φ. καὶ ὠμὰ καὶ βεβρεγμένα καὶ χλωρά· ἥκιστα δὲ ἑφθὰ καὶ πεφρυγμένα.* — Nempe Gal. de Alim. Fac. I. 22. de ciceribus frixis: *εἴρηται δ' ἀρτίως*, inquit, *ὁ κοινὸς λόγος πάντων τῶν ἀτελῶν καρπῶν, ἔνθα περὶ τῶν κυάμων ὁ λόγος ἦν. ὡσαύτως καὶ περὶ τῶν φρυγομένων ἐρεβίνθων ἀκηκοέναι νόμιζε σὺν τοῖς εἰρημένοις ἐπὶ τῶν κυάμων. ἅπαντα γὰρ τὰ φρυγόμενα τὸ μὲν φυσῶδες ἀποτίθεται, δυσπεπτότερα δὲ καὶ σταλτικώτερα γίνεται.* Respicit h. l. cap. 19., ubi dixerat: *χλωροὶ δὲ ἐσθιόμενοι (οἱ κύαμοι) πρὶν πεπανθῆναι καὶ ξηρανθῆναι τὸ κοινὸν ἁπάντων ἔχουσι τῶν καρπῶν, ὅσους πρὸ τοῦ τελειωθῆναι προσφερόμεθα, τροφὴν ὑγροτέραν διδόντες τῷ σώματι καὶ διὰ τοῦτο περιττωματικωτέραν οὐ κατ' ἔντερον μόνον, ἀλλὰ καὶ καθ' ὅλην ἕξιν.* — Coctionem etiam *τὸ φυσῶδες* adimere dicit in consilio ad puerum Epil. cap. 5. sub fin.: *φυσώδη τε*, inquit, *τὰ ὄσπρια καὶ μάλιστα κύαμοί τε καὶ ἐρέβινθοι, καὶ ἡ πτισάνη δὲ μὴ ἀκριβῶς*

καθεψηθεῖσα φυσώδης ἐστὶν, ὥςτε καὶ ταύτην ἑψεῖν, ἢ μὴ χρῆσθαι. καὶ ἡ φακὴ δὲ καλῶς ἑψηθεῖσα πᾶν ἀποτίθεται τὸ φυσῶδες.

ἐρέβινθος.] — Gal. in comm. ad h. l.: τινὲς, inquit, γράφουσι διὰ τοῦτ' αὐτὸν φυσώδη, ὡς ἐντείνοντα τὰ αἰδοῖα τὸν ἐρέβινθον· διὰ μέντοι τὸν (τὸ?) ὑπογεγραμμένον τῆς λέξεως τὸν πόνον φέρομεν ἐπὶ τὴν διὰ τὴν ἐμφύσησιν ὀδύνην. Ad priorem horum verborum partem cf. Arist. Probl. IV. 25.; vid. ceterum Diosc. II. 126.

§ 48.

Σίλφιον δὲ καὶ ὀπὸς ἔστι μὲν οἷσι μάλιστα] — Diosc. III. 84.: φυσώδη καὶ δριμὺν vocat τὸν ὀπόν. Gal. de fem. Simpl. VIII. 18. p. 123. Kühn.: σιλφίου, inquit, θερμότατος μὲν ἐστιν ὁ ὀπὸς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ φύλλα καὶ ὁ καυλὸς καὶ ἡ ῥίζα θερμαίνει γενναίως. ἔστι δὲ φυσωδεστέρας οὐσίας ἅπαντα, καὶ κατὰ τοῦτο δύςπεπτα. Cf. Aët. I. in voce et Paulum VII. 3. Plinius XIX. 15.: « Vesci pecora solita, primoque purgari, mox pinguescere, carne mirabilem in modum iucunda. Post folia amissa caule ipso et homines vescebantur decocto, asso, elixoque: eorum quoque corpora quadraginta primis diebus purgante a vitiis omnibus." Idem XXII. 48.: « In cibis concoquitur aegre. Inflationes facit et ructus." De Cholera illa sicca cf. § 51. infra.

μάλιστα δὲ γίγνεται, ἢν μετὰ πολλοῦ τυροῦ μιχθῇ, ἢ κρεηφαγίης βοείων κρεῶν. τὰ μὲν γὰρ μελαγχολικὰ κ. τ. λ.] Supra vidimus per se iam τὸν τυρὸν στεγνότητα ἐμποιέειν, carnes bubulae haud facile digeruntur, hinc, quem memorat auctor, effectus. Lib. II. de Diaeta p 678. Kühn.: βόεια κρέα ἰσχυρὰ καὶ στάσιμα καὶ δύςπεπτα τῇσι κοιλίῃσι, διότι παχύαιμον καὶ πον-

λιμαιμόν ἐστι τοῦτο τὸ ζῶον. Quod attinet ad morbos melancholicos a bubularum carnium esu auctos cf. Epid. III. sect. ult. aegr. 13. Auctor libri de Int. affectt. p. 480. Kühn. iecinoris inflammationem aliquam inde repetit.

βέλτιστα δ' ἂν ἀπαλλάξαιεν, εἰ διεφθοῖσί τε χρέοιντο καὶ ὡς παλαιοτάτοισι.] — Auctor libri *περὶ παθῶν* p. 420. Kühn.: *τὰ κρέα τὰ μὲν ἑφθὰ ἢν μὲν δίεφθα ποιήσῃς, ἀσθενέστερα καὶ ἐλαφρότερα· τὰ δὲ ὀπτὰ, ἢν ἔξοπτα γένωνται, καὶ τὰ παλαιὰ ἐξ ὄξους ἢ ἁλῶν ἀσθενέστερα καὶ ἐλαφρότερα τῶν προςφάτων.*

§ 49.

αἴγεια δὲ κρέα ὅσα γε ἐν βοείοισι ἔνι κακὰ πάντ' ἔχει.] — *γε* de meo effeci e codd. lectione *τε*: quod ad lectionem nonnullorum MSS. *αἴγεια δὲ κρέα συμφορώτερα, πλὴν ὅσα τε ἐν βοείοισι ἔνι κακὰ πάντ' ἔχει*, huius origo satis aperta, me iudice: nempe librarius taedio enumeratorum ciborum, quos insigni numero reprehenderat auctor, male iocosus scripsit: *αἴγεια δὲ κρέα συμφορώτερα πλὴν ὅσα γε βοείοισι ἔνι κακὰ πάντ' ἔχει.*

ἔστι δὲ τὰ εὐωδέστατα καὶ τέρενα ἥδιστα· ταῦτα ἄριστα δίεφθα καὶ ψυχρά· τὰ δὲ ἀηδέστατα δυςώδεα καὶ σκληρά· ταῦτα κάκιστα, καὶ τὰ πρόςφατα.] — Legebatur: *ἔστι δὲ τὰ εὐωδέστατα, στερεὰ καὶ ἥδιστα, ταῦτα ἄριστα διεφθὰ καὶ ψυχρά· τὰ δὲ ἀηδεστάτα δυςωδεα κ. τ. λ.* — Est ergo in hisce antithesis, at qui, quaeso, sibi opponuntur *στερεὰ* et *σκληρά*? Non sunt haec sibi contraria, itaque dedi, quod ad *στερεὰ* proxime accedit, *τέρενα*, quod de carne molli tenera bene dici posse videtur.

βέλτιστα δέ ἐστι ὥρῃ τῇ θερινῇ.] — *ὥρῃ* de meo addidi, deficit in MSS. Gal. in comm.: *βέλτιστα δ' εἶναί φησι σφῶν αὐτῶν τὰ κρέα τῶν αἰγῶν, οὐ γὰρ δὴ τῶν ἄλλων γε κρεῶν· ἐχρῆν μὲν οὖν ὅσον ἐπὶ τῇ ὥρᾳ φαυλότατα διὰ τὴν κρᾶσιν εἶναι· συμβαίνει δὲ βελτίονα τὴν τροφὴν αὐταῖς κατὰ τὸ θέρος εἶναι καθάπερ τὰ ποηφάγα τῶν ζώων μοχθηρά, διὰ τὸ μηκέτι ἔχειν τὴν πόαν χλωράν· ταῖς δ' αἰξὶν ἐπιτηδειοτάτη τροφὴ τῶν δένδρων οἱ βλαστοὶ καὶ καυλοί ἐστιν, οὓς ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ ἦρος ἔχει δαψιλεῖς, κατὰ τὸ θέρος.*

§ 50.

χοίρου δὲ πονηρά, ὁκόταν ᾖ ἐνωμότερα καὶ περικαῆ.] Gal.: *χοῖρον*, inquit, *ἐξαιρέτως ὠνόμαζον οἱ παλαιοὶ τὸν μικρὸν λίαν κ. τ. λ.*; res nota vel e Comici *ἔπεσθε μητρὶ χοῖροι.* Variat lectio inter *καὶ περικαῆ* et *ἢ π.* —: non dubium tamen quin illud verum sit, alterum contra esse non possit: nam carnes vehementiori igne assae simul intus sunt *ἐνωμότεραι* et extus *περικαεῖς*.

ὕεια βέλτιστα κρεῶν ἁπάντων.] — Hac de re certe nostri homines longe aliter sentiunt.

μήτε ἡλικίην] — *φέροντα*, quod codd. nonnulli, non optimi tamen, addunt, mihi recentiori manui deberi videtur: non placet *ἡλικίην φέροντα παλαιοῦ ἱερείου.*

§ 51.

χολέρης δὲ ξηρῆς.] — Cholerae siccae nomen apud medicos antiquos ceteros non legitur, quod sciam. Auctor *εἰσαγώγης* Galeno adscriptae p. 736. Kühn.: *ἡ δὲ χολέρα διττή ἐστι καθ' Ἱπποκράτην, ἡ μὲν ὑγρὰ* . . . . *τὸ δὲ ἕτερον εἶδος ξηρὰν χολέραν καλεῖ ὁ*

Ἱπποκράτης, ὑπὸ μὲν τεῦ αὐτῷ (lege *αὐτοῦ*) *αἰτίου γινομένην καὶ περὶ τὰ αὐτὰ συνισταμένην, ἄνευ μέντοι ῥύσεως κοιλίας καὶ ἐμέτων. διὸ καὶ δεῖται προανέσεώς τε καὶ* (pro *τε καὶ* vellem *γε*) *διὰ καταπλασμάτων, καί οὐ προςφορᾶς, ἀλλὰ τοὐναντίον ἐνδείας.* — Iam Sprengelius ad haec verba laudavit Sydenh. p. 175. Ed. Lugd. Bat. 1726., qui choleram siccam describit « a spiritu flatuoso supra et infra erumpente." Utrum eiusmodi morbum noster voluerit haud ita certum, quum *οὐδὲν κάτω διαχωρέειν* dicat: nisi id de sola materie faeculenta sit accipiendum, non de flatu emisso.

φύλαξον, ὅκως μὴ ἐμέεται ἀλλ' ἡ κοιλίη ὑπελεύσεται.] *ἐμέεται* et *ὑπελεύσεται* veram referunt scripturam huius loci, nam frequentissimum est *ὅκως* cum fut. Indicat. *ἐμέω* autem fut. *ἐμοῦμαι*: — cett. lectt. deteriores.

ἐς ὕδωρ . . . . . κάθιε θερμόν.] — *κάθιε* omnino praeferendum prae *κάθιζε*: itaque recepi cum Littréo, qui ad hoc verbum citat Buttm. Gr. Gr. I. p. 523., ubi vide. — cf. Thiersch. § 226.

καὶ ἔλαιον δίδου, ὥςτε ἡσυχῇ ἡ κοιλίη ὑπίῃ.] — Legebatur *καὶ ἔλαιον δίδου· ὥςτε ἡσυχίῃ καὶ ἡ κοιλίη ὑπίῃ καὶ λέλυται.* Illud *λέλυται* ex antecedentibus vitiose repetitum, hinc bis perperam *καὶ* invectum: *ἡσυχίῃ* ferri non potest, ex *ἡσυχῇ* ortum est: a vehementioribus remediis abstinenti oleo dato leniter ventrem ducendum censet.

ἢν δὲ μὴ ἀνῇ] — *ἀνείῃ* cod. vetustissimus et alter quis bonae notae: eiusmodi lectt. eodem modo ortas arbitror, quo *ἡσυχίῃ* ex *ἡσυχῇ*, nempe *ι* subscripto illato ante vocalem, quam sequi debuerat haec littera: hinc *ἀνείῃ* pro *ἀνέῃ*: hinc subinde etiam apud nostrum

εἴη ubi subiunctivus requiritur, quem eiusmodi locis Ionice ἔῃ scripsisse videtur auctor.

πίνειν δὲ μελίκρητον καὶ ἐξεμέειν.] — Gal. *μὴ ἐξεμέειν* praeferre se dicit, negatione in nonnullis aetatis ipsius MSS. deficiente. — Quod praecedit *ἀτρεμίζειν* in eius partes lectorem fere abripit: fatendum tamen *ἀτρεμίζειν* intelligi facile posse de aliis remediis sepositis, sola mulsa medicaminis vice concessa. — Rem ut intelligamus, id inprimis tenendum est antiquos mulsa tanquam emetico re vera usos esse. Aret. de cura *κοιλιακῶν*: *ἢν δὲ*, inquit, *καὶ πλήθεος τῶν ἐν τῷ στομάχῳ φαντασίη ἔῃ, νήστεσι ἐμέτοισι χρέεσθαι ἀφ' ὕδατος, ἢ μελικρήτου.* — Cf. Diosc. V. 17. — Iam vero constat in cholerae curatione antiquos vomitum praescripsisse: itaque *μὴ* contra Galeni sententiam mihi delendum videtur. — Aret. II. 4. de cur. M. acut.: *ἐν χολέρῃ ἡ τῶν φερομένων ἐπίσχεσις κακόν· ἄπεπτα γάρ· χρὴ ὧν ἡμᾶς ῥηϊδίως αὐτόματα δέχεσθαι, ἢν δὲ μή, ὀτρύνειν διδόντας ὕδατος εὔκρητου ῥυμφαίνειν, ξυνεχές γε μήν, ὀλίγον δέ, ὅκως μὴ ἐντάσιες ἔωσι κεναὶ στομάχῳ σπασμώδεες.* — Simile praeceptum tradit Celsus IV. 11. « Protinus ergo, ubi ista coeperunt, aquae tepidae quam plurimum bibere oportet et vomere." — Coel. Aurel. Ac. M. III. 21. initio. p. 257. Paulus III. 39. Quin imo Alex. Trall. ipsam mulsam administratam cupit in hunc finem VII. 16.: *εἰ μὲν οὖν ἐν ἀρχῇ φαίνοιτό σοι τὰ τῆς φθορᾶς καὶ μηδὲν ἀξιόλογον ὁ κάμνων ἐκκρίνων διὰ γαστρός, ἢ δι' ἐμέτων, ἀλλὰ ναυτιῶν τε καὶ σπαραττόμενος, σπουδάζειν δεῖ τηνικαῦτα παρασχεῖν αὐτοῖς ὅσα μᾶλλον προτρέψαι τὸν ἔμετον ἐπὶ πλέον δύναται, οἷόν ἐστι τὸ μελίκρατον ἀμφότερα ποιεῖν δυνάμενον ἀλύπως, καὶ τὴν γαστέρα, καὶ τὸν ἔμετον παρορμᾷν.*

§ 52.

ὑδρώπων δύο μὲν φύσιες, ὧν ὁ μὲν ὑποσαρκίδιος ἄφυκτος, ὁ δὲ μετ' ἐμφυσημάτων ἐγχειρέων γίγνεσθαι πολλῆς εὐτυχίης δεόμενος.] — Primum illud *μὲν* ex antiquissima membrana adscivi: verba *ἐγχειρέων γίγνεσθαι* vulgo pone *ὑποσαρκίδιος* scripta leguntur; sensus procul dubio sibi exposcit ut in alterum illum locum transferantur. Gal. in comm.: *τινὲς*, inquit, *οὐκ ὑποσαρκίδιον, ἀλλ' ἐπισαρκίδιον γράφουσι, οὐ μὴν ἀνὰ σάρκα τε καὶ κατὰ σάρκα γεγραμμένον εὗρόν που, καίτοι καὶ τῶν νεωτέρων οὕτως ὀνομαζόντων.* — Bene habet *ὑποσαρκίδιος*: Lib. I. de Morbis p. 168. Kühn.: *τῶν δὲ νουσημάτων τὰ τοιάδε ἔχει ἀνάγκας, ὥςτε ὑπ' αὐτῶν ἀπόλλυσθαι, ὅταν γένωνται, φθίσις, ὕδρωψ ὑποσαρκίδιος.* — Locum laudat Sprengel. ad Diosc. vol. I. p. 228. ubi *ὕδρωπα τὸν ὑπὸ σάρκα.* Coel. Aurel. VIII. 3. p. 468.: « Eius, inquit, differentiam Hipp. et Diocles duplicem dixerunt: aliam enim *ὑπὸ σάρκα* vocaverunt, aliam *asciten.*" Ascitae nomen apud Hipp. me legere non memini. Locum nostrum tangit auctor Isagoges. p. 746. Kühn.: *ὑδρώπων δὲ τριττὸν εἶδος κατὰ τοὺς νεωτέρους, ὁ μὲν ἀσκίτης, ὁ δὲ τυμπανίτης, ὁ δὲ ὑποσαρκίδιος. — κατὰ δὲ Ἱπποκράτην δύο φύσεις, ὁ γὰρ ἀσκίτης καὶ ὁ τυμπανίτης τῆς αὐτῆς ἰδέας ἐστὶ —— ὁ δε ὑποσαρκίδιος κατὰ πᾶν ἐστι τὸ σῶμα ἀνάλυσις τῶν στερεῶν σωμάτων εἰς ὕδατος φύσιν. τοῦτον καὶ Ἱπποκράτης ἀνίατόν φησιν.* — Nolo non emendare, data occasione, Alex. Trall. IX. 1. qui: *καὶ διὰ τοῦτο*, inquit, *τρίτον εἰρήκαμεν ὕδερον συνίστασθαι· καὶ καλοῦσι τὸν μὲν ὑπὸ λεπτοῦ καὶ ὀῤῥώδους*

γινόμενον ἀσκίτην· τὸν δὲ ὑπὸ πνεύματος ἐν ὅλῳ τῷ σώματι συνιστάμενον τυμπανίαν, καὶ τὸν ὑπὸ φλεγματικοῦ χυμοῦ ἐν ὅλῳ τῷ σώματι συνιστάμενον ἀνὰ σάρκα. — Delenda sunt priori loco verba *ἐν ὅλῳ τῷ σώματι*, utpote ex altero vitiose huc retracta et repetita, nam tympanias in ventre sedem habet, non per totum corpus diffunditur. — Paulo superius *λεπτοῦ καὶ ὀῤῥώδους χυμοῦ* requiro, quod interpres Latine expressit. — Initio periodi denique *τριττὸν* scribendum.

μάλιστα δὲ ὑπὸ ταλαιπωρίης κ. τ. λ.] — Cod. vet. *μάλιστα δὲ ταλαιπωρίη καὶ πυρίη καὶ ἐγκρατίη* (sic) Nominativo, forte tamen Dat. esse debet, nam *ι* subscriptum in codd. frequenter omittitur, aliae membranae Genitivo haec nomina efferunt omissa praep. *ὑπό*. Mihi quod exhibui propterea praeplacuit, quod in praegresso *πολλῆς εὐτυχίης δεόμενος* lateat *πολλῆς εὐτυχίης δεόμενος ἐς τὸ ἰῆσθαι*, ita ut nunc rursum subintelligas *μάλιστα δὲ ἰῆται ὑπὸ κ. τ. λ.* — Coel. Aur. haec respicit M. chron. III. 8. p. 485 : « Hippocrates vero libris, quos ad sententias Cnidias scripsit, magis utendum dicit egestate, atque vaporatione et continentia et danda sicca vel arida quaeque et acriora mandenda. Si enim aequibilis aeger fiat, hoc est, urina facilior, ac si spiratio difficilis fuerit, quam dyspnoean vocant et tempus aestatis et aestas media, dicit ex brachio phlebotomandos et post detractionem factam dat panem calidum vino infusum atque oleo et carnem suillam ex aceto decoctam."

ἀπὸ τοῦ βραχίονος αἷμα ἀφαιρέειν] — Gal. in comm.: *οὗτος γὰρ*, inquit, (*ὕδρωψ ὁ ἀνὰ σάρκα*) *μόνος ἀρχόμενος ἐνίοτε δεῖται φλεβοτομίας, ὅταν γ' ἐξ αἱμοῤῥοΐδος ἐπισχέσεως, ἢ καταμηνίων ταῖς γυναιξὶν, ἤ τινος οὕτω*

πληθωρικῆς αἰτίας ἀρξάμενος συνίσταται· τὸν δὲ τυμπανίαν, ἢ τὸν ἀσκίτην ὑδέρον οὐδεὶς ἐτόλμησε διὰ φλεβοτομίας ἰάσασθαι. — Alex. Trall. IX. 2. p. 514.: τὸν δὲ ἀνὰ σάρκα διὰ φλεβοτομίας (θεραπεύειν) ἔσθ' ὅτε χρήζει. διὰ πλῆθος γὰρ αἵματος ψυχροῦ γίνεται. — cf. Paulum III. 48. E recentioribus vid. Stoll. Ratio med. III. p. 204. seq. qui de hydrope Plethorico: « Plerumque, inquit, hic hydrops intercus est, et diffusus per totum corpus, subinde crurum solum et femorum. Asciten plethoricum nondum observabamus." Frank. Epit. VI. pars 1. p. 324. casus refert ascitae V. S. curati.

§ 53.

ἐλλεβόρῳ ἀντισπάσαι.] — Hunc locum spectat. Coel. Aur. IV. 3. M. chron. p. 521. « Culpandi praeterea etiam nunc veteres medicinae conditores. Hippocrates enim libro, quem ad sententias Cnidias scripsit, helleborandos principio aegros ordinavit, ultimum adiutorium caeteris anteponens. Dat praeterea panem ita curatum, ut neque ab hominibus recte valentibus posse digeri facile videatur. Item pulentum (pulmentum vult. Foës. nota 50. ad h. l.) atque foeni Graeci semina, cum sint haec qualitate contraria: alia enim adstringunt, alia relaxant et nulli adiutorio tempus adiunxit." Gal. in comm. ad h. l.: τούτῳ οὖν, inquit, ἐλλέβορον διδόναι κελεύει λευκὸν, ἐνεδείξατο γὰρ τοῦτο διὰ τοῦ ἀντισπάσαι ῥήματος, ἐπειδὴ διὰ τῆς ἄνω γαστρός. Quid sit ἀντισπᾷν unicuique notum; si velis adi Foës. ad Aph. 21. Sect. 2. Lib. Epid. VI. tum Oecon. Hipp. in voce ἀντίσπασις. Auctoris praeceptum nititur Aph. 15. VI.: ὑπὸ διαρ-

ῥοίης ἐχομένῳ μακρῆς, ἀπὸ ταὐτομάτου ἔμετος ἐπιγενόμενος λύει διάῤῥοιαν. — De vi emetica veratri albi operae pretium est contulisse Diosc., qui IV. 148.: καὶ βάλανοι δὲ, inquit, ἐξ αὐτοῦ προςτεθεῖσαι τῇ ἕδρᾳ μετ' ὄξους ἐμέτους κινοῦσιν. — et II. 75.: αἱ γὰρ αἶγες νεμόμεναι τοῦ λευκοῦ ἐλλεβόρου τὰ φύλλα κατὰ τὴν πρώτην ἐκβλάστησιν αὐτῶν, αὗται ἐμοῦσι, καὶ τὸ γάλα ἀνατρεπτικὸν στομάχου καὶ ναυτίας ποιητικὸν σκευάζουσι. Quo loco pro αὗται ἐμ. velim αὐταί τε ἐμοῦσι κ. τ. λ.

σητανίων.] — De hac voce uberrime exposuit Foës. in Oecon. Etym. M. σητανεῖοι. πυροί. ad quem locum laudant Schol. Aristoph. Nub. 624. ubi: τῆτες ἐν τῷδε τῷ ἔτει. οἱ δὲ Δωριεῖς σατὲς (σᾶτες, cf. Koen. ad Greg. Cor. p. 236) φασίν. ὅθεν σατανίους πυροὺς, τοὺς μὴ τελεςφοροῦντας, ἀλλὰ πρὸ ὥρας θεριζομένους. Athen. III. p. 81. A. habet σητάνια μῆλα. Franz. ad Gal. Exeg. p. 558. citat: σητάνια κρόμμυα e Theophr. Apud Theophr. Hist. Pl. III. 12. 5. σητάνειος μεσπίλη, cuius mentionem facit etiam Diosc. I. 170. Cf. Schneid. ad l. l. e Theophr. p. 211.

φάκινον ἔτνος.] — § 47. legimus φακὸς δὲ στύφει: itaque ob vim σταλτικὴν praescribi videtur.

ἄρτοι ἐγκρυφίαι.] — vid. Oecon. Hipp. in ἄρτος ἐγκρυφίης. Gal. in comm.: προςτίθησι δὲ τοῖς ἐδέσμασι καὶ τὰ ξηραίνειν δυνάμενα, καθάπερ τοὺς ἐγκρυφίας ἄρτους καὶ τοὺς ἰχθῦς.

ἢν δὲ μὴ, ὕδωρ κ. τ. λ.] — De *mespilis* Diosc. I. 169. 170., Gal. de Rem. Simpl. VI. 5. 16., VII. 12. 11.; mespila magis quam sorba adstringere monet de Alim. fac. II. 26. — De *Myrti fructu* supra iam vidimus. De *malorum* adstringentium effectu Diosc. I. 159. De

scriptura *ὅων* et *οὔων* e Gal. monuit Foës. in Oecon. scribendumne h. l. *ὅων*? hoc veteribus Atticis tribuit Gal., non certo tamen constat mihi quos veteres Atticos dicat Sunt fructus *pyri domesticae*, Sprengelio in comm., aliis *sorbi domesticae* et Sprengelio in Hist. rei. Herb. I. vol. p. 43. cf. Anl. zur Kenntniss der Gewächse vol. III. p. 866. Gal. de vi adstringente horum fructuum Lib. de Alim. Fac. II. 25.: *τὴν ἀρχὴν γὰρ*, inquit, *οὐδέν τι στρυφνόν ἔχει τοῖς μεσπίλοις ὁμοίως, ἀλλ' ἐστὶν ὁ κατ' αὐτὰς (αὐτά?) χυμὸς αὐστηρὸς ἄνευ τοῦ στρυφνὸς εἶναι* De Rem. simpl. I. 34. referuntur ad ea, quae *ἐναργῶς ἡμᾶς στύφει*. De *sorbis torminalibus* Celsus II. 30., quam speciem ad diarrhoeam commendat IV. 19.; cf. etiam Plin. XV. 23. Ad *φοινικοβαλάνους*, *palmulas* Celso I. 2., cf. Diosc. I. 143. Gal. de Alim. Fac. II. 26. De Rem. Simpl. VIII. 21. 6. *Οἰνάνθη ἀμπελικὴ* fructus est *τῆς ἀμπέλου ἀγρίας, ὁπότε ἀνθεῖ* Diosc. V. 5.; cf. etiam c. 2. Est vitis viniferae varietas sylvestris Sprengelio: adstringendi virtutem ei tribuit Diosc. et Gal. de Rem. Simpl. VIII. 32. Celsus V. 5. Oenanthen purgantibus adnumerat.

γάλα βόειον θερμὸν ὀλίγον τὸ πρῶτον, ἔπειτα ἐκ προςαγωγῆς πλεῖον.] — Variat lectio inter *βόειον* et *ὄνειον*, et hoc quidem probatissimi ferunt codd., illud tamen praefero. Nempe lac asininum purgantis loco adhibebant antiqui, h. l. vero de alvum sistentibus sermo est: hinc fit ut *γάλα βόειον θερμὸν* commendari putem. Diosc. II. 75.: *ἑψηθὲν δὲ πᾶν γάλα στεγνωτικὸν γίνεται κοιλίας· καὶ μάλιστα τὸ διαπύροις κόχλαξιν ἐξικμασθέν . . . . . . τὰ δὲ τῆς κοιλίας μεθ' ἑλκώσεως ῥεύματα ἄχρις ἡμίσεως τοῖς κόχλαξιν ἑφηθὲν*

ὠφελεῖ. Hoc quidem loco nostro respici crediderim, atque adeo lac bubulum praeferri, quia magis abundat parte caseosa, *τὸ στεγνωτικὸν τοῦ γάλακτος* faciente. De lactis illa praeparatione Paulus I. 87.

κυάμων αἰγυπτίων ἐξελὼν τὰ πικρά] — Diosc. II. 128.: *ὁ δὲ κύαμος*, inquit, *βιβρώσκεται μὲν καὶ χλωρός· ξηρανθεὶς δὲ γίνεται μέλας καὶ μείζων τοῦ Ἑλληνικοῦ, ἔχων δύναμιν στυπτικὴν καὶ εὐστόμαχον· ἁρμόζει δὲ δυσεντερικοῖς καὶ κοιλιακοῖς τὸ ἐξ αὐτοῦ ἄλευρον ἐπιπασσόμενον ἀντὶ ἀλφίτου· καὶ πολτοποιούμενον δὲ δίδοται. Nelumbium speciosum.* Sprengel. Hist. rei herb. I. 4. p. 43. Attendendum ad illud *ἐξελὼν τὰ πικρὰ*, quod antiquiores interpretes minus recte de cortice detracto intellexerunt; Littréus: « debarrassées de leurs parties amères." Diosc. l. l. *καὶ πρὸς ὠταλγίαν δὲ ποιεῖ τὸ ἐν μέσῳ χλωρὸν αὐτῶν, πικρὸν δὲ κατὰ τὴν γεῦσιν.* cf. Gal. vol. XII. p. 626. 639., ubi haec pars amara adhibetur ad *ὠτικὰ φάρμακα.* Theophr. IV. 8.: *συντρίψαντι δ' ἕκαστον τῶν κυάμων φανερόν ἐστι τὸ πικρὸν συνεστραμμένον, ἐξ οὗ γίνεται ἡ πῖλος.* cf. Schneid. in adnn. p. 342. 343. de germine s. potius embryone media faba incluso id explicantem, e quo faba sata caulis excrescit.

σεμίδαλιν.] Gal. de Alim. Fac. I. 2. p. 483. Kühn.: *ὁ μὲν καθαρώτατος*, inquit, *ἄρτος ὀνομάζεται σιλιγνίτης, ὁ δὲ ἐφεξῆς αὐτῶν σεμιδαλίτης, ἀλλ' ἡ μὲν σεμίδαλις Ἑλληνικόν τε καὶ παλαιὸν ὄνομά ἐστιν, σελίγνις δὲ οὐχ Ἑλληνικὸν μέν, ἑτέρως δὲ αὐτὴν ὀνομάζειν οὐκ ἔχω.* — Celsus II. 18: « Et ex tritico firmissima siligo, deinde simila, deinde cui nihil ademptum est, quod *αὐτόπυρον* Graeci vocant." Vides docte Foësium *similam* vocasse.

κέγχρον.] — Diosc. II. 119.: *κέγχρος ἀτροφωτέρα τῶν λοιπῶν σιτηρῶν ἀρτοποιηθεῖσα· ὥςπερ πόλτος δὲ σκευασθεῖσα κοιλίαν ἵστησιν.* — cf. Gal. de Rem. Simpl. VIII. 15., similia tradentem.

καὶ σεμίδαλιν καὶ κέγχρον καὶ χόνδρον ἐν γάλακτι ἑφθὰ ψυχρὰ ἐσθίειν.] — Legebatur *καὶ χόνδρον ἑφθὸν ἐν γάλακτι, ἑφθὰ ψυχρὰ ἐσθίειν.* — Prius illud *ἑφθὸν* abundat, de omnibus hisce dixit *ἑφθὰ ψυχρὰ ἐσθίειν.* Diosc. II. 118. *χόνδρον* vim *κοιλίας στεγνωτικὴν* habere dicit.

§ 54.

τῆς διαιτητικῆς —— τῆς ἐπιτάσιος.] — Quae in hisce uncis inclusi verba mihi valde suspecta sunt et eiicienda visa. MS. vetustissimum et Gal. omittunt verba *ὥςπερ ἐν τοῖσι ὀξέσι οὕτω καί*: quae tamen his deletis oritur lectio ipsi Galeno parum satisfacit, quum dicat *τοῦτο δ' οὐ μόνον ἐπὶ τῶν χρονιζόντων, ἀλλὰ καὶ τῶν ὀξέων ἀληθὲς εἶναι δοκεῖ*: qua in re plane consentio cum Galeno: praeterea absonum est statuere auctorem solummodo *ἐπιτασίων* et *ἀνεσίων τῶν πυρετῶν* in morbis chronicis mentionem fecisse; nam in morbis acutis profecto non minus observantur, neque in chronicis, dummodo adsint, difficilius quam in acutis agnoscuntur. Iam vero quare *ὥςπερ ἐν τοῖσι ὀξέσι οὕτω καὶ ἐν τοῖσι μακροῖσι ἀῤῥωστήμασι* adderet non videre me fateor, sed putidam esse credo adnotationem a recentiori sciolo profectam. Porro *καὶ ἀσφαλέως ὅκοτε δεῖ (ὁκόταν δέῃ) προςενεγκεῖν εἰδέναι* dant MSS.: — vide quam inepte! ferrem si *ὅκοτε δυνήσῃ προςενεγκεῖν* haberem, nunc codd. lectio absurda videtur et e vitiosa praecedentium repetitione orta. Dedi autem quod bene Graecum est: *καὶ*

ἀσφαλέως ὁκότε προςοίσεις εἰδέναι. Denique, quod in fine sententiae legitur, *ἐπιτάσιος* sibi adiunctum habet in MSS. quibusdam *εἰδέναι*; in codd. plurimis illud *εἰδέναι* cum particula *δὲ* addita principium facit sequentis §, ita ut haec incipiat verbis *εἰδέναι δὲ τοὺς κεφαλαλγικοὺς κ. τ. λ.* — Pessime omnia haec repetitioni unius Infinitivi illius *εἰδέναι* debentur. Nam, si *εἰδέναι* initio sententiae sequentis ponatur, vix alio sensu quam *διαγινώσκειν* sumi potest; iam vero § 55. non continet praeceptum, quomodo hos dignoscere oporteat, quos enumeravit, sed monitum, ne eos purges. Nec vero difficulter dignoscuntur sane v. c. *οἱ ἄχροοι, πνευματώδεες, ξηρὰ βήσσοντες καὶ διψώδεες, τῆς οὐρήθρης ἀκρατέως διακείμενοι, οἱ αἱμοῤῥαγέοντες* cet. — Vides haec quam risibilia! Itaque *τοὺς δὲ κεφ.* dedi.

§ 55.

τοὺς δὲ κεφαλαλγικοὺς —— *τῶν τοιῶνδε μηδένα φαρμακεύειν.*] — Structura *ἀνακόλουθος*, si velis, inde explicanda, quod in mente haberet *τοὺς κεφαλαλγικοὺς* —— *μὴ φαρμακεύειν*: sed multis intermediis aliis a structura illa deflexit et, ut vim sententiae augeret, *τῶν τοιῶνδε μηδένα φ.* intulit. De meo *φλεβῶν ἀπολήψεσι ἐντεταμένους ὑποχόνδρια καὶ πλ. καὶ μ.* scripsi, codd. in hisce *ἀπολήψιας* ferentibus; cf. § 4. et quae ibi adnotavimus.

ἐν ἐμφυσήμασιν ἐόντας.] — Comparo verba § 52.: *ὁ δὲ μετ' ἐμφυσημάτων ἐγχειρέων γίγνεσθαι πολλῆς εὐτυχίης δεόμενος.*

§ 56.

διαίτῃ τῇ προςηκούσῃ τὰ ἐπίλοιπα καὶ πυρίῃσι ἑ. Θεράπευε.] — In his pone *τὰ ἐπίλοιπα* insertum fuit *αὐτέων*, quod delevi, quum e praegresso *ἀφαιρέειν αὐτέων* vitiose repetitum videretur.

§ 57.

κάτω δὲ μηδένα τῶν τοιῶνδε.] — MSS. Dativum habent *μηδενὶ*, quem, quum ferri non possit, in Acc. mutavi.

§ 58.

κανθαρίδας τρεῖς, ἀφελὼν τὴν κεφαλὴν ἑκαστῆς, καὶ πόδας καὶ πτερά.] — Lib. *περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν* p. 494. Kühn.: *διδόναι δὲ καὶ κανθαρίδας, ἄνευ πτερῶν καὶ κεφαλῆς, τέσσαρας τρίβων καὶ διεὶς οἴνῳ λευκῷ ἡμικοτυλίῳ.* Lege *οἴνου λευκοῦ ἡμ.* — cf. Lib. de Nat. Mul. p. 537. et p. 552. ubi quinque cantharides praescribuntur; cf. de Morbis Mul. I. p. 710. et Lib. II. p. 812. De pedidus, cet. haec Diosc. II. 65.: *οἱ δὲ τὰ πτερὰ αὐτῶν καὶ τοὺς πόδας τοῖς πιοῦσιν αὐτὰς ἀντιφάρμακον ἀνέγραψαν.* Gal. de Rem. Simpl. XI. 1. 44. De cantharidibus: *εἷς δέ τις τῶν ἡμετέρων διδασκάλων ἐνέβαλλεν αὐτῶν ὀλίγον εἰς οὐρητικὸν φάρμακον. ἔνιοι δὲ μόνα τὰ πτερὰ καὶ τοὺς πόδας ἐμβάλλουσιν, ἃ δὴ καὶ ἀλεξητήριά φασιν εἶναι τοῖς τὰ σώματα πιοῦσιν αὐτῶν. ἔνιοι δὲ ἔμπαλιν, ἡμεῖς δὲ ὅλας ἐμβάλλομεν.* — Videre licet in aliis insectis remedio adhibendis similem morem fuisse. Libro de Morbis mulierum primo p. 709. buprestis eodem modo praescribitur: p. seq.

vero: *ἁρμόζοι δ' ἂν βούπρηστις, ἣν μὲν σμικρὴ ᾖ, ἄνευ πτερῶν καὶ ποδῶν καὶ κεφαλῆς· ἣν δὲ μεγάλη ᾖ, μὴ συμμίσγειν ταῦτα, ἃ καὶ τῇσι κανθαρίσι, ἀλλὰ μόνον τιθέναι καὶ προςτιθέναι ὁμοίως.* — Paulus III. 45.: *τεττίγες ξηροὶ χωρὶς τῶν πτερῶν καὶ τῶν ποδῶν.* — Theophan. Nonnus cap. 44.: *μυιᾶς, ἢ μύρμηκος μεγάλου τὴν κεφαλὴν ἀφελὼν, τὸ λοιπὸν σῶμα συνθλάσας.* — De cantharidibus cf. Schneid. ad Nic. Alexiph. p. 114. seqq. — Sprengel. in comm. ad Diosc. — p. 442.

Forte non sine causa pedes et alas cantharidum reiecerunt antiqui: nam *Meloës* genus si antiquorum cantharidas complectatur, fecisse videntur propter humorem acrem ex articulis prodeuntem, de quo vid. Dumeril Considerations generales sur les Insectes. p. 66.: « Ces meloës tardigrades seroient continuellement exposés à la voracité de leurs ennemis, s'ils n'avaient la faculté de faire suinter au besoin de l'angle de leurs articulations une humeur limpide, jaunâtre et onctueuse, dont l'âcreté repousse et éloigne au même instant les oiseaux avertis par l'instinct du danger d'une semblable nourriture."

ἐσθιέτω δὲ ἄρτους θερμοὺς ἐξ ἀλείφατος.] — Panes hoc modo sumti certe ad obtundendam acris remedii vim facere potuerunt.

§ 59.

ὀπὸν συκῆς.] — Diosc. I. 183.: *ὁ δὲ ὀπὸς τῆς ἀγρίας καὶ τῆς ἡμέρου συκῆς πηκτικός ἐστι γάλακτος, ὥςπερ ἡ πιτύα· λύει δὲ καὶ τὸ πεπηγὸς, ὥςπερ τὸ ὄξος.* — Hinc videtur auctor noster ad sanguinis fluxum sistendum

transtulisse. Gal. de Rem. Simpl. IX. 17. 44.: Συκῆ θερμῆς καὶ λεπτομέρους ἐστὶ κράσεως, ὡς ὅ τε ὀπὸς αὐτῆς δηλοῖ καὶ τῶν φύλλων ὁ χυλός. ἰσχυρῶς γὰρ ἑκάτερον αὐτῶν ἐστι θερμὸν, ὥςτε οὐδὲ δάκνει μόνον ἢ ῥύπτει σφοδρῶς, ἀλλὰ καὶ ἑλκοῖ. — Caprifici succum dein multo valentiorem dicit. — Ad haec cf. Theophr. Caus. pl. I. 16. 7.: ὁ μὲν γὰρ (ὀπὸς) τῆς συκῆς τὸ γάλα πήγνυσιν, ὁ δὲ τοῦ ἐρινεοῦ οὐ πήγνυσιν ἢ κακῶς.

ἢ πυτίην συστρέψαντα ἐμβῆσαι ἐς τὸν μυκτῆρα] — Corn.: « aut coagulo intorto nares obturato." Foës.: « aut coagulo intorto in nares immisso." Sprengel.: « oder man stecke zusammen geballtes Laab in die Nase." Similiter fere Grimmius p. 182. Ed. Lilienhain. Littréus: « ou bien qu'on enfonce dans la narine un tampon fait avec de la présure." — Vereor ut συστρέψαντα rite acceperint: συστρέφειν, de materie liquida usurpatum, est *cogo*, *spisso*. Legenda ad πυτίην nota Schneid. ad Nic. Alexiph. p. 195. seqq., unde haec describo: « Colostram ipsam graeci πυὸν, factum inde coagulum πυετίαν vocarunt. Primum lac s. colostra in cineribus calidis aliquantisper fervefactum sive coagulo coit, teste Gal. de Alim. fac. 3. 15." — Itaque h. l. habebimus πυτίην solito magis in usum medicum spissatam.

καὶ τοὺς χόνδρους ἔξωθεν προςπιέσαι ἑκατέρωθεν, ἢ χαλκίτιδος τῷ δακτύλῳ ἐπισπασάμενος πίεσον.] — Legebatur ἢ χαλκίτιδος τῷ δακτύλῳ προςεπισπασάμενος (cod. vet. ἐπισπασάμενος, alius cod. προςεπιπασάμενος) πίεσον, καὶ τοὺς χόνδρους ἔξωθεν προςπιέζειν. (cod. vet. et alii προςπίεζε, unde προςπίεσαι effeci) Sunt haec certe satis confusa; primum πίεσον, dein iterum προςπιέζειν hoc verborum ordine me offendit: —

Itaque verba transposui. — Sed dicendum de ἐπισπασάμενος: Littréus προςεπιπασάμενος praetulit: mihi hoc parum firma auctoritate unius MS. niti videtur, tum vero πρὸς mihi suspectum, quippe a προςπίεσαι participio nostro adhaesisse puto. Probo cod. vetustissimi lectionem ἐπισπασάμενος: pulvis enim siccus, si digito inspergatur, decidet antequam naribus admotus sit: verum digito madefacto ἐπισπασθεὶς commode adhiberi poterit: Paulus Aeg. III. 24.: χαλκίτην λεάνας ἀνάλαβε δεδευμένῳ ὕδατι ἐλλυχνίῳ, ἢ πριαπίσκῳ καὶ ἐντίθει τοῖς μυξωτῆρσι. — Nonnus cap. 96.: χαλκίτης λεάνας λῖνον μῶτον ποιήσας ἐμβάψον εἰς ὄξος καὶ ἐν αὐτῷ κυλίσας ἔμβαλε τῇ ῥινί. — Itaque digito madefacto attrahebat chalcitidem, digitumque hoc pulvere ei adhaerente in nares immittebat, alteraque manu cartilagines adprimebat, quod quum semel descripsisset, nunc brevitatis causa simplici πίεσον significavit.

§ 6.

Σησαμοειδὲς ἄνω καθαίρει] — Diosc. IV. 105.: Σησαμοειδὲς τὸ μέγα, ἐν Ἀντικύρᾳ δὲ ἐλλέβορον καλοῦσι, διὰ τὸ μίγνυσθαι ἐν ταῖς καθάρσεσι τῷ λευκῷ ἐλλεβόρῳ. — cf. Erot. p. 346. — cf. Gal. de rem. Simpl. VIII. 18. 10. Plin. XXII. 64. et XXV. 24. ubi de veratro: « Ibi (in Anticyra insula) tutissime sumitur, quoniam ut diximus sesamoïdes admiscent." Quaenam planta sit, hac de re non constat inter doctos: Dierbachius, alii *Isopyrum thalictroïdes* esse dicunt: cf. nuperrimum Editorem ad h. l. — Sprengel. Hist. rei herb. I. 175. *Resedam albam* vocat et in comm. ad Diosc. p. 635. *Resedam mediterraneam*.

Quod ad illud *ἥσσον πνίγει* cf. Diosc. IV. 148, ubi de veratro albo: *διδόασι δὲ ἔνιοι σὺν πόλτου ῥοφήματι ἢ χόνδρου χυλῷ· ἢ καὶ τροφὴν ὀλίγην προδιδόντες, ἐπιδιδόασι τὸν ἐλλέβορον εὐθέως, ἐφ᾽ ὧν μάλιστα πνιγμὸς ὑποπτεύεται ἢ ἀσθένεια σώματος ὑποκεῖται.*

§ 61.

ἢν δὲ μὴ, ὀπίσω ποιέειν τὰ αὐτά.] — Pone *ἢν δὲ μὴ* vulgo addi solet *ἢν ἐλλείπῃ*, quod delevi, quia abundat, neque aliud quid refert nisi interpretationem praegressi *ἢν δὲ μή*. Fortasse *διττογραφίᾳ* ortum debuit.

Verum de hoc loco universo accuratius exponendum, nam brevis operationis descriptio intellectu est difficillima. Galenus in comm.: *ἐφεξῆς δὲ τριχῶν ἐν τοῖς βλεφάροις χειρουργίαν ἔγραψεν, ἣν ὀνομάζουσι ἀναβροχχισμόν.* Quodsi h. l. *ἀναβροχισμοῦ* (sic enim scribendum) expositionem habeamus, negligenter proposita est, me iudice, ita ut operae pretium facturus mihi videar, si tum de morbi apud veteres cognitione, tum de curandi methodo, quam adhibebant, paulo uberius disputem.

Age! primum Celsum inspiciamus, qui: « Pili vero, inquit (lib. VII. 7. 8.), qui in palpebris sunt, duabus de causis oculum irritare consuerunt. Nam modo palpebrae summa cutis relaxatur et procidit; quo fit ut eius pili ad ipsum oculum convertantur, quia non simul cartilago quoque se remisit: modo sub ordine naturali pilorum alius ordo subcrescit, qui protinus intus ad oculum tendit." Itaque hic duplex huius morbi genus distinxit: unde intelliguntur Auctoris Defin. med. verba: *τριχίασίς ἐστι βλεφάρων πτῶσις καὶ*

τῶν ἐν αὐτοῖς τριχῶν γένεσις παρὰ φύσιν. Nec tamen inde explicueris seqq.: διαφοραὶ τριχιάσεως τρεῖς, φαλάγγωσις, πτῶσις, ὑπόφυσις. τινὲς δὲ καὶ τὴν διστιχίαν ἐπεισάγουσιν. διστιχία ἐστὶν ἑτέρου στίχου παρὰ φύσιν κατὰ τοῦ τάρσου ἔκφυσις. (vid. p. 437. Kühn.). Nempe Celsus πτῶσιν et διστιχίαν tantum describit, non φαλάγγωσιν et ὑπόφυσιν. — Aëtius VII. 78. fol. 135. Ald.: τριχίασιν δὲ λέγουσιν, inquit, ὅταν ὑπὸ τὰς ἐν τοῖς βλεφάροις κατὰ φύσιν τρίχας ἄλλαι ἀποφυεῖσαι καὶ εἴσω νεύουσαι, διανύττουσι τοὺς χιτῶνας καὶ ῥευματίζουσι τὸν ὀφθαλμόν. λέγεται δὲ τριχίασις καὶ ὅταν αὐτὰ τὰ βλέφαρα χαλασθέντα, ἢ ὁ ταρσὸς εἴσω νεύσας, ὥςτε μὴ φαίνεσθαι ῥαδίως τὰς τρίχας, εἰ μή τις ἀντιτείνοι καὶ διαστείλοι (immo διαστέλλοι) τὰ βλέφαρα. καλοῦσιν δὲ οἱ ἰατροὶ τὴν μὲν τοῦ βλεφάρου χάλασιν, φαλάγγωσιν ἢ πτῶσιν, τὴν δὲ τῶν τριχῶν ὑπόφυσιν διστιχίασιν. — Paul. Aeg. VI. 8.: ἡ καλουμένη, ait, διστιχίασίς ἐστι μὲν ἔκφυσις παρὰ φύσιν τριχῶν, εἰς τὸν κατὰ φύσιν στίχον τοῦ βλεφάρου προςγινομένη. Deleo, quod hic repetitur, τριχῶν. Et paulo post: ποτὲ μὲν οὖν ἐπὶ ταύτης τῆς διαθέσεως χρώμεθα τῇ ἀναῤῥαφῇ, ποτὲ δὲ ἐπὶ τῆς φαλαγγώσεως, ὅταν ὁ ταρσὸς ἔσω νεύει (lege νεύῃ) στρεφομένης αὐτῷ τῆς τῶν τριχῶν φάλαγγος. ἄλλοτε δὲ κἀπὶ τῶν κεχαλασμένων βλεφάρων, ὅταν αἱ κατὰ φύσιν τρίχες τὸν βολβὸν ἐπινύττωσιν. Ex Aëtii et Pauli locis iam patet, quid de morbi nostri in species divisione apud veteres sit statuendum. Recte auctor Defin. med. distinguit φαλάγγωσιν, πτῶσιν et ὑπόφυσιν. — Minus recte Aëtius s. potius Severus, quem sequitur, φαλάγγωσιν et πτῶσιν confundit. Nimirum in φαλαγγώσει et πτώσει pili non sunt praeter naturae modum aucti numero; sed in φαλαγγώσει tarsi positio perver-

titur sine cutis relaxatione, quae in πτώσει locum obtinet. In ὑποφύσει et διστιχιάσει pilorum numerus praeter naturam adaugetur, postremo vero nomine modus, quo pili in duos ordines dispositi sunt, indicatur. — Ecce! quae veterum fuerit τριχιάσεως scientia vidimus, dicamus de illorum curandi methodo.

Celsus tres curandi vias indicat, duas ad διστιχίασιν s. ὑπόφυσιν, tertiam ad palpebram iusto laxiorem. Prima traiiciebatur acus ex igne candens iuxta pilorum radices, ut hae adustae emorerentur. Altera est ἀναβροχισμός, de quo mox videbimus, ut pateat utrum cum Gal. statuendum sit nostrum re vera hanc operationem spectare, an secus. Tertia methodus Celsi denique ea est, quae ἀναῤῥαφή in palpebra superiori, καταῤῥαφή in inferiori audit Aëtio et Paulo, et quae profecto non est huius loci. — Aëtius τὴν ἀναῤῥαφὴν τελείαν vocat τριχιάσεως θεραπείαν, et praeterea curandi modum tradit, quo evulsis pilis, extrorsum versa palpebra medicamine aliquo inungebatur, quo pili, quo minus rursum excrescerent, impedirentur. Dein alium modum docet, quo agglutinabantur pili ad palpebram ita ut in pristinum locum positionis perversae redire non possent. Tandem e Leonida ἀναῤῥαφὴν et καταῤῥαφὴν hausit, a Celsi ratione vix tantillum recedentes. — Paulus VI. 8. primum ἀναῤῥαφὴν Celsianae et Aëtianae similem tradit, tum alteram methodum ope τοῦ βλεφαροκατόχου μυδίου, tandem tertiam, qua relaxatae palpebrae cutis superflua δυσὶ καλαμίοις ἢ πεταλίοις τισὶν ita deligata premebatur, ut νεκρουμένη decideret. — Idem cap. 9. τὴν διὰ τοῦ φαρμάκου καῦσιν exponit, qua simile quid obtinetur atque ἀναῤῥαφῇ: — porro cap. 11. καταῤῥαφὴν de-

scribit. Tandem cap. 13. exponit *ἀναβροχισμὸν* et *τὴν διὰ σιδήρου καῦσιν*: hac quidem operatione extrahebantur pili, et locus, unde extracti erant, ignito tenui quodam instrumento ferreo adurebatur: de altera iam videndum, una cum Celsi *ἀναβροχισμῷ*. — Haec Celsus: « Quidam aiunt acu transui iuxta pilos exteriorem partem palpebrae oportere, eamque transmitti duplicem capillum muliebrem ducentem; atque ubi acus transiit in ipsius capilli sinum, qua duplicatur, pilum esse coniiciendum et per eum in superiorem palpebrae partem attrahendum, ibique corpori adglutinandum et imponendum medicamentum, quo foramen glutinetur: sic enim fore ut is pilus in exteriorem partem postea spectet." Sic quidem ille de ipsa operandi methodo, quam porro rationibus adpositis reiicit. Eodem redit Pauli descriptio, nisi quod hic antequam laqueo pilum committatur, filum in eum immittat, ut pilo ex illo excidente, laqueus tamen retrahi possit et denuo pilus illi imponi. — Cum hisce autem redeamus ad locum nostrum. Et *ἀναβροχισμὸν* quidem ibi spectari mihi persuadere nullo modo possum: quid quod, Galeno quo minus adsentiar, impediunt verba seqq. *καὶ τὰς αἱμοῤῥοΐδας τὸν αὐτὸν τρόπον διώσεις*? quippe ibi sermo est de haemorrhoidum deligatione eiusmodi, ut pressione emortuae decidant, quale quid cum *ἀναβροχισμῷ* illo Celsi et Pauli nihil habet commune, uti patet ex illius verbis adlatis.

Iam vero restat ut auctoris nostri verba ad amussim exigamus. Nihil obscuri est in verbis *ὑποθεὶς τὸ ῥάμμα τῇ βελόνῃ τῇ τὸ κύαρ ἐχούσῃ*: Gal. in exeg. *κύαρ*). *τὸ τῆς βελόνης τρῆμα*: Hesych. *τὸ τῆς ῥαφίδος τρῆμα*: hic nihil dubii. Quid *κατὰ τὸ ὀξὺ τῆς ἄνω τάσιος τοῦ*

βλεφάρου? mihi *ἡ ἄνω τάσις τοῦ βλεφάρου* nihil est nisi *τὸ ἄνω βλέφαρον*: est enim palpebra supra oculum expansa, ut recte *τάσις τοῦ βλεφάρου* dicatur, praesertim de palpebra superiori: *τὸ ὀξὺ* margo est palpebrae, quae in aciem quamdam desinit. Porro in margine illa *διακεντητέον* esse dicit *ἐς τὸ κάτω*, atque ita filum traiiciendum: itaque a superficie exteriore palpebrae ad superficiem internam acum ad perpendiculum transmittit ad palpebrae marginem. — Iam vero *καὶ ἄλλο*, inquit, *ὑποκάτω τούτου* i. e. *ἄλλο ῥάμμα δίες ὑποκάτω τοῦ προτέρου*. — Quisnam locus, quem indicat? In palpebra superiori *ὑποκάτω τοῦ προτέρου* filum alterum traiici nequit, ad eius latera possit omnino, non subter prius illud: itaque *ὑποκάτω τούτου* refero ad palpebram inferiorem, in qua idem ut fiat, me iudice, praecipit, quod in superiori factum est: quod inprimis usu venire poterit, cum in utraque palpebra morbus sedem habet. — Iam vero pergit *ἀνατείνας δὲ τὰ ῥάμματα ῥάψον καὶ καταδεῖ, ἕως ἂν ἀποπέσῃ*: — *ἀνατείνας δὲ τὰ ῥάμματα ῥάψον*, interpretor de filis acu traiectis, ex huius foramine solutis, et manu dein adductis et ulterius per vulnus traiectis; *ῥάπτει* enim chirurgus dum filum per vulneris alicuius oras transmittit: tandem *καὶ καταδεῖ* dicit, quod facile intelligimus, modo teneamus singula fila per se *καταδεῖσθαι* posse, vel ambo simul: — utrum vero fieri praecipiat, incertum esse. — Videmus iam insigniter falli Galenum affirmantem hanc operationem esse *ἀναβροχισμόν*. Nec vero e Graecis effici posse quod celeb. Velpeau, quem Littréus laudat, de hac methodo dicit: « Hippocrate passait deux anses de fil à travers la peau, l'une près du bord libre, l'autre vers la base

de la paupière, et les nouait ensemble pour renverser les cils en dehors." Methodus, quam noster descripsit, partem cutis palpebrae auferendo et radices pili s. pilorum enecando, malo mederi potuit. — Descriptionis brevitas facit ut primo adspectu vix intelligi posse videatur. — Iam vero omnibus perpensis nihil est, quod non bene habeat: et intelligimus quare, si non sufficiat, idem iterum faciendum dicat et quo modo dicat: *καὶ τὰς αἱμοῤῥοΐδας τὸν αὐτὸν τρόπον διώσεις*, quod dicere omnino non potuisset, si vel *ἀναβροχισμὸν* descripsisset, vel curationem, qualem celeberrimus chirurgus Parisiensis significavit.

§ 62.

ὡς παχύτατον εἰρίον οἰσυπηροῦ ῥάμμα καὶ ὡς μέγιστον ἀπόδησας.] — Exspectaveris *ὡς παχυτάτῳ* —— *ῥάμματι καὶ ὡς μεγίστῳ ἀποδήσας*, nempe *τὰς αἱμοῤῥοΐδας*: nil muto tamen consentientibus membranis omnibus.

εἶτα ἀποπιέσας τῷ σηπτῷ χρέο, καὶ μὴ βρέχε πρὶν ἀποπέσῃ.] — Ad *σηπτῷ* cf. Celsus V. 19. 18.: « Quaedam autem sunt emplastra exedentia, quae *σηπτὰ* Graeci vocant, cet." Formulas duas adscribit Gal. de rem. Simpl. VIII. 10. 16. de cedrea agens: *τὰς μὲν οὖν ἁπαλὰς*, inquit, *σάρκας ἑτοίμως τε ἅμα καὶ ἀνωδύνως σήπει, καθάπερ καὶ τἄλλα τὰ τῆς μὲν αὐτῆς τάξεως ὑπάρχοντα κατὰ τὸ θερμαίνειν, λεπτομερῆ δὲ ταῖς οὐσίαις ὄντα· ἐπὶ δὲ τῶν σκληρῶν ἐν χρόνῳ τε πλείονι καὶ μόγις ἐνεργεῖ. καλεῖται μὲν οὖν τὰ τοιαῦτα φάρμακα πάντα σηπτικά τε καὶ σηπτά. διαφέρει δ' ἀλλήλων κατὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον.* Po-

stremum monitum *μὴ βρέχε* ad ablutionem partium deligatarum referendum censeo.

καὶ αἰεὶ μίην καταλίμπανε.] — Aph. VI. 12. *αἱμοῤῥοΐδας ἰηθέντι χρονίας, ἢν μὴ μία φυλαχθῇ, κίνδυνος ὕδρωπα ἐπιγενέσθαι ἢ φθίσιν.* Gal. in comm. ad Lib. de Humor. p. 459.: *ἔμπαλιν δὲ τοὺς ἐξ ἐπισχέσεως τῶν αἱμοῤῥοΐδων ἠθροικότας αἷμα φλεβοτομεῖν δεῖ, ἵνα μὴ εἰς μέγα τι νόσημα πίπτωσι. ἐνδέχεται μὲν γὰρ αὐτοὺς ἐπιτηδείους μὲν εἶναι πρός τι μέγα πάθος, οὐδέπω δὲ πεπονθέναι διὰ τὴν ὑπὸ τῶν αἱμοῤῥοΐδων κένωσιν. ἀλλ' οὐκ ἀεὶ σκοποὺς ἔχομεν τοῦ δύνασθαι ἡμᾶς ἀσφαλῶς αἷμα ἀφαιρεῖσθαι. διὸ ἐν τῷ τετάρτῳ περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων ἔχεις γεγραμμένον καὶ ἀεὶ μίαν καταλίμπανε.* — Simile monitum apud Paulum III. 60.

γυμνασίου δὲ τρίψις, πάλη ἀπὸ ὄρθου.] — Ad h. l. cf. Gal. De sanit. tuenda II. 3.: *ἐν τῇ δὲ παρασκευαζούσῃ*, inquit, *πρὸς τὰ γυμνάσια τρίψει, σκοπὸν ἐχούσῃ μαλάξαι τὰ σώματα, τὴν μέσην σκληρᾶς καὶ μαλακῆς ἐπικρατεῖν χρὴ ποιότητα, καὶ κατ' ἐκείνην τυποῦσθαι τὸ σύμπαν.* Ad ipsum vocabulum *τρίψις* quod attinet: *καὶ μὲν δή*, inquit, *τρίψιν τε καὶ ἀνάτριψιν οὐ διοίσει λέγειν, εἰδότας ὅτι τὸ τῆς ἀνατρίψεως ὄνομα συνηθέστερον τοῖς παλαιοῖς ἐστι, τὸ δὲ τῆς τρίψεως τοῖς νέοις.* In his additamentis spuriis § 57. *ἀνατρίβειν μιν πολὺν χρόνον.* — *Πάλη ἀπὸ ὄρθου* recte dant cod. vetustiss. et alius bonae notae et Aldus, *ὄρθρου* vitiosum est. — *πάλη ἀπὸ ὄρθου* idem quod *πάλη ὀρθή*, de qua Plato Legg. VII. p. 234. Tauchn.: *τὰ δὲ ἀπ' ὀρθῆς πάλης, ἀπ' αὐχένων καὶ χειρῶν καὶ πλευρῶν ἐξειλήσεως, μετὰ φιλονεικίας τε καὶ καταστάσεως διαπονούμενα μετ' εὐσχήμονος, ῥώμης τε καὶ ὑγιείας ἕνεκα.*

καὶ τῶν δριμέων ἔξω ὀριγάνου.] — Diosc. III. 29. de Origano: ἐμετικόν τε φάρμακον σκευάζεται δι' αὐτῆς καὶ κρομμύων καὶ ῥοὸς τοῦ ἐπὶ τὰ ὄψα: nosterne hac de causa origanum concessit ? an vero quia ξηρὰ ποθεῖσα ὀξυβάφου πλῆθος σὺν μελικράτῳ μέλανα κατὰ κοιλίαν ἄγει? Illud verosimilius iudico, quum auctor ipse vomitum praescribat.

ἐμεέτω δὲ δι' ἑπτὰ ἡμερέων, ἢ τρὶς ἐν τῷ μηνί.] — Conf. lib. de Diaeta III. p. 710. (Kühn.) : χρέεσθαι δὲ καὶ τοῖσι ἐμέτοισι τοὺς μὲν ὑγροτέρους τρὶς τοῦ μηνὸς, τοὺς δὲ ξηροτέρους δὶς ἀπὸ σιτίων παντοδαπῶν. — Gal. de Usu partium V. p. 420. vs. 33. Ed. Bas. : καλῶς οὖν οἱ παλαιοὶ τῶν ἰατρῶν ἅμα ταῖς ἄλλαις ὑποθήκαις ταῖς ὑγιειναῖς καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν σιτίων ἐφ' ἑκάστῳ μηνὶ ἐμέτους ποιεῖσθαι συνεβούλευον, οἱ μὲν ἅπαξ ἀρκεῖν νομίζοντες, οἱ δὲ καὶ δὶς ἀξιοῦντες γίνεσθαι. ἅπαντες δ' οὖν τὰς ποιότητας τῶν ἐσθιομένων τηνικαῦτα δριμείας τε καὶ ῥυπτικὰς ἐκλέγεσθαι συμβουλεύοντες, ὑπὲρ τοῦ καὶ πᾶν ἐκκαθῆραι τῆς γαστρὸς τὸ φλέγμα, καὶ μηδὲν εἰς κακοχυμίαν βλάψαι τὸ σῶμα.

οἶνον δὲ κιῤῥὸν αὐστηρὸν ὑδαρέα, καὶ ὀλίγον πινέτω.] — Hoc quidem ob adstringendi virtutem commendatur, me iudice. — Quod ad cod. vet. lectionem καὶ ὀλίγον τὸ ποτὸν πινέτω, hanc non intelligo, nec praefero; forte καὶ ὀλίγον τὸ ποτὸν ἔστω in aliquo cod. antiquo scriptum fuit.

§ 63.

σκίλλης.] — vid. Diosc. II. 202. — Etiam Gal. VIII. de Rem. Simpl. scillam praefert aut assam aut coctam, quum ita vis eius obtundatur.

μήκωνος τῆς λευκῆς ὑποτρίψας ὁκόσον λεκίσκιον ὕδατι, διεὶς, σηττανίου πλύματι ἀλεύρου ἑφήσας, μέλι ἐπιχέας, χλιερὸν ἐπιῤῥυφῶν, οὕτω διαγέτω.] — Corn.: « peplum appellatum meconium album, tritum acetabuli parvi mensura in aqua loturae farinae setaniae maceratum et coctum, melleque affuso tepidum sorbeat.'' Foës.: « sorbitiones sumat peplum album tritum acetabuli parvi mensura, aqua loturae farinae setaniae maceratum et coctum, melleque adfuso tepidum sorbeat.'' De his tamen accuratius exponendum; et primum quidem de planta, quam recentiores interpretes « weissen Mohnsaamen.'' (Grimm. Sprengel.) « Pavot blanc'' (Littréus) nominavere, paucis videamus. Diosc. IV. 67.: *Μήκων ἀφρώδης ὑπὸ δέ τινων Ἡρακλεῖα κληθεῖσα καυλὸν ἔχει σπιθαμιαῖον, καὶ τὰ φύλλα σφόδρα μικρὰ, στρουθίῳ ἐοικότα καὶ καρπὸν παρ' αὐτοῖς λευκὸν [καὶ τὸ ὅλον δὲ βοτάνιον λευκόν ἐστι καὶ ἀφρῶδες] ῥίζα δὲ λεπτὴ καὶ ἐπιπόλαιος.* — Gal. de Rem. Simpl. VII. 12. 16. *Μήκων Ἡρακλεῖα, καλεῖται δὲ καὶ ἀφρώδης ὅτι σύμπασα λευκή τ' ἐστὶ καὶ ἀφρώδης οὖσα σμικρά. καθαρτικὸν δ' ἔχει φλέγματος τὸ σπέρμα.* Quaenam haec planta sit incertum est; cf. Schneid. ad Theophr. IX. 12. 5. et in Indice. Sprengel. in comm. ad Diosc. p. 601. *Gratiolam officinalem* esse suspicatur, de qua vide Vogt Pharmacodynamik. II. p. 297. seqq. — Cum *μήκων* etiam de Peplo dicatur, (cf. infra notam 1. ad § 72.) mihi fere praeplacet Cornarii et Foësii interpretatio, qua *peplum album* exponunt, propter Dioscoridis locum, quem infra ad § 72. nota 3. citabo: tum vero etiam, quia simili atque ibi fit modo, integra planta cum aqua conteritur, non solum semen: certum profecto iudico non spectari semen Papaveris

somniferi, sed purgans remedium. — Iam vero, quod ad parandi rationem, probe tenendum, quid sit διεὶς, quod accipiunt quasi verbi δίημι i. q. διαίνω esset participium: parum recte: est Aor. participii verbi διΐημι. — Hesych.: διεὶς· ἀνεὶς καὶ διηθήσας. — cf. § 21. partis germanae διέντα. Itaque herbam Pepli virentem cum aqua conterendam existimat, dein colare iubet et cum πλύματι ἀλεύρου σητανίου coquere adfuso ante coctionem melle.

§ 64.

κυαμῶν καθαρῶν.] — Videntur esse fabae Graecae Dioscoridis, quas adversus dysenterias et coeliacorum profluvia cum oxycrato s. posca coctas adhiberi monet II. 127. Putamen adstringens habet Galenus, qui ceterum eadem tradit de usu ad Dysenteriam: vid. de Rem. Simpl. VII. 10. 59.

ἐρυθροδανοῦ.] — De vera huius nominis scriptura ἐρυθροδανὸς, non ἐρυθρόδανος Schneid. in Ind. ad Theophr. voce ἐρευθεδανόν. — Incertus sum quaenam plantae pars a nostro spectetur: Corn. « sarmenta duodecim." Foës.: « surculos," quod retinui: Grimm. Sprengel.: « zwölf Wurzeln." Littréus: « douze branches." — Et haec quidem interpretatio satis placet: maxime Foësii *surculos*: de radice h. l. sermo non est, me iudice; sed κάρφεα etiam de fructu dici posse fatendum. Cf. Lex. Schneid. in voce: fructum autem medicamenti loco datum fuisse, e Dioscor. constat.

λιπαρὸν διδόναι ἐκλείχειν.] — Celsus IV. 7. p. 168.: « Danda est sorbitio ptisanae, vel alicae, vel oryzae, cum qua recens adeps cocta sit."

§ 65.

σπόδος πεπλυμένη.] — Vid. de hoc medicamento Gal. de Rem. Simpl. IX. 3. 25. ubi de modo, quo *σποδὸς* acquiritur, exponit. Cum hisce cf. Diosc. V. 85. — Utroque loco quid inter *πομφόλυγα* et *σπόδον* intersit discimus, quae sibi valde affinia esse docent veteres plurimi. De *omphacio* vid. Diosc. V. 6. Sprengel. in comm. p. 642., de differentia inter omphacium et acetum Gal. de Rem. Simpl. IV. 3. p. 630. Kühn.

ὁκόταν δὲ ξηρὸν γένηται, τρίψας λεῖον ξηρὸν ὑπάλειφε κ. τ. λ.] — In vulgata h. l. lectione habetur *τρίψας λεῖον ξηρὸν*, quod exhibui: in aliis codd. probatissimis *λείῳ τετριμμένῳ ξηρῷ*, quod recepit Littréus. Mihi haec lectio non placet, quia ita nimis arcte haec cum *ὑπάλειφε* coniunguntur, quod fieri non debet, neque enim recte pulvere *ὑπαλείφειν* dixeris. — Res ita intelligenda, ut, addito omphacio duplici modo paretur et in usum adhibeatur medicamentum. Paratur *ὑγρὸν ὡς ἐνάλειπτον*, et sic parato *ὑπαλείφειν τοὺς ὀφθαλμοὺς* iubet auctor; vel exsiccatur et in pulverem tenuem conteritur, quo pulvere ut *παραπάσσῃς τοὺς κάνθους* praescribit. — Fatendum sane huius § orationem minime claram esse et perspicuam: nec tamen dubium, quin ita accipienda sit, uti dixi.

§ 66.

ἐβένου.] — De ebeno vid. Diosc. I. 129. Gal. de Rem. Simpl. VI. 5. 2. De Aere usto. Diosc. V. 87. Gal. l. l. IX. 3. 36. Transposui verba *ἐπ᾽ ἀκόνης τρίβων*, quae vulgo pone *χαλκοῦ κεκαυμένου ἐννέα ὀβο-*

λους adscribuntur, ego vero ad solum hebenum referre malui, collato Theophr. IX. 20. 4. Hist. plant. ubi: τὸ δὲ τῆς ἐβένου ξύλον κατὰ μὲν τὴν πρόσοψιν ὅμοιον πύξῳ, φλοϊσθὲν δὲ μέλαν γίνεται· χρησιμὸν δὲ πρὸς ὀφθαλμίας, ἀκόνῃ τριβόμενον. — Ad quem locum vide Schneid. p. 839. adnn., quocum plane consentio Galenum male ἀκόνην interpretari θυίαν. — Plinium etiam laudat « lignoque, dicentem, *ad cotem trito* cum passo caliginem discutit." — Quo modo quaeso lignum tam durum in mortario contriveris?

§ 67.

σταφυλῆς περκαζούσης, ὁκόταν δύο μέρεα ληφθῇ, ἐκπιέσας.] — *περκαζούσης* cum Lind. e MS. Servini recepi: *περκάζει* uva, cum maturescentis color e viridi in purpureum mutari incipit. Cf. Hesych. cum interprett. in voce. — Adposui quia uva maturescens acore suo magis quam matura in cuprum agere potest, quod voluisse videtur auctor, qui in fine etiam monet ἔστω δὲ ἐν χαλκῷ ἀγγείῳ. — Cod. antiquiss. cum alio quodam legit ὅτ' ἂν δυσὶν ἡμέραις πεφθῇ, ἐκπιέσας, quae lectio a novissimo editore recepta prorsus displicet: vertit: « lorsque cela se sera digeré pendant deux jours, exprimez;" itaque chalcitin et uvas nondum expressas, digerendas sepones duos dies, postea exprimes, tum rursum digerenda omnia soli expones. — Minime; sumes chalcitidos drachmam, duplicem uvarum maturescentium quantitatem, (nisi forte in δύο μέρεα vitium lateat, ita ut maior quantitas sumenda sit), uvas exprimes, teres myrrhae et croci aliquantulum, dein miscebis chalcitidem cum myrrha et croco et

expresso uvarum succo, τῷ γλεύκει, quae omnia mista expones soli ut digerantur: immittes vero vasi aeneo. Quid sit γλεῦκος vide apud Gal. de Alim. Fac. II. 9.

§ 69.

Τοῖσι κ. τ. λ.] — Hunc locum et seqq. ita refeci, ut, quoad maxime potuerim, sanum sensum inde elicuerim: procul absit tamen, ut codd. scripturam reticeam: en MSS. lectionem: τοῖσιν ὑδρωπιώδεσι (cod. vet. ὑπνωτικοῖσι) μηκωνίου λεκίσκιον ἀττικὸν στρόγγυλον. πόσις. λεπίδος μῆλαι τρεῖς τῷ πλάτει καὶ ἀλήτου σηταπίου. κολλήσαντα ταῦτα λεῖα τρίψας (cod. vet. κόλλης πάντα αὐτὰ τρίψας) κατάποτα ξυστρέψας (om. vulgo ξυστρ.) δίδου κάτω ὕδωρ καθαίρει καὶ (copulam omm. optt. codd.) κοιλίην ἐκκοπροῖ· ἐς ἰσχάδας ὀποῦ τοῦ τιθυμάλλου ἀπόσταζε ἕπτακις ἐς ἑκάστην, εἶτα ἐς καινὸν ἄγγος συνθεὶς ταμιεύεσθαι· δίδου (τῷ εἰρημένῳ vulgo additur, quod optt. membrr. omm.) πρὸ τῶν σιτίων. καὶ τὸ μηκώνιον τρίβων, ὕδωρ ἐπιχέων, καὶ διηθέων, ἄλευρον φυρῶν, ἰτρίον ὀπτῶν, μέλι ἑφθὸν παραχέων, τοῖσι ὑδρωπικοῖσι τρώγειν δίδου, καὶ ἐπιπίνειν οἶνον γλυκὺν, ὑδαρέα, ἢ μελίκρητον ὑδαρές. τὸ δὲ (δὲ omm. codd. 3., inter quos vet. lib.) ἀπὸ τῶν κοπρίων μηκώνιον (ἢ μηκ. cod. vet.) ξυλλέγων ταμιεύου καὶ θεράπευε.

His descriptis redeo ad meam horum verborum lectionem, de qua paucula habeo dicenda. — Et ut ab iis ordiar, quae ad hanc § 69. retuli: sponte patet initio pessime omnia mista esse: coniungendum τοῖσι ὑδρωπιώδεσι πόσις: nam ὑπνωτικοῖσι utique vitiosum est, nullo modo ferendum, rerum nexus id ultro do-

cet. Verba *μηκωνίου λεκίσκιον ἀττικὸν στρογγύλον* coniungenda cum formula ultima, nam quantitatem referunt meconii sumendi.

λεπίδος μῆλαι τρεῖς τῷ πλάτει.] — Video Littréum ad h. l. Dioscoridis verba adscripsisse, quae ipse itidem antequam eius editionem vidi, adnotaveram: is enim V. 89.: de Aeris squama: *πινομένη δέ*, inquit, *μετὰ μελικράτου ὕδωρ ἄγει· τινὲς δὲ φυρῶντες αὐτὴν μετ' ἀλεύρου ἐν καταποτίῳ διδόασι.* — Ad *μῆλαι* cf. Gal. in Exeg. *μήλης τῷ πλάτει. τῷ κυαθίσκῳ τῆς ὀφθαλμικῆς μήλης.* — Locum laudat etiam novissimus editor.

ἀλήτου σητανίου . . . .] — H. l. deficere videtur significatio quantitatis sumendae, itaque lacunae signum adposui.

κολλήσας ταῦτα, λεῖα τρίψας.] — Vulgo *κολλήσαντα*, unde recte Lind. *κολλήσας*, sicuti mox *τρίψας*: — quod ad cod. vetustissimi lect. *κόλλης πάντα αὐτὰ τρίψας*, est haec utique corrupta, sed vulgatam si conferas, efficias fere pone *ἀλήτου σητανίου* plura remedia olim enumerata fuisse, ita ut nostro scriptum loco fuerit *κόλλησας ταῦτα πάντα, λεῖα τρίψας*: nam etiamsi Dioscoridem nostram lectionem vidisse constet, iam ante huius aetatem corruptela locum obtinere potuit.

§ 70.

κοιλίην ἐκκοπροῖ.] — Cum nuperrimo editore *καί*, quod ante *κοιλίην* olim inferebatur, optimi cod., Galeni, aliorum auctoritate suppressi, et haec verba ad formulam hac § traditam retuli.

ὀποῦ τοῦ τιθυμάλλου κ. τ. λ.] — cf. Diosc. IV. 162. Rufum Ephes. p. 18. Gal. de Rem. Simpl. VIII. 19. 7.

§ 71.

μηκωνίου.] — Ad plantae nomen confero Theophr. IX. 8. 2., qui de plantarum succis colligendis: *τῶν δὲ πλείστων*, inquit, *δι' ἐντομῆς· ὧν τινας μὲν εὐθὺς εἰς ἀγγεῖα συνάγουσιν, ὥςπερ καὶ τὸν τοῦ τιθυμάλλου ἢ μηκωνίου· καλοῦσι γὰρ ἀμφοτέρως.* Schneid. in adnn. p. 743.: « Bodaeus comparavit Galeni glossarium, ubi est: *μηκώνιον τὸν πέπλον καλούμενον, ὃ καὶ μηκωνίτην ὀνομάζει.* Diosc. IV. 168. (165. Ed. Spreng.) peplum ait vocari etiam *μήκωνα ἀφρώδη.* Idem Tithymalum *παράλιον* narrat *τιθυμαλίδα* et *μήκωνα* appellari ab aliis. Rufi fragm. p. 26. Matthaei: « *πεπλὸς, οἱ δὲ συκῆν, οἱ δὲ μήκωνα ἀφροδισίαν καλοῦσι.*" — Apud Celsum V. 7. legis: « Exedunt corpus, ... lac caprifici vel lactucae marinae, quae *τιθύμαλλος* a Graecis nominatur " Spectat igitur *τιθύμαλλον τὸν παράλιον.* Plinius XX. 80.: « Tertium, inquit, genus est tithymalon, mecona vocant, alii paralion." Itaque me iudice longe verosimillimum est, loco nostro succum spectari *Euphorbiae paraliae.*

λεκίσκιον ἀττικὸν στρογγύλον.] — Quantitas maior visa quam pro medicaminis viribus, olim offendit interpretes, Grimmium, Sprengelium, alios: e nostra lectione infusio tantum huius quantitatis sumitur, ita ut non amplius miremur mensuram acetabuli Attici parvi. — Similis est parandi ratio illi, quam § 63. habemus.

ἄλευρον φυρῶν, μέλι ἑφθὸν παραχέων, ἴτριον ὀπτῶν.] — Verba *ἴτριον ὀπτῶν* ante *μέλι ἑφθὸν παραχέων* vulgo scripta leguntur: rerum ipsarum natura docuit haec esse transponenda. Maxime vero me ad-

vertit locus Dioscoridis IV. 165., ubi de peplo haec habet: *ἄγει δὲ φλέγμα καὶ χολὴν ὀξυβάφου πλῆθος μετὰ ὑδρομέλιτος κοτύλης καὶ ἐν προσοψήμασι δὲ μιγνύμενος ταράσσει τὴν κοιλίαν.* Dixeris fere Dioscoridem priori illo medicamine *μετὰ ὑδρομέλιτος* e Peplo parato, subindicare formulam, quam supra § 63. habemus: hanc enim ipsam nisi indicare voluit, notavit profecto hoc remedium adhibendi methodum alteri illi valde similem: postremis, *καὶ ἐν προσοψήμασι δὲ μιγνύμενος*, nostram hanc formulam significare videtur.

τοῖσι ὑδρωπικοῖσι τρώγειν δίδου.] — Nuperrimus editor: *τοῖσιν ἑδρικοῖσιν ὑδερικοῖσί τε τρώγειν δίδου*; quod ita interpretatur: « faites manger cette préparation à ceux, qui ont besoin d'évacuations alvines et aux hydropiques.'' Nempe in Galeni comm. legis: *εἶθ' ἑξῆς ὑδραγωγὸν φάρμακον, εἶτ' ἐκκοπρωτικὸν, εἶθ' ἑδρικοῖς ὑδερικοῖς τε δίδωσι διὰ μηκωνείου καὶ ἰτρίων.* Sponte patet unicuique *ἑδρικοῖς* vitiose scriptae repetitioni sequentis *ὑδερικοῖς* originem debere et una litura sanandum esse: scripsisse mihi videtur Galenus: *εἶθ' ὑδερικοῖς γε δίδωσι τὸ διὰ μηκωνείου καὶ ἰτρίων.* — Mihi quidem exempla non sunt cognita vocabuli *ἑδρικοῖς* de homine, eoque, quo editor Parisiensis voluit, sensu usurpati.

ἢ μελίκρητον ὑδαρὲς (τὸ ἀπὸ τῶν κηρίων.) μηκώνιον ξυλλέγων ταμιεύου καὶ θεράπευε.] — Hoc loco probe tenenda est lectionis varietas: vulgo in Edd. olim ferebatur: *τὸ δὲ ἀπὸ τῶν κοπρίων μηκώνιον ξυλλέγων ταμιεύου καὶ θεράπευε*, unde Heringa de coniectura effecerat: *τὸ δὲ ἀπὸ τῶν κοπριῶν* (a recto *κοπρία*) *μηκώνιον κ. τ. λ.*, sensu profecto non inepto. — Cod. Regius ille vetustissimus habet: *ἢ μελίκρητον ὑδαρὲς τὸ*

ἀπὸ τῶν κηρίων· ἢ μηκώνιον κ. τ. λ., quam lectionem ita secutus est Littréus, ut pro *κηρίων* scripserit *κοπρίων*, Galeni glossarum exegeseos auctoritate, ubi: *κοπρίων*) *μελικηρῶν. Οἱ δὲ πλεῖστοι γράφουσι κηρίων· δηλοῖ δὲ τῶν ἀποπιεσμάτων τοῦ κηροῦ.* Mihi quidem, nisi aliunde Galeni explicatio nominis *κοπρίων*, confirmetur, quod nondum factum vidi, illi nae fides non adhibenda esse videtur: non semel in aliis similibus fallitur Galenus, et repertis iam variis nostri loci lectionibus patet, ni fallor, Galenum parum firma auctoritate interpretationem suam munire. Nempe a vero non absimile iudico, scriptum fuisse ab auctore: *ἢ μελίκρητον ὑδαρές· τὸ δὲ ἀπὸ τῶν κοπριῶν μηκώνιον ταμιεύου καὶ θεράπευε*, quibus dein in margine ad *μελίκρητον ὑδαρές* adscripta fuerit adnotatio *τὸ ἀπὸ τῶν κηρίων.* E favis mulsam paratam fuisse patet e lib. II. de Morbis p. 275.: *καὶ πίνειν διδόναι κηρίον ἐν ὕδατι ἀποβρέχων ὡς ψυχρότατον.* et e Lib. III. p 320. *τοῦτο μὲν κηρίων ξηρῶν ὅσον δύο κοτύλας βρέχων ὕδατι καὶ ἀνατρίβων γενέσθω, ἕως ἂν ὑπόγλυκυ γένηται. εἶτα διηθήσας, σέλινα ἐμβαλὼν δίδου πίνειν.* Iam vero puto in textum illam adnotationem irrepsisse, et in aliis MSS., omissis verbis *τὸ ἀπὸ τῶν κηρίων*, in aliis, verbis *τὸ δὲ ἀπὸ τῶν κοπριῶν*, varr. lectt. ortas esse et miram Galeni interpretationem. In antiquo cod. *ἢ* ante *μηκώνιον* invectum fuit ex antecedenti *ἢ μελίκρητον*, omissis antea verbis *τὸ δὲ ἀπὸ τῶν κοπριῶν.* — Huius membranae lectionem ceterum secutus sum, quam maxime potui, quia omnia ista, quae iam excogitavi, incertiora videbantur, quam ut in textum inferrentur.

OBSERVATIONES CRITICAE

IN

SORANUM EPHESIUM

DE

ARTE OBSTETRICIA MORBISQUE
MULIERUM.

OBSERVATIONES CRITICAE

IN

SORANUM EPHESIUM

DE

ARTE OBSTETRICIA MORBISQUE MULIERUM.

Ante annos fere tres Dietzius, vir eruditissimus, in publicum emittere coepit Sorani Ephesii librum de arte obstetricia morbisque mulierum. Nec tamen illi contigit, ut editionem istam absolveret; paucis enim tantum plagulis typis descriptis in ipso aetatis flore vir praestantissimus est exstinctus. Opus ab illo inchoatum ad finem perduxit J. F. Lobeckius, iuvenis ornatissimus, C. A. Lobeckio, viro celeberrimo, affinis. Praefatus autem illi Sorani editioni est ipse hic bonarum litterarum antistes, qui, praemissis aliis: « coeperat tum, inquit, (Dietzius) hunc Sorani, sive « quis alius est, librum prelo tradere, ac iam una et « altera pagina descripta erat; adnotationes nullae, « nisi de scripturae diversitate. Quum vero bibliopola « neque coepta destituere vellet, neque inveniret, quo « sane opus erat, hominem artium diversissimarum, « obstetriciae et Grammaticae, perinde gnarum, satis « habuit quoquo modo telam pertexere operisque « corrigendis praefecit affinem meum et cognominem, « materiae, quae dicitur, prorsus expertem, sermonis « Graeci notitia iuveniliter imbutum. Is ex chartis « Dietzii, quantum inveniri potuit, contulit, menda

« nonnulla, quae recentes a prelo plagulas perlustranti « inciderent, emendavit, non inscite quidem, ut mihi « videtur; de cetero *ἤθελον Χείρωνά κε Φιλλυρίδαν* « *ζώειν τὸν ἀποιχόμενον*, hoc est Dietzium nostrum, « aut alium eius similem medicum Graece doctum, « qui non solum Sorani libellum vitiis, quae contraxit, « plurimis et gravissimis liberet, saltem ut legi possit, « sed etiam collectas ab illo copias pretiosissimas, « diuque doctorum votis expetitas in publicam notitiam « proferat."

Haec Lobeckius. Ego viri celeberrimi oratione medicos invitatos videns, ut ad hunc scriptorem perpurgandum et illustrandum accederent, cuius rei agendae copia dabatur, in hac vires periclitari constitui. Saepius igitur Soranum perlustravi et offenderunt me multa omnino vitia, adeo ut magis corruptum librum videre me vix meminerim: sunt autem haec vitia partim eiusmodi, ut haud magnam pariant molestiam et facili negotio, et certa medicina sanentur; sunt tamen alia loca, quae plus laboris postulant, ut redintegrentur, alia denique quae fere desperata mihi visa sunt, nec sine meliorum codicum auxilio restituenda. Itaque quaecumque ad hunc scriptorem emendandum excogitavi, ea, missis ambagibus hic describo, sperans fore ut alii quoque suas emendationes proferant, vel mea qualiacumque conamina diiudicent, ut ita initium fiat explorandi auctorem, quem medici accuratius cognoscant, perdignum, iisque duobus maxime nominibus commendandum: tum quod est unicus scriptor e Methodica schola superstes, idemque quem in aliis Coel. Aurelianus presse secutus est, tum quod hic solus nobis servatus est ex iis, qui

post Hippocraticos libros conscriptos de eo, quod auctor noster tractat, argumento egerunt, et e quo recentiores sua hauserunt.

D. mihi erit emendatio a Dietzio proposita, — L. a J F. Lobeckio. — Interdum tacitus probo emendationes textui subiectas.

P. vs.

1. 14. καὶ τὸν περὶ τῶν ὑποπιπτόντων τῇ μαίᾳ·

2. 2. τὸν δὲ περὶ τῶν ὑποπ.

7. συνειληφυίας καὶ ἀποτεκούσης; nisi ἀποτεκοῦσας paucissimis in nostro obviis formis Doricis et Ionicis adnumerandum sit, quod tamen veri non simile.

15. D.: τὸν μὲν οὖν φυσικὸν ἄχρηστον ὄντα πρὸς τὸ τέλος, εὔκοσμον (vel εὔχρηστον) δὲ πρὸς χρηστομάθειαν παρακεχωρήκαμεν. Cum qua emendatione partim consentio, partim non. Placet enim παρακεχωρήκαμεν: sed quare e φέρε κόσμον effingatur εὔκοσμον me latet. Malim una voce φερέκοσμον legere, quod quidem in Lexx., quae iam in promptu sunt mihi, non invenio, sed nihilominus aeque legitimum ac φερέκακος, φερέκαρπος, sexcenta alia.

3. 1. ἡ γραμμάτων ἐντός. — D.: γραμμάτων ἔμπειρος. Hoc quidem alterum illud recte interpretatur, nec tamen codd. lectio spernenda. Vel Lexx. λόγων ἐντὸς et τέχνης ἐντὸς γενόμενος praebent.

2. κατὰ τὸ κοινόν. Cf. p. 4. vs. 5.

P. vs.

3. 7. ἰσχύσῃ: mox enim ἀποκρατῇ.

15. Notandum Ionicum ἦθος.

20. Haec minus bene cepit D.: « Robusta vero, « inquit Soranus, sit obstetrix, nam propter « defatigationem in circumeundo duplicem la- « borem in se suscipit."

21. μακροὺς δὲ καὶ λεπτοὺς ἔχουσα τοὺς δακτύλους, καὶ ὑπεσταλκότας τοὺς ὄνυχας, εἰς τὸ τὰς ἐν βάθει φλεγμονὰς ἀσκεπτότερον ἅπτεσθαι. — Quid in hisce sibi velit ἀσκεπτότερον, ignoro. Scripsisse credo Soranum: εἰς τὸ τῶν ἐν βάθει φλεγμονῶν ἀσκηπτότερον ἅπτεσθαι, licet vocabulum, in Lexx. meis desiderem. Nempe cogitavi tum de εὐσκεπτότερον, tum de ἀσκυλτότερον scribendo; sed horum prius minus congruum iudico h. l., alterum quomodo in ἀσκεπτότερον abierit, non perspicio. Ἀσκηπτότερον tum cum verbis laudatis convenienter dici posse putavi, tum cum seqq.: τοῦτο μέντοι γε καὶ δι' αὐτῆς ἐπιτυγχάνεται τῆς ἐν τοῖς ἔργοις σπουδαιοτέρας τριβῆς καὶ συγγυμνασίας.

4. 7. Locus corruptus, cui hac ratione medebimur: ἀρίστην δὲ, τὴν προςειληφυῖάν γε καὶ πρὸς τῇ προστασίᾳ ἐν τοῖς θεωρήμασι ἄσκησιν πολύπειρον. Vel τὸ πολύπειρον, vel πολυπειρίαν.

12. In corrupto ταῦτ' ἵνα latere puto τοιαῦτά τινα.

14. ..... δυναμένην καὶ τὸ κοινὸν καὶ τὸ προςεχὲς ἰδεῖν καὶ τὸ σύμφερον ἐκ τούτου λαμβάνουσαν, καὶ μήτ' ἀπὸ τῶν αἰτίων, μητ' ἀπὸ τῆς πλειστάκις τηρήσεως τῶν καθόλου συν . . . τμητικῆς τούτων· — Haec vitiata esse et D. vidit et nemo non videre potest. Plurimi profecto interesset

P. vs.

ipsos inspicere codd., quo facilius de lacunae ratione constaret, quam maiorem esse suspicor quam quae notatur: sicuti infra eadem hac pag. lacuna procul dubio adest, quamvis nulla significetur. Nolui tamen nihil tentare, sperans fore ut, nisi ipsa Sorani verba, certe sententiam assequerer. Itaque lego: *καὶ μήτ' ἀπὸ τῶν αἰτίων, μήτ' ἀπὸ τῆς πλειστάκις τηρήσεως τῶν καθόλου ἀποχωροῦσαν, ἀλλ' ἑπομένην τούτοις συνεχῶς μετὰ διαλήψεως τμητικῆς τούτων.*

4. 23. *μᾶλλον γὰρ τετοκυίας.* Hic certo aliquid deficit. Commode suppleveris: *μᾶλλον γὰρ τετοκυίας συμπάσχει ἡ τοκετῶν ἄπειρος.*

5. 7. Lego: *ἐπιτηδευέτω δὲ καὶ τὴν τῶν χειρῶν τρυφερίαν φυλαττομένη καὶ τὰς σκληρύνειν δυναμένας ἐριουργίας, διὰ χρισμάτων δὲ προςκατακτωμένη ἁπαλῶν, εἰ μὴ πάρεστι φυσικῶς, καὶ τοῦτο.*

19. *ἄνοιαν.* Lege: *ἄγνοιαν.*

7. 5. *ἕλιξι τοῦ κώλου* omnino.

13. *προπαλέστερος.* Infra p. 118. vs. 9. *τὸ πρόπαλες ἀεὶ γενόμενον*, ubi L. *προπετὲς* coniicit. Ad hoc vocabulum cff. Hesych. cum interprett. in *προάλης.* Kühn. ad Pollucem VI. 120.

10. 1. Pro *ἐμφύσεσιν* requiri puto *ἐκφύσεσιν.*

11. 9. *ἀπεκτεινομένων* non placet, malim: *ὥςτε πολλάκις ἐπεκτεινομένων αὐτῶν προπίπτειν τὴν ὑστέραν.* — Cf. p. 9. vs. 2.

12. 26. Lego: *οὗτος γὰρ, ὡς ἔφην, ὑπερπεσὼν τῷ στομίῳ τῆς ὑστέρας καὶ παραταθεὶς ἄνωθεν τῷ αἰδοίῳ κ. τ. λ.* Nempe, licet iam exempla

P. vs.

verbi ὑπερπίπτειν cum casu alterutro constructi non succurrant, dubito num cum acc. recte componatur.

12. 28. φαίνεται τοίνυν, ὡς κ. τ. λ. Ante ὡς aliquid interiisse videtur, quod quale fuerit non video.

14. 11. ἀποτεθέντα ferri nequit; legendum πρὸς ἑκάτερον μηρὸν ἀποταθέντα.

15. 7. ἀποκρίνουσα κάθαρσιν παρέχει τῷ σώματι.

12. ἢ ἀνάλογον ὑγρὸν vellem.

14. τὸ δὲ διὰ μήτρας στόματι μάλιστα προςκεῖται. — Illud στόματι, procul dubio corruptum, e proximarum syllabarum similitudine originem duxisse videtur. Respicit definitionis prope antecedentis verba μάλιστα διὰ μήτρας: hinc fit, ut scribendum arbitrer: τῷ δὲ διὰ μήτρας τὸ μάλιστα προςκεῖται, διὰ τὸ καὶ ἀπὸ τοῦ γυναικείου κόλπου γίνεσθαί ποτε κάθαρσιν.

21. πάλιν ἐλαττοῦται. Puto voculam excidisse; requiro εἶτα πάλιν ἐλαττοῦται. Tum infra εἶτα simili modo obvium, tum praecedente αὐτοῦ facile omitti potuisse videtur.

16. 3. πλεονάζει τε καὶ μειοῦται requiro: nam Soranus non amplius Dioclis verba referre videtur, sed ipse loqui.

12. Ante πάσῃ excidisse videtur φησί. Lego: οὐ κατὰ τὰς αὐτὰς, ὥςπερ Διοκλῆς φησι, πάσῃ.

17. Hic locus videtur ita legendus esse: σημειωτέον δὲ τὴν αὐτάρκη κάθαρσιν· τὸ γὰρ ἴσον καὶ ὀλιγωτέραις καὶ πλείοσιν κενώσεσιν αἵματος κατά γε τὰς ἡλικίας, καὶ τὰς ἄλλας περιστάσεις, καὶ τὸ ποτὲ μὲν παχυντικὰς προςενέγκασθαι τροφὰς, ποτὲ δὲ δριμείας καὶ λεπτυντικὰς, φαίνεται.

P. vs.

17. 3. *καὶ ταῖς πρῶτον ἀρχομέναις* lego.

4. *μόνον τὸ τῇ μήτρᾳ παρακείμενον χωρίον περινοτίζεται* legendum.

18. 6. *καὶ διὰ τοῦτο* . . . . . Haec usque ad capitis finem nemo intelligit. Lego: *καὶ διὰ τοῦτό τινες ἐπισυλλαμβάνουσι. κοινῶς δέ, ὅτι κατὰ φύσιν ἐστὶ τὸ μὴ γίνεσθαί ποτε τὴν κάθαρσιν, σημειωτέον ἐκ τοῦ μηδὲν ὀχληρὸν παρακολουθεῖν.*

22. In relatione de signis futuram indicantibus primam menstruorum eruptionem, eam etiam cognosci dicit *ἐκ τοῦ περὶ τὸ ἦτρον βάρους, κνησμοῦ τε καὶ ἡβήσεως*. Et nomen *ἡβήσεως* Lexx. meis ignotum, et totus locus vitii suspicionem mihi movet: nimirum collato cod. B. desidero: *ἐκ τοῦ περὶ τὸ ἦτρον βάρους καὶ κνησμοῦ τῆς ἥβης.*

19. 3. Lego: *συμβαίνει δὲ τὰς τῇ συνουσίᾳ προςβιαζομένας τοῦτο πάσχειν.*

16. Haec fere requiro: *χωρὶς εἰ μὴ κακῶς τις ἠγμένη λίαν ἐστὶν εὔθρυπτος· τότε γὰρ ἐπιτονοῦν δεῖ τὸ σῶμα, καὶ γὰρ συνεκλύεται τοῖς ὅλοις καὶ ἡ ὑστέρα, καὶ διὰ τοῦτο περὶ τὴν οἰκεῖαν ἐνέργειαν ἀτονεῖ, πρότερον κ. τ. λ.*

21. *ἠρεμία μὲν οὖν τὰ πολλὰ χρήσιμος.* Ita legere malim.

29. *προςῆκεν.* Praesens *προςήκει* scripsit Soranus, ni fallor.

20. 6. E lect. cod. B. praefero *προβεβηκότα.*

9. Satis facile locus emendabitur ad hunc modum: *οὐκ ἐπιγινώσκεται γὰρ τὸ μὴ προμελετηθέν, ἀλλ' ὡς ἄηθες δυςαρέστημά τι σύνεστιν. ὅσα δὲ παραλαμβάνομεν ἐπὶ τῆς πρώτης γενησομένης καθάρσεως, ταῦτα μὲν συντακτέον ἐπὶ κ. τ. λ.*

P. vs.

20\. 14. *προςκαλεῖν.* Lege: *προκαλεῖν.*

17\. *καὶ οἱ τῆς αὐτῆς δυνάμεως ἐγχυματισμοὶ* lego; *αὐτῆς* profecto interiit librariorum negligentia.

21\. 3. *ὡς καὶ κ. τ. λ.* Lege: *ὧν καὶ Ἡρόφιλος .... ἐμνημόνευσεν.* Infra vs. 8. ipsius Herophili sententia traditur.

22\. 18. *οἱ τὴν κάθαρσιν ὑπολαμβάνοντες ....* Recte lacuna expleri mihi videtur, sed praeterea *γὰρ* adscribo ad hunc modum: *οἱ γὰρ τὴν κάθαρσιν ὑπολαμβάνοντες πρὸς ταύτην ὠφέλιμον εἶναί φασιν ὅτι κ. τ. λ.*

23\. Lego: *ἀμέλει τινὲς μὴ ἐξ ὅλου κεκαθαρμέναι συλλαμβάνουσιν.* Cf. p. 23. vs. 2. Tum vero pro seq. *αἱ δὲ* requiri puto *αἳ δή.*

23\. 25. Procul dubio: *τό γε μὴν στεγνότερον κατὰ φύσιν καὶ τῆς μικροτάτης παθητικῆς στεγνώσεως ἀμυδρότερόν ἐστιν.*

24\. 19. *μηδέποτε μὲν πρός τὸ ὑγιαίνειν ἡ κάθαρσις οὖν συμβάλλεται.* Ita lego, neque aliud quidquam praeterea desidero.

25\. 4. Lege: *μαρτυρεῖ δὲ τῷ εἰρημένῳ κ. τ. λ.*

9\. *ἐπεὶ γὰρ ..... διαβιοῦσιν, ἀκόλουθον κ. τ. λ.*

13\. *αἱ γὰρ συλλήψεις* vellem.

26\. *ὥςτε καὶ δυςκινησίαν ἀπολύεσθαι καὶ δυςφωνίας. πολλοὶ γοῦν μετὰ συνουσίαν εὐκινητότεροι κατέστησαν καὶ γενναιότερον ἠνέχθησαν.* — Hoc loco primo requiro *δυςκινησίας* Genitivo, aeque ac *δυςφωνίας.* Tum vero pro inepto *ἠνέχθησαν* tuto recipi posse iudico *ἐνήχησαν* ab *ἐνηχέω.*

26\. 2. Lacunam adesse suspicor, quam fere hac ratione

P. vs.

expletam cupio: ἐπ' ὀλίγον δὲ καὶ προςκαίρως γινομένην γυναιξὶ καὶ ὠφελεῖν πρὸς τὸ ἀπαραποδίστως καθαίρεσθαι. ἀλλὰ κ. τ. λ.

26. 5. προκαλεῖσθαι legendum.

19. Verba οὐ νοσήσει deleo, pone μέλος puncto minori distinguo, et vs. seq. inter τρόπον et οὐδὲ distinctionem aufero.

27. 13. τοῦτο . . . . . . ματος. Lacunam esse non credo; lego τοῦ σώματος.

14. Possitne lacuna hoc modo expleri?: ἐπεὶ γὰρ πολλαὶ τῶν οὕτως παρθενοτροφουμένων ἐν ἀποῤῥήτοις καὶ φυλακῇ μένουσαι τῶν ὀφειλομένων γυμνασίων οὐ μεταλαμβάνουσι, —

19. οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν θηλειῶν vellem. Cf. p. 28. vs. 5.

20. καθ' ὃν τοῦ μένειν. Hoc quidem corruptum: corruptionis tamen rationem reddere arduum videtur. Existimo dittographiam hisce ortum praebuisse: καθ' ὃν μένει et τοῦ μένειν. Itaque lego: τῷ κοινῷ δὲ τῆς φύσεως λόγῳ, καθ' ὃν μένει ἑκάτερα τὰ γένη τὴν τῶν ζώων διαδοχήν, ἡ μίξις ἀκόλουθος ἂν εἴη.

28. 20. Lacunam ita expleo: ὧν μία τις μὲν καὶ ἡ σύλληψις. Ibid. D.: κίνδυνος γὰρ τὸ κ. τ. λ.; forte melius κίνδυνος δὲ τὸ κ. τ. λ. Tum vero pro sequenti εὑρήκαμεν legendum arbitror εἰρήκαμεν.

29. 2. τῷ μὴ πρῶτον τὴν ὑστέραν fortasse.

12. Omnino cum D. consentio, sed ἂν servatum vellem: οὕτως οὖν ἂν ἐν εὐρυχωρίᾳ κ. τ. λ.

16. διόπερ ὁ προειρημένος χρόνος μὲν τῷ τελειουμένον κ. τ. λ.

24. Lego: περὶ δὲ τοῦ πότερον δύναται συλλαμβά-

P. vs.

νειν ἢ μή, καὶ εἰ πρὸς τὸ τίκτειν εὐφυῶς ἔχουσα ἢ μή, οὐκ ἀνεξέταστον ἀπολιπεῖν, δεόντως τὸν περὶ τοῦ προκειμένου ποιούμεθα λόγον. Rationem Dietzii non satis intelligo.

30. 4. *καὶ καταπάχους ἢ καταπιμέλους*, D.: « forte *καταπαχεῖς* vel *καταπήρους*." Posterius cum loci sensu non congruit, prius illud, quum de mulieribus sermo sit, genere peccat: tum vero hoc compositum nec videre alias me memini, nec nunc in Lexx. reperio: puto equidem a seq. vocabulo praepositionem huic adhaesisse, Soranum vero simplex *καὶ παχείας, ἢ καταπιμέλους* scripsisse.

5. Hunc locum ita accipio et lego: *καὶ τὴν ὑστέραν ἐμφερῆ τοῖς ὅλοις ὑπάρχουσαν, ὡς μήτε διὰ πολλὴν σκληρίαν μὴ δέχεσθαι ῥᾳδίως τὴν πρόςφυσιν τοῦ σπέρματος, μήτε δι' ὑπερτεταμένην ἔκλυσιν καὶ ἀτονίαν.*

20. *τοῖς συλλαμβανομένοις* legendum, non *ταῖς συλλαμβανούσαις*: de semine concepto sermo est, non de muliere concipiente. Vid. infra vs. penult. et p. 36. 8. *τῶν συλλαμβανομένων.*

21. Distinguo pone *τὸ κρατούμενον.* Tum vero ex Aëtii loco p. 31. laudato suppleo: *εὐσταθεῖς δὲ τὴν διάνοιαν καὶ ἱλαράς· τὸ γὰρ δυςόργητον καὶ τὸ ἐπίλυπόν τε καὶ τὸ θυμικὸν τῆς ψυχῆς διὰ τὴν ταραχὴν τοῦ πνεύματος ἀπωθεῖ τὸ συλλαμβανόμενον.*

31. 3. *τῆς ὀρέξεως ἀποτρέπουσαν* velim, et *καὶ τὴν χροίαν μελαίνουσαν.*

5. *ἐξαφανίζεσθαι* legendum censeo.

11. *σκορδαμοῦ.* D.: « forte *σκορόδου.*" Non mihi videtur; coniicio *σκορδίου.* Cf. Diosc. III. 115.

P. vs.

31. 10. ἢ νέας· μάλιστα δὲ προσέχειν σημειώσει —

32. 1. Non consentio cum D. in huius loci accipiendi ratione; sic haec lego: τὰ προςτεθέντα δὲ καὶ εἰλητικὰ διὰ τῶν λόγῳ θεωρητῶν ἀναδοθήσεται πόρων καὶ εἰ μὴ δυνηθήσεταί τις συλλαμβάνειν.

3. Aut ego fallor, aut hoc voluit Soranus: ὁ γοῦν Ἀσκληπιάδης φησὶν, ὑποτιθεμένης τῆς διὰ πηγάνου κηρωτῆς, περιειλουμένῃ τὰ σκέλη ἀντίληψιν τῇ καμνούσῃ γενέσθαι τῆς ποιότητος κατὰ διάδοσιν.

10. καὶ τὰ τῶν θηλειῶν.

19. πρὸς σύλληψιν τῶν

21. χρήσεως.

33. 5. Cf. L. p. 299.

10. ἐκκρῖναι.

12. παρυπτιώμενος διὰ ναυτίαν.

16. συρερυηκότος librariis debetur, me iudice. Lego συνεῤῥυηκότος.

18. ὁ δ' ἀρχομένης τῆς καθάρσεως καιρός.

28. ἀπόλειψιν omnino, cf. L. p. 299.

34. 26. Punctum aufero; pro ἐπισκοτοῦνται fere ἐπισκοτεῖται exspectaveris, sed plur. num. tamen ferri posse videtur.

ult. παρωσάμεναι.

35. 7. διαφθορὰ lego cum L. p. 299.; sed ὅποτε servandum arbitror.

9. Cf. L. l. l. Ego velim: οὕτως οὐδὲ ἐν τῷ τῆς συνουσίας ὀρέγεσθαι τὸ εὔκαιρον ἔνεστιν. Neque enim credo auctorem dedisse ἐν τῷ τοῦ

P. vs.

τῆς συνουσίας ὀρέγεσθαι καιρῷ, ter repetito articulo.

36. Acquiesco in emendd. L. p. 299. et Dietzii.

37. 29. Cf. L. p. 299.

27. Hunc locum ita refingendum existimo: καὶ ὡς τὰ πλεῖστα τῶν θαλασσίων εὐτροφεῖ μὲν πληρουμένης τῆς σελήνης, ἀτροφεῖ δὲ μειουμένης, καὶ τῶν κατοικιδίων μυῶν οἱ λοβοὶ τοῦ ἥπατος αὔξονται μὲν πληρουμένης τῆς σελήνης, ἐλαττοῦνται δὲ μειουμένης, οὕτως καὶ τὰς σπερματικὰς δυνάμεις ἐν ἡμῖν τε καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις αὔξεσθαι κ. τ. λ.

38. 12. ποιεῖσθαι ἄτονα vellem; vs. seq. καὶ τὰ pro κατά.

18. εἰ δέ τινες κακοθερεῖς οὖσαι φύσεις χεῖρον ἔχουσι θεωρίας, ἢ πάλιν κακοχείμεροι χειμῶνος, κ. τ. λ. Certissimam iudico emendationem θέρεος pro θεωρίας et φύσει pro φύσεις.

25. ἐτετηρήκειμεν?

39. 16. Nonne τηρητικὸν τοῦ ὑγιαίνειν?

20. καὶ δὴ γνωστέον, ὅτι καὶ τὴν ἐνὶ τῷ ζώῳ αὐτάρκη τροφὴν μερισθῆναι δεῖ πρὸς δύο ζώων θρέψιν τε καὶ αὔξησιν. Ita perspicuam, puto, revocaveris auctoris sententiam.

23. πᾶν γὰρ, ὃ τῷ κυοφορουμένῳ προσμερίζεται, τοῦτο κατ' ἀνάγκην ἀφαιρεῖται τῆς κυοφορούσης.

40. 12. Verba τοῦτ' ἐστι —— κρύπτεται (vs. 14) glossema esse videntur.

17. Pro σχετικῶς legendum arbitror σχεδίως. Cf. Aret. de c. et s. m. Chron. I. 2. initio capitis.

P. vs.

40. 19. l. σπέρματος δὲ ἢ ἐμβρύου

41. 2. ἢ ἐμβρύων desidero.

6. κρατεῖται μὲν ἐπιμόνως.

8. ἐπεὶ πολλάκις κρατεῖται τὸ σπέρμα καὶ ἐπιμόνως καὶ ἐν ὑστέρᾳ, διὰ ψῦξιν μεμυκότος τοῦ στομίου τῆς ὑστέρας.

23. ἐκ τοῦ ἀλγεῖν certe scribendum; sed, si modo verba Sorani sint, non h. l. inserenda videntur, verum pag. seq. vss. 2. pone ὑγροῦ.

41. 27. τὸ μετ' εὐαφίας. Dele τό.

28. συμπίπτει μὲν, ἀλλὰ κ. τ. λ.

29. Perspicuitatis causa vellem: ἐκ τοῦ μὴ ἐπικαθυγραίνεσθαι.

42. 8. τὰ κοῖλα τῶν ὀφθαλμῶν. cf. Foës. Oecon. voce κοῖλα. Hesych. in κύλα. Heringa Obss. Critt. p. 59.

43. 20. πρότερον ὑπὸ Ἱπποκράτους δέδεικται. Haec cum iis, quae antecedunt, parum apte cohaerent; sin autem Aëtii cap. 10., pag. seq. descriptum, conferas, verosimile fit nonnulla h. l. excidisse. A coniecturis abstineo.

44. 5. Lego ἐναργείας.

45. 10. καὶ καθόλου δεῖ μόνας τηρεῖν ταραχὴν καὶ γυμνασίαν σφοδράν κ. τ. λ. — Mira dictio, ut significetur: *in universum eas arcere oportet a perturbatione et vehementi exercitatione.* Supplere debebis δεῖ μόνας τηρεῖν ἀπὸ τῶν γυναικῶν ταραχὴν καὶ γυμνασίαν. Fere vitium esse credas, nec tamen locus corruptelae signa alia habet. Dubius haereo.

P. vs.

45. 12. Lege: *πτώματα καὶ μᾶλλον τὰ ἐπὶ τὰ ἴσχια, βάρεος ἄρσιν, πηδήματα.*

21. Malim *προςήκει.*

46. 3. *ἀραιώσει* velim.

5. *προςδιΐστησι.*

21. *αὐξανομένῳ* omnino legendum.

47. 3. *καὶ τὰ πεπυκνωμένα δὲ ἐκτυλῶντα.*

5. *διατήξει.* Nempe: (vs. 2.) *ὅτι — πολὺ μᾶλλον διατήξει.*

7. *καὶ γὰρ αὐτὴ κ. ἑ.* — Desidero *καὶ γὰρ καὶ αὕτη κίνησιν ἐμποιεῖ.*

9. *τοῖς περὶ τὴν ἀριστερὰν τόποις.* Lege *ὑστέραν.*

18. Requiri puto *ἐσθίειν.* Nempe: *μετὰ δὲ τὴν ἀποθεραπείαν δεῖ ἐσθίειν, ὅταν ἠρεμήσῃ τὸ σῶμα καὶ ἡ ταραχὴ τοῦ πνεύματος καὶ ὁ σάλος τῶν ὑγρῶν ἀπογαληνωθῇ. προπίνειν δὲ κ. τ. λ.* Ita omnia bene procedunt.

21. Hic verus verborum ordo videtur: *ἀλλ' ὕστερον, εἰ σύνηθες, καὶ οἰνάριον ὀλίγον.*

24. Procul dubio *ἠδικῆσθαι* Infinitivo; tum vs. seq.: *βέβλαπται γάρ, ὥςτε καὶ ἀγονώτερον γίνεσθαι, καὶ ἀναυξητότερον, καὶ δυςτροφώτερον, κατά τὸ κοινὸν εὐαδίκητον κ. τ. λ.*

48. 1. Vellem *πᾶς, ὅςτις ἂν πεπηγόσιν ἐποικοδόμηται τοῖς θεμελίοις οἶκος, δυςπερίτρεπτος κ. τ. λ.*

5. Certa est emendatio *τοῖς πρώτοις ὡςανεὶ στοιχείοις.*

10. Legendum censeo: *καὶ διὰ τοῦτο περιαιρεῖν μέν, εἴ τις σωματικὴ κίνησις αἰτία ὑπῆρχεν·*

P. vs.

παραμυθεῖσθαι δὲ τὴν ψυχὴν, εἰ βιωτικαὶ φροντίδες συνετάραξαν αὐτην. τονοῦν δὲ κ. τ. λ.

49. 13. *ὀξώδους.* Possit error typogr. imperitos fallere.

17. Omnino *διάτασις.*

50. 14. *διόπερ ἀναστάσει χρηστέον.* — Hoc quidem nemo intelligit; scribe: *ἀνατάσει χρηστέον.* Cf. p. 56. vs. 5.: *πλείονος δὲ οὔσης τῆς δυςφορίας καὶ ἀνατείνειν ἁρμόσει πρὸς μίαν ἡμέραν.* — Notatu digna significatio nominis *ἀνάτασις* et verbi *ἀνατείνειν* de abstinentia a cibis.

16. *πρὸς μίαν ἡμέραν*, ni fallor, ut supra vs. 7.

20. *καὶ ποτὸν, ὕδωρ οὐ πολὺ, ψυχρὸν δὲ, εἰ συνηθες, χάριν τοῦ παραστέλλεσθαι κ. τ. λ.*

51. 2. *ἀφαιρουμένου τοῦ καθ' ἡμέραν λουτροῦ, τὸ καὶ παρὰ μίαν δὲ καὶ παρὰ δύο παραλαμβάνομεν.*

5. *πλάδης ἕως.* L. p. 299. *πλαδήσεως* proponit. Nota sunt *πλάδος* et *πλάδη*, non *πλάδησις*, quapropter malim reiicere illud *ἕως.* — Supra p. 18. vs. 22.; *ἡβήσεως*, loco, ut ibi monuimus, suspicionem corruptelae movente.

9. *ἐπισυστροφεῖ τὸν στόμαχον ὑπτιώμενον.* L. p. 299.: *ἐπισυστύφει.* Coniectura laudabi'is quidem quod ad sententiam attinet, modo teneamus seqq. *εἰ δὲ εὐτονωτέρας χρεία στύψεως γένοιτο*, nec tamen tanto molimine opus videtur, ut haec in integrum restituantur. Cf. ante omnia Foës. in Oecon. voce *στροφᾶσθαι*: nempe, si ad significationem vocabulorum *συστρέφω*, *σύστρεμμα*, *ἐπισυστρέφω* mentem advertas, leniori medela legere possis *καὶ ῥο-*

P. vs.

δίνῳ δὲ καὶ μηλίνῳ καὶ μυρσίνῳ καὶ μαστιχίνῳ καὶ ναρδίνῳ ἐπισυστρέφειν τὸν στόμαχον ὑπτιώμενον, καὶ διά τινος τούτων κηρωτάριον ἐπαλείψειν. — Ipsum ἐπισυστροφέω propterea displicet, quod simplex στροφέω intransitive sumi solet.

51. 24. τῇ ἐπιτάσει. Ita explicandum videtur, ut extremorum ἐπιτάσει etiam stomachum ἐπιτείνεσθαι et πυκνοῦσθαι dicat.

27. Pro παραπλησίως certam esse credo emendationem παρελκύσεως: haec enim cucurbita adposita operatur. Tum vero velim ἐπέχουσι δ' αὗται κ. τ. λ.

52. 1. θερμὸν δὲ τῇ μίξει, καθάπερ κ. τ. λ.

2. ἡ διὰ κριθίνων vellem.

11. κατοικητηρίους servari posse existimo.

21. Num forte περιθλασθὲν pro περιπλασθέν?

ult. σταφυλὴν τὴν ἀπὸ κ ύ θ ρ α ς. — Similiter p. 71. vs. 17. κιθῶνα. — Observavi etiam uno alteroque loco, v. c. p. 66. vs. 18., 118. 17., 129. 8., Doricum πιάζειν. Sunt ceterum eiusmodi formae rarissimae.

53. 2. κ α ὶ καρυκευμάτων. Lege: ὅπως μηδὲν ᾖ τῶν προςφερομένων ἐκ καρυκευμάτων.

4. Haec sana esse nequeunt: ita forte locus constituendus: πρὸ δὲ τοῦ λαβεῖν τὴν τροφήν, εἴ τι συῤῥυὲν ὑγρὸν ἐπὶ τὸν στόμαχον, κωλυτέον αὐτὸ δίχα συγκινήσεως ἐπιπολάσαι, διὰ δὲ τῶν ἐμέτων ἐκβάλλει·.

20. ποιὰν servari posse videtur.

22. τὸ δ' ἀψίνθιον vellem.

P. vs.

54. 7. Pro ἐπιθυμητικὸν legendum videtur ἐπιθυμητόν.

10. ἵνα τῇ παρὰ ταύτης εὐχυλίᾳ —

11. τὸ γὰρ περισσότερον μᾶλλον ἀδικεῖ μεταξὺ τῆς ἄλλης τροφῆς, ἀλλὰ μήτε πρῶτον . . . . μήθ' ὕστερον. Nempe illud καὶ ante μεταξὺ postremae syllabae verbi ἀδικεῖ ortum debere arbitror.

55. 1. παρασκευάζεται requiri puto.

7. μήπω προσεχομένου τοῦ σπέρματος εὐτόνως, μηδ' εἰς τὴν πῆξιν κεκρατυμμένου καὶ διὰ τοῦτο ῥᾳδίως τοὺς ἀ π ο σ π α σ μ ο ὺ ς λαμβάνοντος. Nam ἀσπασμοὺς quid huc faciat non satis capio.

19. καὶ μή τινα ἡ μαῖα παραπέμπεται, σύνεγγυς οὔσης τῆς ἀποτέξεως. Hanc veram esse suspicor lectionem corruptorum καὶ μή τινας ἡ μαῖα παρέπεται.

22. Recte L. ἐνάργεια corrigit: praeterea negatio μὴ ferri nequit; lege: δέδωκε γὰρ ἡ ἐνάργεια μὲν καὶ τὰ ἑπτάμηνα γόνιμα τυγχανειν. Orationem forensem fere sapere dixeris illud ἡ ἐνάργεια δέδωκε.

27. ἐπιχαλάσαι recte, ut videtur, L.

28. μαστῶν cum L. lego pro ἡμερῶν.

56. 2. ἐπισυνεργεῖν quid hic sibi velit nescio, puto Soranum scripsisse ἐπισυνέργειν.

19. ἀποκρίνῃ.

24. προσθέντας utique vitiosum est. Ecce! ita haec lego: τοῦτον δὲ (τοῦ τελαμῶνος) τὴν μεσότητα αὐτῷ κάτωθεν ὑποθετέον τῷ τῆς κοιλίας

P, vs.

ὄγκῳ, τὰς δὲ ἀρχὰς τῶν πλευρῶν ἑκατέρωθεν ἀναχθείσας χιαστέον, εἶτα ἐπὶ μετάφρενον καὶ ὤμους ὑπερθετέον, ἔμπροσθεν δ' αὐτὰς κατὰ περιειλημένης φασκίας ἀφαμματιστέον. — Iam omnia facile, puto, intelliguntur.

57. 2. συνεργήσει γὰρ τὸ βάρος legendum videtur.

9. ἀφεψημάτων, —

11. τῷ δακτύλῳ περιαλείφουσα τὰ προσεμπίπτοντα τὸ στόμιον τῆς ὑστέρας διαστελλέτω.

26. Forte ταῖς τοιαύταις —

27. οὐγγίας β' supervacaneum. Deletum cupio.

29. μαλακτικὰ τῶν προσεμπιπτόντων. τοῦ δὲ περὶ κ. τ. λ. — vs. 28. μάλιστα forte delendum.

58. 10. ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον requiro.

17. εὐτυχοῖ corruptum. Lego: καὶ πηδήμασιν, εἰ τύχοι.

19. τοῦ ἐκβαλεῖν χάριν vellem.

59. 1. οὐδ' ἂν οὐδενὶ φθόριον διδόναι, καὶ ὅτι κ. τ. λ. Verbum διδόναι h. l. aegre desiderabam.

11. οἷς καὶ ἡμεῖς συναινοῦμεν, ὅτι ἔστι τοῦ φθεῖραι κ. τ. λ. Nam ὅθεν ἐπὶ sensu cassum, non solum ἐπί.

14. συμφέρειν — ἀναγκαῖον. Haec proxime cohaerent, adeo ut συμφέρει ferri nequeat.

21. Omnino ἐν τῷ κύτει τῆς μήτρας.

22. καὶ διαναστᾶσα εὐθέως, καὶ ὀκλὰξ καθίσασα lego. Δι' ἀναστάσεως e participio ortum et terminatione vocabuli sequentis in εως.

60. 9. καὶ οὐκ ἐᾷ παρελθεῖν, εἰς τὸν πυθμένα αὐτὸν τὸ σπέρμα. Haec vera lectio; αὐτοῦ non quadrat.

P. vs.

60. 10. *καὶ εἰ ἐρεθίζοντα, οὐ μόνον τὸ τοῦ ἀνδρὸς σπέρμα ἐναπομεῖναι [κωλύει] καὶ ἐν τῷ κύτεϊ τῆς μήτρας οὐ συγχωροῦσιν ἐλθεῖν, ἀλλὰ καὶ κ. τ. λ.* — In his *καὶ εἰ ἐρεθ.* certa mihi videtur emendatio: respondet praegresso *εἰ μὲν στυπτικὰ εἴη* vs. 7.: nam *καὶ ἐρεθίζονται* sensum idoneum non praebet. — Quod ad *κωλύει* attinet, equidem aegre abesse fero: erit fortasse, qui ob seq. *οὐ συγχωροῦσιν* nos eo carere posse putet.

16. *περιειληθέντος.*

18. Lege: *πάνακος ῥίζης, γῆς κιμωλίας ἀνὰ ἴσον, κατ' ἴδια ἢ ὁμοῦ μεθ' ὕδατος τρῖβε κ. τ. λ.*

61. 4. *καὶ ἐπιπολὺ τὰ δριμέα* velim.

10. *ἀνὰ ὀβολὼ β'.* legendum.

11. *κραμάτιον* lege; deminutivum est nominis *κρᾶμα.*

16. Aut *φασὶ δὲ ἄτοκον ποιεῖν*, aut *φασὶ δὲ ἀτόκιον* legendum.

62. 11. *τὰ ἐναντία ποιεῖν, οἷς πρόσθεν εἰρήκαμεν, εἰς τὸ διαλυθῆναι τὸ συλληφθὲν, περιπατούσην καὶ διὰ ζευκτῶν κατασειομένην.* — Participia haec genitivo constare nequeunt; sicuti infra Accus. requiro.

21. *ἐν τῷ μηδείαν ζεστῷ ὕδατι γλυκὺ* corruptum est: lego *ἐν τῷ μὴ λίαν ζεστῷ ὕδατι γλυκεῖ.* — L. *γλυκὺ* cum *οἰνάριον* infra obvio coniunctum cupit: at *οἰνάριον γλυκὺ* haud congruum cum seqq. *καὶ δριμυφαγοῦσαν.*

63 4. *ὀποπάνακι.*

5. *κὴν ἐπιμένῃ καταπλασσομένῃ*: Accusativo locus non est, me iudice.

P. vs.

63. 10. Pro numero *ι'* lege *γ'*; tum *κόκκον*.

64. 4. *δυςαρεστησίαι καὶ νωθρίαι*. Sunt hic quoque vocabulorum terminationes confusae: lege *δυςαρεστήσεις καὶ νωθρίαι*.

11. *τὸ γὰρ ὑπὸ Ἱππ. εἰρημένον . . . . . εἰ καὶ μὴ ἐπὶ στεγνοπαθούσης, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ὑγιαινούσης ἀληθές*. Me offendit *ἀλλὰ καὶ*, malim *ἀλλά γ' ἐπὶ κ. τ. λ.* — Nisi posterius *καὶ* deleas.

14. *ὡς γὰρ ἱδρώσκειν καὶ οὖρον εἰς σκύβαλον* corruptum. Confidenter scripserim: *ὡς γὰρ ἱδρὼς καὶ οὖρον καὶ σκύβαλον*.

18. Recte *κατασειστέον* D.

23. *καὶ κλύσμα τι προςτίθεσθαι μαλακτικόν*.

25. *εἶναι*. Iste Infinitivus abundat, D. *ὄντας* desiderat; pag. 57. vs. 1. simili fere modo *εἶναι* ponitur.

ult. *ἐπάγουσι* D. recte.

65. 9. *ποιείτω*

14. *γάρον ἠρτυμένα* recte L.

15. *ἐξαγ . . . . . γ'*. In notula: « Lacuna, *ζ'* pro *γ'* B." Non est lacuna sed compendium, tu lege *ἐξάγια γ'*.

66. 12. *ἢ* dele: lege *ἐκβάλλον*.

15. *προςτίθει προλουσαμένῃ· πινέτω δὲ κ. τ. λ.* — Forte etiam vs. 6. Dativum voluit, licet Nominat. ferri possit. Vid. p. 240. adnn. ad Hipp. supra.

23. *τὸ καταλύειν* lego.

67. 1. *κρόμον* corruptum e *κορμὸν*, ni fallor; sed praeterea aliquid deësse videtur. Forte voluit:

P. vs.

εἶτα καὶ ῥαβδίον μέλανος ἐλλεβόρου, ἢ κορμὸν προςτιθέναι, διδόναι δὲ καὶ πίνειν τι τῶν π. ε.

67. 3. τό τε διὰ σμύρνης procul dubio.
18. ἐκ φαρμακείας φθειρούσαις. Nam ἐν φαρμακείαις non quadrat. Cod. P. ἐκ praebet.
19. προγίνεται procul dubio.
ult. Locus mutilatus; lego: ψύξις μηρῶν, βάρος ἐγκαθιζόμενον ὀσφύϊ πρῶτον, εἶτα, τῆς ἀποτέξεως προχωρούσης, (vel ἐγγιζούσης,) ἐν αὐτοῖς τοῖς γυναικείοις τόποις.

68. 4. ἤγουν κάθυγροι glossema esse videtur.
19. Tum h. l. tum vs. 21. omnino ὑμὴν legendum cum L.
22. ὑπερκεῖται τὴν ὑστέραν. Hoc minus placet: malim τῇ ὑστέρᾳ.

69. 3. κιβωρίου, recte! cf. Diosc. II. 128. L. κιχωρίου, quod huc nihil facit.
4. κατὰ τὰ ἄλλα D. Malim cum cod. B. omittere καί.
17. κατὰ μέσον τὸ τῶν ἐμβρύων ἐπιγάστριον.
18. καὶ αὐτὸ δὲ τὸ ἐμβρύῳ ἐμφυόμενον ὡς σῶμα καλοῦμεν ὀμφαλόν.
24. ὁρῶνται. Num forte ὁρίζονται?

70. 5. πρὸς τὰ καινὰ κέρατα κάτω τοῦ διαφράγματος. Haec corrupta sunt; sic totum locum constituendum arbitror: Εὔδημος δὲ ἁπλῶς κατὰ τὸν τοῦ ἐμβρύου φησὶν ὀμφαλὸν συνάγεσθαι τὰ ἀγγεῖα, κἀντεῦθεν διαλύεσθαι πρὸς τὰ κενὰ τὰ κάτω τοῦ διαφράγματος. Postremis his τοὺς κενεῶνας indicari opinor.

P. vs.

70. 7. *οὕτως ἀρχὸς* corruptum. Ita haec legenda existimo: *τὸ δὲ πέμπτον ἀγγεῖον, ὅπερ ἀρτηρίαν ὀνομάζομεν, πρὸ ἁπάντων μὲν οὐραχὸς καλεῖται, ὃς τῷ πυθμένι τῆς κύστεως ἐμπεφυκέναι λέγεται κ. τ. λ.* — Unde in codd. bis illud *οὕτως* ortum sit, non satis perspicio, nisi ex *ὃς τῷ* profluxerit; sed abundare et delendum esse, certissimum iudico.

8. *καὶ διὰ τοῦτον:* — nempe *τὸν οὐραχόν.*

23. *ἐσθῆτος.* Non placet emendatio L. p. 299. Vera loci lectio erit: *αἰσθητός ἐστιν.*

71. 1. *περικεχυμένων* desidero, ut paulo inferius.

4. *δακτυλίου γέγονεν. Οἱ δὲ κ. τ. λ.* — Latet vitium, quod facile emendatum iri puto, si legamus: *δακτυλίου. Γεγονέναι δὲ αὐτὸν λέγουσιν ὑπὸ τῆς φύσεως ἀναγκαίως εἰς τὸ μὴ διαφθείρεσθαι τὸ ἔμβρυον, τὸ περικεχυμένον τοῦ περισσώματος ὑγρὸν ἕλκοντα δριμὺ καὶ φθαρτικὸν ὕπαρχον.* In postremis librarii, totam sententiam non intelligentes, *ἕλκον* scripserunt, quod recte vidit L. p. 299., cum cuius altera emendatione *ἐσκευάσθαι* non consentio.

7. Locum hunc ita legere oportet, me iudice: *Ἔνιοι δὲ τὸν ὑμένα τοῦτον μὴ εἶναί φασιν· οὔτε γὰρ εὑρίσκεται κατὰ τὰς ἀποτέξεις· μήτε τοῦτον εὔχρηστον· τὸ γὰρ ὑγρὸν οὐκ ἔνι τοιοῦτον· εἰ δὲ καὶ τοιοῦτον ἦν, εὐεπίγνωστον ἐγένετο τῇ φυσικῇ συνηθείᾳ· καὶ ἄλλως μηδὲ δύνασθαι διὰ τοῦ στόματος ἕλκεσθαι τοῦτο, τῷ τὴν ἀναπνοὴν γίνεσθαι διὰ τοῦ ὀμφαλοῦ· πρὸς γὰρ τὸ εἶκον ἡ ἐπίκρισις γίνεται· μηδενὸς οὖν εἴκοντος ἐν τοῖς ἐμβρύοις κ. τ. λ.*

P. vs.

71. 17. *καίτοι τῷ συμπεπτωκέναι καὶ τὸ στόμα τοῦ ἐμβρύου καὶ τὸν δακτύλιον, μὴ σωζομένης τῆς εὐρυχωρίας, κωλύεται τὸ βιαζόμενον εἰςρεῖν.* Codd. lectio ita satis facile emendabitur, ni fallor.

24. Haec etiam vitiata; legamus: *δι' ἣν αἰτίαν καὶ τοῦ ὑπεζωκότος πολλάκις ῥαγέντος καὶ συμμ. κ. τ. λ.* Tenendum Soranum hic *ὑπεζωκότα* vocare istam chorii duplicationem, de qua loquitur.

72. 4. Ni fallor Soranus scripsit: *οἷς καὶ ἡμεῖς συνηγνοῦμεν ἐπὶ πολὺ, πρότερον ἢ τὰ φαινόμενα τῇ συστάσει τοῦ ἀμνειοῦ ὑμένος μεμαρτύρηκεν.*

23. Malim *ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ.*

73. 10. Notandus Ionismus *ἀποῤῥέειν.*

20. *στομίου* recte L.

23. *καὶ οὗτος συνίστησι τὸ χορίον* e cod. P. legendum.

74. 7. *αὕτη* et *ἐμφύεται* L. recte.

10. *ἧπαρ* L. recte.

15. *ἀρτηρίῃ τῇ κειμένῃ κατὰ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ.* Legendum: *κατὰ τὴν ῥάχιν αὐτοῦ.*

25. *σαφηνίσαι βουλόμενοι εἰρήκαμεν.*

75. 9. Haec ad hunc modum refingenda sunt: *ἐνίοτε δὲ καὶ τὸ δι' ἁλῶν, ᾧ συμπλέκονται νίτρον τε καὶ κιμωλία γῆ, ἐπιχρίομεν. ἀγαθὸν κ. τ. λ.*

11. *τὸ ἐντὸς τῶν νίτρων ἀφέψημα* quid sit, non exputo.

76. 4. Recte L. *ἰσχνοτέρους* —— *ἁδροτέρους.*

11. Vere L. infinitivum scribendum censet. Forte ad codd. lect. propius accedit *περιδεσμοῦν*, quam *περιδεσμεῖν.*

P. vs.

76. 13. Vellem ἐν τῷ περὶ ἐμβρυοτομίας τόπῳ.

77. 14. Lege: εἶτα διηθήσας τὸ ἔλαιον διὰ ῥάκους.

17. τοῦ πάθους. Litterula mutanda: τοῦτο πολλὰς ἀτόκους τοκάδας εἰργάσατο, ἀποξύσαν τοῦ βάθους τὸ παρεμπόδιον γενόμενον τῇ κυήσει φλέγμα.

78. 12. τὸ δὲ στόμιον αὐτῆς μετὰ τρυφερίας ἀναπετάννυται. — Infinitivo hic locus non est.

20. περιφερὴς ὄγκος ὑποπίπτει παρόμοιος ᾠῷ καὶ διαφθεγγομένη ὁ πόνος παρηκολούθησεν. In codd. γὰρ ante παρόμοιος vitiosae praepositionis repetitioni debetur.

ult. Pro ἀναξηρανθὲν cod. B. ἀναξηράνθαι, quod veram refert lectionem, modo ἀνεξηράνθαι scribatur.

79. 13. καὶ εἰ μὲν μετέωρον εἴη τὸ βάρος, ἀνιέναι τε καὶ κελεύειν ὑπτίαν κατακεῖσθαι διὰ τοὺς τόπους τὴν κύουσαν, κεκολλημένην ἔχουσαν τοὺς μηροὺς τῷ ἐπιγαστρίῳ κ. τ. λ. — Pro simplici κεκολλημένην dandum videtur προςκεκολλημένους.

26. Pro ἔνστασις lege ἔντασις.

80. 5. τὴν κατοχὴν ἐν τοῖς περὶ θώρακα τόποις vellem.

12. εἴ . . . . φέροιτο malim, quia sequitur δεόμενον, nisi velis transitum a plur. num. ad sing. servare. Lacunam ita expleo: ὡς ἔχειν τὰς χεῖρας.

81. 11. ταύταις τὰ ἔμβρυά ἐστι παχέα. Nam ἔμβρυα τραχέα nemo scripsit, ni fallor.

P. vs.

81. 13. Lege: ἀλλὰ καὶ ὅσαις πλατύνεται, ταύταις τὰ ἔμβρυα μέζονά ἐστι τῶν λοιπῶν.

16. Ecce! totum capitulum describam, quemadmodum reficiendum iudico: ἐκ τοῦ κακοχροῦς αὐτὰς εἶναι καὶ τὴν κίσσαν λίαν ὀχληράν· καὶ ἐκ τοῦ μῆκός τι πολὺ τὸ ἔμβρυον ἔχειν ἐν τῇ μήτρᾳ, καὶ ἐκ τοῦ ἀνήδονόν τινα γίνεσθαι κίνησιν αὐτοῦ καὶ ὡς ἂν ἕλιγμούς.

22. Hoc modo lacunam suppleo: ὑπερπεπληρωμένοι δὲ ἑκάτεροι οἱ μαστοὶ ἄμφω ἄῤῥενας εἶναι σημαίνουσι.

82. 5. Legamus: διαλείμματα ἔχοντα καὶ εἰςβολάς. — Hinc depravatum illud καὶ εἰσὶν ἐκβολῶν.

7. Commate tantum distinguo pone ἔκλυσις.

10. Pro αἷς γε malim αἷς δέ.

83. 4. E lect. cod. P.: ἧς στιψιν omnino dandum εἰς στῦψιν.

9. Est sane locus ita corruptus, ut non facile sine melioribus subsidiis ipsa Sorani verba revoces: res tamen turpissima intelligitur. Nempe hoc voluit, puto, auctor: ἔνιαι δὲ καὶ κακοτεχνέστερον ὀξεῖαι μαλία προςτίθενται καὶ ἐμφυσηθεῖσαν σάρκα βραχυτάτην ὄρνιθος· οὕτω γάρ τινες εἰώθασιν ἄτρητα πάθη ἐπιτηδεύειν.

14. ἀφάλλεσθαι recte L.

22. Omnino iungenda ἔχειν δεῖ ἐν ἑτοίμῳ: tum vero etiam scribendum ὠά, κόχλους, vel κοχλία. —

84. 1. καὶ χρηστοῖς γλισχράσμασι χρῆσθαι. Immo καὶ χρὴ τοῖς γ. χ.

8. τέλει vitiosum; lege ἰσοδυναμοῦσι τῆλει.

P. vi.

85. 3. Vellem *πρὸς τὸ μήτε μείζονος αὐτῆς ὑπαρχούσης μέχρι τῶν ἰσχίων καταφέρεσθαι· μήτε τοὐναντίον στενῆς, πιέζεσθαι τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον, ὅπερ χαλεπώτερον.*

7. *ἐνδέχεται προςεκπληροῦν* omnino.

13. *τὰ μὲν ἐκ πλαγίων θλᾶ . . . σανίσι σκεπάσθω.* Non alia latere videtur corruptela, quam qua *θλᾶ . . .* abundat: nimirum e *πλα*, initio vocabuli antecedentis ortum arbitror.

15. Locum salvum fore opinor, si legamus: *ἐκ δὲ τῶν ἄλλων μερῶν, κατὰ μὲν τὰ πλάγια μέρη δύο εἴδη τυγχάνει τῷ διαπήγματι πρὸς τὸ κατὰ τὰς ἐντάσεις ἐπ᾽ αὐτὰ τὰς χεῖρας ἐνστηρίζειν.* — Postrema ita legenda esse sponte patebit unicuique, qui vel semel tantum parturientem viderit.

19. Haec ita lego: *εἰ γὰρ καὶ γυναικὸς ἐξόπισθεν ἑστώσης ἀνακλισθείη, τῷ ἀνωμάλῳ σχηματισμῷ παραποδίζουσι τὴν εὐθεῖαν τοῦ ἐμβρύου φοράν.* Nisi forte in *τὴν εὐπάθειαν* lateat *τὴν ἐπευθεῖαν*, idque ortum sit e *τὴν ἐπ᾽ εὐθὺ τοῦ ἐμβρύου φοράν.*

22. Locus certe intellectu non facilis, sed quem hac ratione accipio: *ἔνιοι δὲ κατὰ τὰ κάτω μέρη τοῦ δίφρου ἐκθετὸν ἄξονα προςβάλλουσιν ἐξ ἑκατέρου μέρους περιαγωγὰς ἔχοντα καὶ τύλον παρὰ τὸ κυκλοτερές, ἵνα ἐν ταῖς ἐμβρυουλκίαις περιτιθέντες βρόχους τοῖς βραχίοσιν, ἢ ἄλλοις μέρεσι τοῦ ἐμβρύου, καὶ τὰ ἄκρα ἀποδήσαντες πρὸς τὸν τύλον τῆς περιαγωγῆς, τὴν ὁλκὴν ποιήσονται, μὴ συνιέντες τὸ κοινόν, ὅτι τὴν*

P. vs.

ἐμβρυουλκίαν ἐπὶ κατακειμένης δεῖ γίνεσθαι τῆς δυςτοκούσης.

86. 4. Ex his et iis, quae sequuntur, me non expedio.

17. κύστιν.

18. θερμοῦ. διϊσταμένου δὲ τοῦ στόματος τῆς ὑστέρας καὶ κ. τ. λ.

19. τῇ περιαγωγῇ lego.

22. ἐπιπροπίπτειν.

23. ἐλαιοχυτείτω Imperativo.

24. Ni fallor: τοῦ πόρου δὲ τὸ μέγεθος καταλαμβάνοντος ὑπὸ τὸ στόμιον τῆς ὑστέρας. Nempe κλυστηρίδιον adhibendum dicere videtur.

87. 3. ὡς ἀσκυλτότερος οὗτος ὁ τρόπος. Ὡς in ὃν abiit; nolim illud non adscribere.

5. Haec sic lego: διαναστατέον αὐτὴν καὶ κατὰ τοῦ μαιωτικοῦ λεγομένου δίφρου καθιστέον, καὶ θερμοῦ κ. τ. λ.

22. Facilis videtur emendatio: τὸ δὲ εἰς τὸ γόνυ καθίζειν αὐτὴν, ὡς ἐδοκίμασάν τινες μετὰ τοῦ δυςέργους καὶ ἄσχημον· ὡςαύτως δὲ καὶ τὸ ἑστῶσαν ἐν βόθρῳ, χάριν τοῦ μὴ κ. τ. λ.

26. ἐπὶ τῶν διστέγων οἴκων?

88. 3. ἀποπεφράχθαι παραινοῦμεν οὖν, τὰ δὲ ἐξόπισθεν εἰς ἀναγκαίαν κατέχεται χρείαν.

5. εἰς πτύγματος γὰρ ὑπόθεσιν τὸν δακτύλιον αὐτῆς ἀποκρατεῖν δεῖ, διὰ τὰς ἐν τῇ ἐντάσει γινομένας προπτώσεις καὶ ῥήξεις. Nimirum in ipsis ad expellendum foetum naturae moliminibus linteo duplicato perineum sustentare iubet, ne anus

P. vs.

procidat, vel sphincter dilaceretur: idem et hodie nuda manu plerique facere solent.

88. 8. *φαίνεσθαι τῇ μαίᾳ, ἥτις παραμυθείσθω.*

16. *προςήκει.* Fatendum tamen *προςῆκεν* saepissime obvium esse, ita ut num revera mutandum sit fere dubites.

17. Deleo *οὐ* et *πρόληψιν* lego.

18. Consentio cum L. in emendatione p. 300 proposita: *καθ' ἣν τὰ γυναίκια δεσμὸν οὐδένα βούλεται* (non praefero *βούληται*) *τυγχάνειν.*

19. *διὰ τοῦτο δεῖ τὰς τρίχας λύειν· διὰ γὰρ τὴν προειρημένην αἰτίαν τάχα δὴ καὶ ἡ λύσις τῶν τριχῶν εὐτονίαν ἀποτελεῖ τῆς κεφαλῆς.* Ita commode haec legi posse videntur.

21. *Παραινετέον οὖν αὐταῖς συνεντείνειν κ. τ. λ.*

24. *εἰς γυν. κόλπους, ἢ εἰς τὸ πρόςωπον κ. τ. λ.*

89. 1. *τό τε στόμιον τῆς ὑστέρας καὶ τὰ πτερυγώματα.* Ceterum non audeo affirmare hic nihil deësse.

5. *ὅτε εἰς αὑτὴν ἡ μήτρα συνέλκεται.*

8. Numquid ita legendum: *ἀποτελεστικόν. Χερσὶ δὲ τὸν ὄγκον ἐκ πλαγίων ὑπηρετίδες ἑστῶσαι πρὸς τοὺς κάτω τόπους πράως ἐρειδέτωσαν.*? — Propius ad *ἐρεθίσθωσαν* accedit *ἐρειδέσθωσαν*: sed dubito num hoc medio transitivo significatu uti possimus.

90. 4. Mihi aeque ac Dietzio totum hoc caput ita invisum, ut ad novam usque inscriptionem p. 93. eiiciendum existimem.

94. 1. Malim *φέρεται* Indicativo, vel *φέροιτο* optat.

P. vs.

94. 2. τό τε κεφάλαιον non fero; requiro τό γε κεφάλιον.

4. εἶτα δεήσεις legendum videtur.

11. τῷ ἀνασκευασμῷ.

14. παρεχούσαις.

18. καὶ συστρέφον περὶ αὐτὸ τὴν ὑστέραν.

26. ποτὲ δ' ἑστῶτος. Malim ποτὲ δὲ διεστῶτος ἀκμὴν τοῦ στομίου: haec vera mihi esse videtur lectio.

95. 6. προςδεδεμένης recte L.

22. ἐκ τοῦ προέχοντος ἀποκρεμάσαι.

96. 14. ἤτοι τοῦ χορίου διὰ τοῦ λίνου σφίγξασα κ. τ. λ. — Sunt haec corrupta; quid si ita legamus: ἤτοι τοῦ χορίου διὰ τοῦ λίνου σφίγξις ἄτονος μὲν οὖσα περιολισθήσει πάντως, εὔτονος δὲ συμπάθειαν οἴσει καὶ λειποθυμίαν,

16. ἀλλ' οὐδὲ πάντοτε προέχει τι τοῦ χορίου. Καὶ — ἐπιβλαβές· δεῖ γὰρ κ. τ. λ.

23. Pone μέρη vocabulum intercidit: collata pag. seq. vs. 9. lego: ἐπικαθιέναι δεῖ τὴν χεῖρα πειθηνίως διὰ τῆς ἐφ' ἑκάτερα τὰ μέρη ἀντιπεριαγωγῆς, συνεντεινομένης ἅμα τῆς κυούσης.

24. Hic etiam aliquid excidit, me iudice; nempe vellem καὶ οὕτως ἄνευ σπαραγμοῦ κ. τ. λ.

ult. καὶ ταῦτα ποιεῖν ἀεί· Male; sed facile restitues Sorani verba legendo καὶ ταὐτὰ ποιεῖν δεῖ.

97. 1. ἔδει corruptum: locum hoc modo scriptum cupio: καὶ εἰ μὴ ὅλως ἐμπέφυκεν, τὸ ἔμβρυον ἤδη παραλαβεῖν· κατασχεῖν γὰρ ἁρμόσει τὸ ὑπερέχον καὶ ἠρέμα παράγειν.

P. vs.

97. 3. Pone διίσταται distingue; tum perge: *Μηδενὸς δὲ προκόπτοντος μέρους, ἐν διαστάσει δὲ τοῦ στομίου μένοντος, λελιπασμένην τὴν χεῖρα καθιέναι.*

7. Legendum: *καὶ εἰς αὐτὸ συνεστραμμένον, ἐπισπᾶσθαι λαβόμενον· εἰ δὲ συμπεφυκὸς, ἁπλώσαντα τοὺς δακτύλους ἔνδοθεν πειρᾶσθαι κ. τ. λ.* In L. emendatione offendit *εἰ . . . συνεστραμμένον ᾖ*: — mihi *ᾖ* delendum videtur.

14. Certam esse puto emendationem: *καταλείπειν αὐτὸ, καὶ δὴ καὶ ὡς φλεγμονὴν θεραπεύειν δι' ἐγχυματισμοῦ καὶ καταπλάσματος τῶν μορίων, καὶ θερμῆς τροφῆς.*

18. Hic requiri puto: *καὶ κῶλον δὲ ἔξαρθρον τοῖς μετὰ φλεγμονὴν καταρτισμοῖς ἐπηκολούθησεν.*

20. *Χωρὶς εἰ μὴ βάσεις* rectissime D. Sed e seqq. me non expedio.

26. Lubens cum L. *ῥάστη* legerim pro corrupto *ῥάκειν.*

98. 24. *ἱματίῳ* profecto.

27. Pro *οὗτος* L. *τοῦτο.* Non placet: lege *οὕτως*: haec saepissime tum apud alios, tum apud nostrum confunduntur.

99. 7. *καὶ τὸ βδέλλιον μετὰ βράθυος* legendum.

16. Pro *φησιν* vellem *φημι*: auctor ipse suam tradere videtur definitionem.

100. 4. *Ἁμαρτάνει —— σύγκρισιν.* Haec mihi perobscura sunt: vix talia scribere potuisse videtur Diocles. Cuius opera quum non supersint, vix credibile haec unquam intellectum iri.

P. vs.

100. 9. Legendum videtur: *ὅσαι δὲ ἀπὸ τῶν ὤμων ἔχουσι πλάτος.*

10. Coniectura L. sponte se obfert: ipse in eandem incideram, necdum tamen sententia perspicua; quid enim *ἐῤῥάγη*? E seqq. fere effeceris ad hunc modum verba explenda esse: *ταύταις, φησὶν, οὐδ' εἰ ἐῤῥάγη ὁ ὕ δ ρ ω ψ πρὸ τοῦ τὰ σώματα καὶ τὰς ὠδῖνας ἐπισχεῖν, δυςτοκίαν γίνεσθαι.* Hisce ita scriptis quadrant seqq. *παρασημειωτέον δὲ ὅτι ὕ δ ρ ω π α λέγει τὸ πρόῤῥηγμα.* — Ceterum in Lexx. meis desidero *πρόῤῥηγμα*: ita vocat membranas in utero foetum cum liquore, cui innatat, circumdantes et sub ipsis partus doloribus per uteri ostium in formam segmenti sphaerae prominentes, dum liquor iis contentus per contractiones uteri versus inferiora depellitur.

27. *πρὸ τοῦ τόκου*, ni fallor.

101. 1. Pone *τίκτεσθαι* distinguo; tum vero lego: *γίνεται δὲ δυςτοκία καὶ παρὰ τὸ ἀτονεῖν τὴν μήτραν, ἢ τὸ στόμα.*

3. Ni fallor *ἀπορία δέ ἐστι τῷ ἀτονεῖν τὴν μήτραν ἐν τῷ σώματι.* Nempe *ἀπορία τοῦ τίκτειν.* Cf. vs. ult.

7. Lege: *διατεθῆναι*

9. *ἢ ἐν ἐπιγαστρίῳ*

14. *ὁ δὲ 'Ανδρέας ἐν τῷ πρὸς Σώβιον· ἔστι δὲ ὑποστολικὸν τοῖς ὑπὸ 'Ηροφίλου· συντέθειται, μόνον προςθεὶς κ. τ. λ.* Sunt haec vitiis contaminata variis scripturae et interpunctionis. Ecce! ad hunc modum locum reficio: *ὁ δὲ*

P. vs

'Ανδρίας ἐν τῷ πρὸς Σώβιον, (ἔστι δὲ ἐπιστολικόν,) τοῖς ὑπὸ 'Ηροφίλου λεχθεῖσι (vel γεγραμμένοις) συντίθεται; μόνον προςθεὶς κ. τ. λ.

101. 23. ἢ ἐν τοῖς σώμασιν requiro; modo attendamus ad pag. seq. vs. 20.

25. ὡς μὴ γένηται. — Puto haec inde exorta esse quod ad ἔκλυσιν, symptoma non semel grave periculum indicans, in margine quis adscripserit ὃ μὴ γένηται: nisi malis statuere ipsum auctorem pium votum fecisse.

ult. Sunt haec ordine perturbata et praeterea aliquid deficit; lego: καὶ ἀπορία γε τοῦ τίκτειν γίνεται παρὰ τὸ μὴ συνεργεῖν τῇ ὠδῖνι.

102. 6. Lego: ὑστερικὴ πνίξ. 'Εν δὲ τῇ δυνάμει τοῦ αἰτίου γενομένου, ἀποτελεῖται πάθη δυςτοκιῶν, ὅταν κ. τ. λ.

16. σχῆμα recte L.

22. Possint haec ita fortasse restitui: Καὶ δριμέα δὲ ὑγρὰ, ἢ καὶ τὸ ἀνάπαλιν ἀμβλέα, μὴ κεντρίζοντα τὰ σώματα, καὶ τὰ παχέα ὑγρὰ ὁμοίως δυςτοκίαν ποιεῖ, ἃ μὲν τῷ φέρειν πνεῦμα πλεῖον, ἃ δὲ τῷ ὀλίγον.

103. 4. τρία et vs. 6. L. recte σφηνῶται.

11. εἰ παρακεκλιμένα τῇ κεφαλῇ lego.

15. ἐκπίπτει L. recte.

17. τὸ δὲ εἰ ἕν τι τῶν σκελῶν προβεβληκότα legendum.

22. κοιλίαν recte L.

104. 11. μυδώσης. Cf. L. p. 300.

105. 2. τῆς ὑστέρας omnino.

P. vs.

105. 3. ἰδιοσύστασιν ἢ σύγκρισιν

5. ἤδη δὲ καὶ τὰ ἀπὸ χηρείας κ. τ. λ.

19. τὰ τῆς ἥβης ὀστᾶ L. recte.

22. οἷον παρὰ τὸ μὲν προηγήσασθαι τὸ γυναίκιον ἢ μέθαις εἰθίσθαι, ἢ ἀγρυπνίαις κ. τ. λ.

ult. ὅταν γὰρ καὶ διατεινομένης. Sunt haec mirum in modum corrupta: equidem ex iis effingo: ἤδη δὲ καὶ παρὰ τὰς ὠδῖνας γίνεται, ὑστέρας ἢ διατεινομένης σφόδρα, ἢ ἀποσπωμένου τοῦ χορίου ἀπὸ μήτρας.

106. 1. Vellem καὶ κατὰ μέρος τὴν μήτραν θλίβοντος, ἢ καὶ ἀθρόως προϊόντος ἢ καὶ παρὰ τὸ μὴ κ. τ. λ.

4. αὐτοῖς τοῖς εἰς κ. τ. λ. Aegre τοῖς desidero; in hisce frequènter peccant librarii.

5. ἔπειτα καὶ παρά τινα ἄλλην ἀλγηδόνα γίνεται δ.

8. Vellem κατὰ τὰς ὠδῖνας: copula καὶ huc nihil.

11. καὶ λέγοιτο. Abundat καὶ, ni fallor.

13. Non placet coniectura L. — Verum, puto, erit: δυνάμεις ὑποθετικάς φαμεν ἐν τῷ περὶ νοσημάτων τόπῳ ὑπόστασιν μὴ ἔχειν. οὐδὲ γὰρ αὐτοὶ τὴν οὐσίαν αὐτῶν ὁμολογοῦσιν.

21. Num forte ἃ ἐξ ἀνακρίσεως ἀνελήμφθη?

ult. ἤτοι κακῶς ἐσχηματισμένα ταῖς καθέσεσι τῶν δακτύλων σημειούμεθα. — Sequens αὐτὰρ deleo.

107. 1. Ultro patet h. l. lacunam esse: scilicet desunt quaedam ad diagnosin, utrum vivus, an mortuus sit foetus, spectantia; qua de re agitur in seqq., quae nobis servata sunt.

5. Forte καὶ τῇ καθέσει τῶν δακτύλων οὔτε κ. τ. λ.

6. Pro ἀσθένου coniicio Soranum dedisse ἀνθίον.

P. vs.

Ita omnia bene procedent: *οὔτε θερμὸν ὑποπίπτει τὸ ἔμβρυον, οὔτε ἀνθέον· ἐὰν δὲ καὶ προπέσῃ τι μέρος, τοῦτο μέλαν καὶ νεκρῶδες εὑρίσκεται.*

107. 17. *χωρίων*, non *χορίων.*

108. 6. *σὺν* deletum cupio; tum vs. seq. requiro *ποτὲ δὲ καὶ τῷ λευκῷ τῶν ᾠῶν.*

8. *οὕτω* cum D. lego.

13. *ταῖς δὲ ἐν ὀδύνῃ καὶ κύστιν ἐπιβάλλειν ἐλαίου θερμοῦ, ἢ μάρσιπον ὠμήλυσιν θερμὴν ἔχοντα.*

21. *ἐνηλάτοις* recte L.

24. Consentio cum emendationibus. L. Sed vellem: *κατὰ τοῦ ἐδάφους· οἱ δὲ τὸ κλιμάκιον ἔδοκ.* —

109. 8. *ἐν τοῖς τόποις μάλιστα τὸ πνεῦμα κατέχειν*, i. e. cohibere spiritum, ita ut ne clamore et eiulatu extrorsum feratur: *οἱ τόποι* sunt h. l. spiritus sedes solitae s. pectus.

14. Fortasse *μὴ διὰ τὴν ταραχὴν πλείω φθαρῇ ἢ καὶ μεταλάβῃ.*

15. Vere *δεῖ* corrigit L.

21. Vellem: *ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων τὸ ἐμποδίζον.*

110. 1. *κατιάδι* cum D. lego.

8. Pone *νύσσειν* distinguo commate; tum lego: *ἐκτεταμένων τῶν δακτύλων, καὶ κατὰ τοὺς ῥῶγας συμβεβλημένων ἀλλήλοις.* — Supra p. 3. vs. 5. *ὑπεσταλκότας ταῖς ῥαξὶ τοὺς ὄνυχας.* — Haec forma frequentior; Rufus Ephes. p. 29. et 50. *ῥάγες*, itemque Pollux, quem sua ex illo hausisse dixeris, II. 146.

P. vs.

111. 3. τοὺς δακτύλους οὐν ἄκρους vellem.

7. ἐρείσαντα τοὺς δακτύλους,

21. κατὰ τὸν περινέου τόπον.

ult. ἐνερείδει, ζευγνύειν τούτους καὶ κατ' εὐθὺ κ. τ. λ.

112. 6. εἰ δὲ πλάγιον requiro et mox πρηνὲς ἢ ὕπτιον.

20. εἰ δὲ πλέονα τοῦ ἑνὸς κ. τ. λ.

22. ἢ καθ' ἓν κομίζεσθαι. — Lege: εἶτα καθ' ἓν κομίζεσθαι.

ult. Notandus Ionismus ἐπολκήν.

113. 4. τὸν μὲν ἐπικείμενον δεῖ προλέγειν κίνδυνον. Malim ὑποκείμενον.

13. περιεστικῶς. In notula: « περιεστηκῶς P. certe περιεστικῶς, Lob." Nempe sequitur editor Lobeckium, virum celeberrimum, qui Paralip. Gr. Gr. p. 441. de hoc vocabulo egit, et περιεστικὸς cett. scribendum esse statuit, quod a περιεῖναι deducit. Nimirum apud Hipp. fluctuatio est inter περιεστικὸς cett. et περιεστηκὼς: Erotianus περιεκτικὸς habet, quod, me quoque iudice, procul dubio corruptum, sicuti magnam partem pessime se habet totum glossarium Erotianeum. Conferantur ceterum de hac voce Foës. in Oecon., Friend. Praef. ad Ed. suam Ep. I. et III. Hipp., Heringa Obss. Critt. p. 9., Triller Opusc. II. p. 201., Schneid. Lex. in voce περιεστικὸς et eadem voce in Supplem. — Ad περιγίνεσθαι et περιεσομένους in Progn. obvia si attendas, vix aliter facere potes, quam ut a περιεῖναι ducas et apud Hippocratem, huius

P. vs.

vocabuli veluti parentem, scribas περιεστικὸς cett. — sicuti Heringa et Lobeckius suadent. — Nec tamen certum mihi videtur apud recentiores itidem περιεστικὸς semper dandum esse, quin etiam vix dubito affirmare hos περιεστηκὼς semper scripsisse, quam opinionem sequentibus munire lubet. Obsopoeus apud Trill. affirmat Galenum semper ita scripsisse: exempla non dubia, quae in promptu sunt, describam. Comm. in Lib. de Humor. p. 103. Ed. Kühn: περιεστηκότι. In Ed. Basil. T. V. p. 67. vs. 19. ἐν περιεστηκόσι νοσήμασι, p. 104. vs. 15. ἐὰν οὖν οὗτος, ὡς Ἱπποκράτης εἶπεν, ἐστι περιεστηκώς, (offendit iterum ἐὰν . . . . ἐστί: lege εἰ.) p. 146. vs 50 seqq. περιεστηκότα, περιεστηκότερα, περιεστηκότων, p. 163. vs. penult. περιεστηκός. Auctor Defin. Med. p. 390. Ed. Kühn. περιεστηκὸς νόσημά ἐστιν κ. τ. λ. Schol. in Hipp. Ed. Dietz p. 225. περιεστηκῶς ὄντος τοῦ νοσήματος. Sed inprimis hic magni momenti sunt loci duo ex Aretaeo, assiduo et doctissimo et elegantissimo Hippocratis imitatore: p. 44. vs. 28. Ed. Oxon.: ὁκόσα μὲν λευκὰ . . . περιεστηκότα, et p. 101. vs. 15.: περιεστηκυῖα δὲ πλευρῖτις ἀπὸ περιπνευμονίης. — Ex hisce abunde constat recentiores, perperam forsitan, sed sine dubio περιεστηκὼς apud Hipp. legisse, atque inde in libros suos transtulisse, quod quum operae pretium videretur notasse, haec expromsi. Aem. Portus ad Hipp. Ed. Bas. p. 407. 49.: περιεκτι-

P. vs.

κῶς vel περιεστηκῶς, ἀντὶ τοῦ περιεστηκότως κατὰ συγκοπήν." Videmus quomodo hic Genitivum, adverbium, comparativum a περιεστηκὼς, ut putabat, formatum explicare conetur. Haec hactenus.

113. 22. Verba πᾶσαν σχηματίζειν καταφερῶς delenda videntur: tum vs. seq. pone ὀσφὺν puncto distinguo.

26. ἢ γυναῖκες. — Haec cum ceteris non cohaerent: fueritne totus locus ita scriptus: εἶτα ἑκατέρωθεν δι' ὑπηρετῶν τὸ σῶμα κατέχειν· γυναῖκες δ' ἔμπειροι καὶ ἰσχυραὶ εἰ μὴ παρείησαν, διὰ κηρίας κ. τ. λ.?

114. 1. Locus sanus non est: forte ita commode emendaveris: ὥςτε μὴ πρὸς τοὺς ἐπισπασμοὺς τοῦ ἐμβρύου ἐπακολουθοῦν τὸ σῶμα τῆς καμνούσης τὸν τῆς ὁλκῆς τόνον ὑπεκλῦσαι.

21. Vellem ὅτι δυςπαράδεκτοι διὰ σκολιότητα καὶ ὅτι στενοὶ λίαν.

24. πάθη. — Non placet emendatio L.; requiro σπάθη. — cf p. 116. vs 16. et p. 144. vs. 15 cum varr. lectt. Mox pro δεῖ malim δέ.

ult. Malim sing. num. κρύψαντα.

115. 2. Lege: ἀντίθετον τούτῳ.

116. 5. Pro ἄψυκτον legendum ἄσφυκτον.

7. κατασχόντα δὲ πρὸς τὸ ἐμφανέστερα γενέσθαι τὰ ὑπερκείμενα.

13. εἰς τὴν μίαν corruptum videtur; requiro ὡς τὴν μίαν καὶ τὰς δύο, i. e. οὕτω καὶ τὰς δύο.

117. 1. διδόντα γράσιος· τὰ γράση δὲ διὰ μέγεθος τοῦ

P. vs.

ὅλου σώματος· εἰ μηδὲ οὕτως κ. τ. λ. — Notandum εἰ ante μηδὲ e D. coniectura additum esse: iam vero certam emendationem e Paulo Aeg. hausi: καὶ συνθραύειν τὰ ὀστάρια δι' ὀδοντάγρας, ἢ ὀστάγρας· εἰ δὲ διὰ μέγεθος τοῦ ὅλου σώματος μηδὲ οὕτως ἑλκόμενον ὑπακούοι κ. τ. λ.

117. 3. ἐρειδομένων recte L.

8. καὶ αὐτός. Malim καὶ οὗτος.

25. Numquid ἀνακλασθέντα γάρ?

ult. καθυπονοεῖν una voce.

118. 12. μήτι παραλέλειπται sine dubio, sed fortasse etiam πολλάκις γὰρ legendum.

15. καὶ τήν. Verum puto κατὰ τὴν, non εἰς τὴν; nam καὶ et κατὰ saepius confundi unicuique notum.

26. φορίου. — Lege χορίου.

28. σκυλμὸν vere emendat D.

119. 21. Scripseritne Soranus: ἀνατείνειν τῷ ἀγκίστρῳ καὶ, εἰ ἐνδέχοιτό γε, διαιρεῖν αὐτὸν κ. τ. λ.? Nimirum τότε incongruum.

120. 16. Legendum puto: καὶ οὕτως ἐξέλκειν, ὅπως, ὡς ἤδη πολλάκις εἴρηται, κομισθῇ τὸ ἔμβρυον.

122. 22. καὶ ἐπιγαστρίου καὶ αἰδοίων.

23. ψυγέντα lego: mox enim τὰ σώματα infertur.

27. καὶ ὅμοιον τῇ παραλύσει ἐργασθέντων. Requiro καὶ ὅμοιόν τι παραλύσει ἐργασθέντων.

123. 3. πόνον ἔχον sensu cassum; sed locum totum describam: insunt enim plura corrigenda:

P. vs.

γνωρίζεται δὲ ἐκ τοῦ τρυφερὸν προπίπτειν τὸ σύγκριμα ὅμοιον κεφαλῇ πολύποδος, ὡς Ἡρόφιλος ἔλεγεν, πόρον ἔχον, ὡς παραδέξασθαι διπύρηνον. οἱ δὲ μηδ' ὅλον· οὐδ' ἂν γάρ, φασιν, ἀποκαθίσαι αὐτὴν ἀπὸ μέρους, φλεγμαῖνον δὲ τὸ στόμιον φαντασίαν παρέχειν προπτώσεως.

123. 7. Ni fallor, legendum: οἱ μὲν ὡς τὸν ἔξωθεν, οἱ δὲ τὸν ἔνδον αὐτῆς χιτῶνα προπίπτειν.

12. οἱ δὲ καὶ τὴν ὅλην κατὰ ῥῆξιν, et vs. seq. ἐνδιπλουμένην, ut opinor.

19. κατὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας ταῖς προτέραις περιστάσεσι παραλύεται. — Haec certa videntur: sed in seqq. tum alia me offendunt, tum illud ἐμπεπτώσεις, pro quo L. ἐμπτώσεις dedit. Licet non certam esse emendationem ultro fatear, dicam quid fere desiderem: καὶ πάλιν, εἰ ἀπὸ μέρους μὲν προπέπτωκεν ἀπευθυσμένου τρόπον, ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν αἱ ἐκπτώσεις αὐτῆς ὁρῶνται.

24. Illud ὥς ποτε corruptum. Ad hunc modum locum restituamus: κατ' ἐκστροφὴν δὲ ὅλης τῆς περιφερείας ὄγκος στρογγύλος εὑρίσκεται προπίπτων, ἐμφερὴς ᾠῷ, ποτὲ μὲν κ. τ. λ.

ult. Pro προπετῶς D. προπεσοῦσαν, quod non placet: sed plura quum sint, quae emendatione egent, seqq. describo: συγχωρήσαντες δὲ καὶ ὅλην, ἢ ἀπὸ μέρους αὐτὴν προπετῶς ἐνίοτε ἐκκεῖσθαι μεμφόμεθα πρῶτον Εὐρυφῶντα δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς ὅλης τὴν κάμνουσαν κ. τ. λ.

124. 3. ψυχρᾷ omnino.

P. vs.

124. 6. ἀποβλέπει procul dubio: infinitivus non ferendus.

11. ῥοιᾶς περιψύξας omnino corruptum: περιλέψαι D., quod non plane satisfacit: nempe in corruptela latere puto περιψήξας. Minus recte in superioribus eodem hoc versu ἐντάσσων pro ἐντάσσειν requirit L.; profecto enim ἐντάσσει dandum.

18. Omnino προπίπτει.

20. νῦν οἱ D. pro codd. lect. νῦν ὦ: neutrum verum: id innuit Soranus; οἱ πολλοὶ μὲν τοῖς μὲν εὐώδεσι ἀποσφραίνουσι, ὑποθυμιῶσι δὲ ὑπεναντίως ταῖς ὑστέραις καὶ νῦν, ὡς ζῶον οἰόμενοι τὴν ὑστέραν φεύγειν κ. τ. λ.

ult. Cum L. ὄζει deleo: sed δεήσει etiam abundat: pendet Infinit. ἐγχειρεῖν a verbo ἁρμόσει initio sententiae posito.

125. 3. ἐνδιατάσσειν et δεξιῶς, quod L. desiderat, certum iudico, sed displicet etiam μετεωριζομένων, pro quo malim μετεωριζομένης, vel potius μετεωριζομένῃ i. e. τῆς καμνούσης, vel τῇ καμνούσῃ.

126. 1. ἢ καὶ εἰς ἀφέψημα. Cf. vs. 18.

7. Fortasse ἕως τοῦ τέλους ἐντὸς αἰδοίου.

127. 1. Num supplendum καταβρέχειν θερμῷ ὕδατι κ. τ. λ.?

3. οὕτως ἀπεντάσσειν lego; verbum hoc aptissime quadrare videtur.

15. ἃ ποιεῖ corruptum arbitror: forte ὁποῖον.

128. 5. ἀλόῃ ἢ νίτρῳ συμπάσαντες

P. vs.

128. 7. τὰ γὰρ μετασυγκριτικὰ δεῖ παραλαβεῖν· ἐν δὲ ἀλείμματι, ἢ ὅτε μᾶλλόν ἐστιν ἐπιθέσεις, ἢ ὅτε προπέπτωκεν ἡ μήτρα. — Haec, puto, nemo intelligit: quid si ita legamus: τὰ γὰρ μετασυγκριτικὰ δεῖ παραλαβεῖν ἐν διαλείμματι μᾶλλον ἢ ὅτε ἐστὶν ἐπίτασις, ἢ ὅτε προπέπτωκεν ἡ μήτρα.

10. E codd. lect. dederim εἰ καί τινες: tum vero credo legendum esse: συμβιῶσαι . . . . . τῇ μήτρᾳ προπεπτωκυίᾳ; quid τὴν μήτραν προπεπτωκυῖαν sibi velit, mihi non liquet.

21. ἐντέρου D. vere.

129. 5. συρούμενον in τυρούμενον mutandum.

10. ἢ ᾠῷ ὅλῳ.

14. βεβρεγμένον ὕδατι καὶ λειωθέν.

18. θεράπευε parum recte editur: servandum θεραπεύει ex A.

19. ἢ ante ὑοσκυάμου cum A. omitto.

130. 6. Collatis varr. lectt. legendum puto: μέλιτος, κηροῦ, ὀρνιθείου στέατος, ἀξουγγίας, βουτύρου, ἀνὰ κ. τ. λ.

14. ἕψε μετὰ μέλιτος e P. B.

16. παρύγρου cf. Gal. de Comp. med. sec. gen. VII. 2., de Rem. Simpl. XI. 2.

131. 5. ἀναλαβὼν τερεβινθίνῃ ἐπιτίθει lego.

132. 15. Haec non intelligo, nisi legere liceat: νικηθέντων δὲ τούτων, χειρουργήματι μὲν οὖν τὰ ἄλλα μέρη τοῦ μαστοῦ ἀδεῶς περιαιρείσθω, εἴπερ ὡς σεσηπότα εἴη σώματι. In postremis σώματι, ut aliis locis apud Soranum, ipsam partium substantiam significare mihi videtur.

P. vs.

133. 4. τὸ σφηνοῦν

12. ἐπιτίθει. Cf. L. p. 300.

23. καὶ αὕτη ἡ ἔμπλαστρος ἡ καὶ πρὸς κ. τ. λ.

135. 4. κρισσομένας. — « forte κεκιρσωμένας" L. — Hoc certe p. seq. vs. 15. legitur : possit tamen κεκρισσωμένας servari, me iudice: quin etiam si ad κιθών, πιάζειν, alia apud nostrum obvia attenderes, ne κεκριξωμένας quidem reiiciendum censeres, si forte MSS. darent. Cf. Jungerm. ad Poll. IV. 196., Koen. ad Greg. Cor. p. 435.

14. Requiro τὰ πρὸς τὰς καρκινώδεις ῥηθησόμενα.

136. 5. αἱ ἀνωτάτω διαφοραί. Ita non semel Gal., alii.

137. 1. Numquid in codd. lectione πάντος latet πάντως? Aptius legi puto: ἰχῶρας δὲ ἐκβάλλει πάντως ἰοῦ θηριώδους, quam παντὸς ἰοῦ θηρ.: παντὸς esse debebit παντοίου, quod non vere dicetur.

3. οὗτος sine dubio pro οὕτως.

22. εἶτα πάλιν ἐπιχαράσσων ἅμα καὶ βαθυτομῶν τὸν μαστὸν πάλιν τὰ τετμημένα καίω· καὶ πλειστάκις τοῦτο ποιῶ τέμνων καὶ μετὰ ταῦτα καίων πρὸς ἐποχὴν τῆς αἱμοῤῥαγίας· ἔστι γὰρ οὐκ ἀκίνδυνος ἡ αἱμοῤῥαγία αὕτη κ. τ. λ. Ita legendum esse, satis certo constare mihi videtur.

27. Pro καὶ ὡς procul dubio καίω legendum.

139. 11. ὁ φόρτος. — Otiosa repetitio articuli, quem dele. —

P. vs.

139. 15. *χρῆσθαι· μελίλωτον μετὰ ρ. καὶ θ. ἢ γ. γυναικείου ἐπιτιθέσθω·*

143. 1. *τὸ δὲ στέαρ ἐξυμενίσας καὶ ψύσας ἐν θυΐᾳ τῆκε.* — Pro *ψύσας* A. *κόψας*: vera lectio erit *ψήσας*.

144. 8. Cum cod. A. *καὶ πολλὰ* omitto.

148. 17. Pro *ἂν* vellem *οὖν*. Tum vero, vs. 19. *καὶ πυρὶ* deleo.

149. 1. *τὸ* procul dubio delendum: sed totus hic locus prave scriptus est.

2. Lego: *ἢ εἰς ἀφέψημα τήλεως ἢ μαλάχης, ἢ τοῦ σπέρματος αὐτῶν. Διαπυήσεως δὲ γενομένης, κ. τ. λ.*

7. *ἀνατρέφειν*: forte error typogr. *ἀνατρέπειν.*

12. Forte *ταῖς προςτυπώσεσι σὺν ἐπιδέσει.* Tum vero pergendum: *παραιτεῖσθαι δὲ τὴν ἐν τῇ πρώτῃ παραισθήσει κ. τ. λ.*

14. Lege: *ὡς τοῦ ἀποθηλασμοῦ διὰ τῆς ἐκκρίσεως παρακουφίζοντος τὴν διάτασιν.*

16. *συναίσθησιν* recte L.

23. Lego: *ἢ στυπτηρίᾳ ὑγρᾷ κ. τ. λ.*

150. 6. *ὑποστύφοντα* requiritur.

19. *κατὰ τούτους τοὺς χρόνους* expleo.

27. *εἰ εἰς ἀνατροφήν ἐστιν ἐπιτήδειον ἢ οὐδαμῶς.*

151. 2. Legamus: *αἱ νοσηλεῖαι γὰρ τοῦ σώματος καὶ μάλιστα συναδικοῦσι τὸ κατὰ γαστρὸς, τὰ πρῶτα τῆς ζωῆς αὐτοῦ θεμέλια θραύουσαι.*

7. Pone *ἕβδομον* puncto minori distinguendum.

152. 3. *ἥτις κάτω πτῶσα τὰ ὑγρὰ συνίστησι καὶ ἀπὸ*

P. vs.

τούτου ὁμοιοτρόπως . . . . . . τοῖς πόροις. In his L. πεπτῶσα. D. πώροις. Ille minus recte: deletis iis, quae abundant, lego: ἥτις κατοπτῶσα τὰ ὑγρὰ συνίστησι, ὁμοιοτρόπως τοῖς ἐν τοῖς ἑψημένοις ὕδασι, κατὰ τὰ χαλκεῖα μάλιστα τῶν βαλανείων, εὑρισκομένοις πώροις. — Iam vero illud ἀπὸ τούτου eo referam, unde aberrasse puto: scilicet legere pergo: συνίστανται δὲ καὶ ἀπὸ τούτου ἐν τοῖς νέφροις οἱ λίθοι.

152. 11. προφερεῖς καὶ ἀλεῖοι· καὶ εὐέκκριτοι. Corrupte. Lege: περιφερεῖς καὶ λεῖοι (quod recte L. desideravit), καὶ εὐέκκριτοι.

19. σφηνώσεως vere L.

153. 4. ἐπὶ τὸ γινόμενον μέρος προςκαλεῖται. Sunt haec vitiosa: collato Aëtio Latino scribendum esse patet: ἐπεὶ τὸ τεινόμενον μέρος προςκαλεῖται. Tum vero pone ὀδύνας vs. seq. commate tantum distinguo.

7. κατὰ τὸ πλῆθος τὸ διακείμενον σῶμα. Legamus κατὰ τὸ πλῆθος τὸ διακείμενον κατὰ τὸ σῶμα.

10. εἰ μὲν εἴη. — Quis non corrigat: εἰ μέγας εἴη?

14. κάθαρσις L. vere. Tum vero pro ἡ lege ᾗ.

20. ἀλγηδόνων . . . . . . αὐξανομένων ἐπὶ ψαμμὸν προκεκενωμένοις ἐν τοῖς οὔροις. Cod. B. ἐπὶ ψαμμήν. D. ἐπὶ ψαμμόν. Lege: ἐπὶ ψάμμῃ προκεκενωμένῃ, vel ἐπὶ ψάμμοις προκεκενωμένοις.

21. καὶ ὑδατώδων οὔρων ἐκκριθέντων σημείων παρεπομένων κλύζειν. Puto nonnulla deësse. Fortasse lacunam expleveris legendo: καὶ

P. vs.

ὑδατώδων οὔρων ἐκκριθέντων, καὶ ἑτέρων σημείων παρεπομένων, κλύζειν.

153. 24. καὶ μάλιστα εἴπερ μὴ ἐλήφθη τὸ τῆς φλεβοτομίας, ἢ καθάρσεως βοήθημα. In his dubito num re vera εἴπερ μὴ ἐλήφθη scripserit Soranus. Dedit, puto, εἰ μὴ παρελήφθη.

154. 1. τῶν περιλίθων σωμάτων. Lego: τῶν περὶ τῶν λίθων σωμάτων.

2. ἐκτακέντος αὐτοῦ στέατος vitiosum esse arbitror. Lego: ἀνήθινον καὶ ἔλαιον, ἐντακέντος αὐτῷ στέατος προσφάτου ὄρνιθος καὶ μάλιστα χηνὸς καὶ φασιανοῦ, ἢ βουτύρου.

10. Haec certe perspicuam reddent sententiam: καὶ πυριάματα δὲ τοῖς τόποις προςαγόμενα ὠφελοῦσι τὰ διὰ πιτύρων, ἡψημένων ἐν τοῖς προῤῥηθεῖσιν ἀφεψήμασι καὶ μετὰ τὰς πυρίας κατάπλασμα δι' ἀλεύρων κ. τ. λ.

16. σεσησμένην desidero: σεσημένην a σήθω num recte formetur dubito: sed possis forte a σάειν, quod Herodotus habet (I. 200.), σέσημαι ducere.

19. Forte ἡψημένων ἐν γλυκεῖ· καταπλάσσειν δὲ ὁ.

22. περὶ χροῒ γενέσθαι τὸν τύπον. Fateor me haec non intelligere.

24. ἐπιθεμένων medium pro passivo.

155. 8. οὐρασκολίας. Haec latent, puto, in corruptis illis: παχέα δὲ ἄγει οὖρα σκύλλης (s. σκίλλης) ῥίζης ἀφέψημα. Mox velim ἐρυθροδανοῦ.

10. τοῖς δυναμένοις σκοράμου vitiose. Illud τοῖς δυναμένοις quid sibi velit non intelligo. Forte

P. vs.

voluit *ἐπεγείρει δὲ τῷ ἐρεθισμῷ πρὸς ἔκκρισιν τοὺς οὐρεῖν μὴ δυναμένους*: forte *τοῖς δυναμένοις* delendum. Certius affirmare audeo in *σκοράμου* latere nomen *σκολύμου*. Facile *σκολύμου* in *σκορύμου*, *σκοράμου* abire potuit; plantae certe virtutes ita congruunt, ut vix dubitationi locus supersit. Conf. Diosc. III. 14.

155. 12. Punctum dele: sed vs. seq. pone *ἀφεψήματος* distingue. Ecquid pro *βουβωνίας* legendum *βουνίου*? Cf. Diosc. IV. 122.

14. *πευκεδανοῦ ῥίζα*, *βρυωνία* vellem.

16. *ἰσίδιον*. D. *ἰσάτιον*. Coniicio *ἰσατίδιον*. Potius credo litteras excidisse, quam ita permutatas esse.

17. *μυρσίνης ῥίζα* certe.

18. *δαμασκηνίου* D. *δαμασονίου* B. vulgo *δαμασωνίου*, quod dandum. Cf. Diosc. III. 159.

19. *τηκόλιθος*. Cf. Paul. Aeg. VII. p. 245. vs. 36.

20. Legendum arbitror: *τῆς φιλανθρώπου ἀκανθίου λεγομένης σπέρμα*. Cf. Diosc. III. 94. in Aparine.

22. *παρεοικὸς λιθοσπέρματι* vellem.

23. Vellem *ὕελος κεκομμένος λεῖος*, *ἀλθαίας σπ.*

156. 1. *κοκκυμηλέας κόκκοι*, *ὁ ἐκ τῶν σπόγγων λίθος κ. τ. λ.*

4. *λίθων θρυπτά*. Requiro *λίθων θρυπτικά*. Cf. vs. 6. et p. 159. vs. 5. Porro: *ὑποτάξομεν*.

6. *τότε διδόναι*.

10. *εἰ δὲ ἐστερημένος εἴη ὁ λίθος*. Aut ego fallor, aut *ἐστηριγμένος* scripsit Soranus.

P. vs.

156. 12. Sunt h. l. multa prave scripta, non sine audaciori mutatione sanum sensum referentia: possis forte haec ad hunc modum accipere: *ταῖς πυρίαις δὲ καὶ καταπλάσμασι χρηστέον, ὡς μὴ πιέζωνται ὑπὸ τῶν ὀδυνῶν, καὶ αἱ σικύαι δὲ χρησίμως ἐπ' αὐτῶν παραλαμβάνονται καὶ μάλιστά γε αἱ σφοδραὶ τιθέμεναι, φλεγμονῆς δὲ δῆλον ὅτι μὴ ὑποκειμένης· κινοῦσι γὰρ κ. τ. λ.*

16. *ἀποκοπὴν ἐξαιφνίδιον* malim.

20. *κατὰ τὴν τῶν οὐρητήρων θέσιν.* Ita lego: nam *τὴν οὐρητικῶν* non intelligo.

157. 3. *ἐξώσθησαν.* An *ἐξεώσθησαν*? an vero hoc quoque paucis Ionismis in nostro obviis accensendum? In Herodoto, Aretaeo aeque minus firmiter adhaeret augmentum. Tum vero *οἱ ἐσφηνωμένοι ἐν αὐτοῖς λίθοι* scribe.

12. *γιγνομένου* in Acc. plur. mutatum cupit L. — Equidem delere maluerim.

13. *κἄπειτα διασείειν πολυειδῶς, καὶ ἐκπεσεῖν τοῦ πόρου τῆς κύστεως τὸν λίθον ἐπιτεχνωμένους δεῖ κελεύειν οὐρεῖν προθυμῶς κ. τ. λ.* Ita forte legendum.

17. Pone *πολλάκις* commate tantum distinguendum.

20. *ἐν τῇ εὐρυχωρίᾳ τῆς κύστεως γιγνόμενον. Ἦν δὲ ἐκτὸς τῆς κύστεως μὲν ἐκπέσῃ ὁ λίθος, κατὰ μέσον δὲ στηριχθῇ τὸν πόρον τοῦ αἰδοίου, καὶ τιτρώσκων ἑλκώσεως κίνδυνον ἐπιφέρῃ, ἀφεψήματος κ. τ. λ.* — Ita quidem haec legi posse videntur.

P. vs

158. 11. ὡς τὰ ἕλκη τὰ διὰ τὸν ἐκ τῶν λίθων γενόμενον σκυλμὸν ἐν τοῖς τόποις ἰᾶσθαι, vel θεραπεύεσθαι. Ita haec lego: Infinitivum alterutrum, vel alium his similem aegre desidero.

159. 4. δικτάμνου.

6. Lego: Χρὴ δὲ τὸ ὕδωρ κατὰ πᾶσαν τὴν δίαιταν —

7. ὕδωρ... διηθισμένον. — Aut insigniter fallor, aut διηθημένον legere oportet. Tum etiam scribendum videtur Accusativo: τὸν οἶνον λεπτὸν καὶ λευκὸν καὶ διουρητικόν.

10. νίτρον δὲ ὑπτίῳ καὶ τρυγίαν οἴνου. Corrupta haec. — Legendum iudico νίτρῳ Αἰγυπτίῳ καὶ τρυγίᾳ οἴνου. Nitri Aegyptii mentio fit apud Hipp. Epid. II. sub finem libri p. 467. Ed. Kühn. — Vid. Herod. II. 87.

11. σταφίδος ἀγρίας, ἀδάρκου. Sic lego: tum vero puto h. l. quantitatis significationem abesse: vel θείου ἀπύρου etiam Genitivo legendum.

12. Pone ἐλαίῳ puncto minori distinguo.

16. ἀμαρακίνου. Prima huius vocabuli littera absorpta videtur a numero praecedente α'.

22. ποιεῖ δὲ ἐν κωλικοῖς καὶ ἰσχιαδικοῖς. Vel usitatiori modo: ποιεῖ δὲ πρὸς κωλικοὺς καὶ ἰσχιαδικούς.

160. 1. Legamus: καὶ θαυμάσεις φησὶν ὁ Ἀσκληπιάδης. — Δίαιτα Φιλαγρίου, ἐφ' ὧν λιθῶσι μὲν οἱ νεφροὶ, ἡ δὲ τοῦ σώματος ἕξις ἰσχνὴ, μοχθηρὰ δὲ κατασκευὴ σώματος κ. τ. λ. — Ita quidem haec pessime perturbata ad pristinum

P. vs.

ordinem revocasse mihi visus sum: est inscriptio eorum, quae sequuntur.

160. 5. Malim: *Ἡ δὲ τοῦ παντὸς σώματος φύσις εἰ ἰσχνὴ τετύχηκεν οὖσα, χρ.* —

14. *δι' εὐφορβίου καὶ ἀδάρκου* procul dubio.

15. *προςανέβαινεν.*

161. 7. Pro *ἀπολαμβάνειν* requiri puto *ἐπιλαμβάνειν.*

14. Lego: *εἰ καὶ τὸ κλαίειν αὐτὸ δυςαιώνιστόν ἐστιν· ἀπὸ δὲ τούτου τὸ γεννηθὲν ἄρχεται τοῦ ζῆν. Ὅπως οὖν μήτε διαπριζομένου τοῦ σώματος, μήτε περιθλωμένου, συμπάθεια γένηται καὶ διαγανάκτησις ἀμείνων ἀδεισιδαιμόνως σμιλίῳ μᾶλλον τὸν ὀμφαλὸν κόπτειν, εἶτα τὸ κ. τ. λ.*

22. *ὡς ἐρίῳ.* Malim *ἢ ἐρίῳ.*

162. 13. *οἱ πολλοὶ τῶν βαρβάρων* vellem.

16. Nisi scribendum, certe accipiendum: *καὶ τοῦ μὴ φέρον τὴν ψῦξιν . . . . . . ἀπολέσθαι.*

22. *ἧς ἀμέτοχον ἢ τὸ γεννηθὲν πάντα βλάπτειν.* Sunt haec valde corrupta. Legamus: *ἧς εἰ μέτοχον ἦν τὸ γεννηθὲν, πάντα βλάπτει.*

26. Locum, quemadmodum legendum censeo, describam: *μὴ βλαβέντα δ' οὖν ἠδύνατο καὶ τὰ δυςπαθέστερα βελτίω τὴν ἀνατροφὴν ἕξειν μηδὲ ὅλως ἀδικούμενα, κἂν ᾖ δὲ χρεία ψύξεως κ. τ. λ.*

ult. *κλαυθμυρίζει.* Infinitivus h. l. constare nequit.

163. 1. *διὰ τὸ μὴ ἀπὸ κ. τ. λ.* — Negatio ferri nequit. Pro *μὴ* lege *μέν.*

P. vs.

163. 5. *τὸ οὖρον ὅ, τι δυςῶδες.* Forte error typogr.: — lege *τὸ οὖρον, ὅτι δυςῶδες.*

7. *ἀπὸ στύψεως ἀποσμ.* Parum recte: scribe *μετὰ στύψεως ἀποσμηχόντων.*

10. *διόπερ τοῦ ἁλισμοῦ ὁ τρόπος οὗτος ἂν παραλαμβάνοιτο.* Nempe *ἀποτελεῖσθαι,* e versu superiori perperam h. l. invectum, *παραλαμβάνοιτο*, quod in eius locum substitui, extrusisse videtur.

21. *μέλιτι δεῖν.* Fortasse *τοὺς ἅλας σὺν μέλιτι δὴ ἀνακόψαι, ἢ ἐλαίῳ, ἢ χυλῷ πτισάνης. κ. τ. λ.*

164. 3. Lego: *σμῆξαι γὰρ ἀγαθὸν ἀπὸ τούτων τὸ παχύτατον ἐν αὐταῖς ὑγρόν.*

24. Fortasse: *κηρίας δεῖ ἐκβαλλομένης.*

165. 1. Vellem: *καὶ τοῦτο ῥυθμίζειν, καὶ εἰς τὸ κατὰ φύσιν μετάγειν σχῆμα, εἰ δέ τι παραθλιβὲν κ. τ. λ.*

19. *ἵνα μὴ ἃ μὲν μᾶλλον θλίβωσιν* desidero.

21. *οἱ πλατεῖς δὲ οὐ πιέζουσιν.*

25. *καὶ τὴν ἐπίλυσιν ἐς κυκλίον ἀγέτω.* Nisi insigniter fallor: *καὶ τὴν ἐπείλησιν ἐς κυκλίον ἀγέτω.* Cf. p. 166, vs. 3.

166. 3. *περιειλείτω τῷ πλατυτέρῳ τῶν τελαμώνων, ὁμαλῶς μὲν ἐπὶ ἀῤῥένων πιέζουσα τὴν αἰδῶ.*

7. *ἀπρεπέστερον γάρ ἐστιν ἐπὶ γυναικῶν τοῦτο τὸ σχῆμα.* Hoc dicere nequaquam potuit Soranus: tu lege *εὐπρεπέστερον.*

10. Recte vidit D. in hisce nonnulla deësse: ego distinguo pone *ἑλκώσεως*, tum pergo: *καὶ γὰρ καὶ τρυφερῶν ἀκμὴν ἔτι τῶν σωμάτων παρα–*

P. vs.

θέσεις τῇ πυρώσει ταχέως ἑλκοποιοῦσι. ἔπειτα δὲ καὶ τὰς περιειλήσεις κ. τ. λ.

166. 21. ἔκστασιν. Immo ἔκτασιν. Mox παχυντικαί.

23. ἀγγύλας. Immo ἀγκύλας i. e. ἀγκυλώσεις.

24. Pro πρός τό requiro πρόσθεν.

ult. διατίθεται: infinitivus minus placet.

167. 18. οὐδὲ γὰρ, ὡς ἐπαχθὲς, τῷ ἐρίῳ . . . malim quam τὸ ἐρίῳ . . . περιλαβεῖν, ut voluit D.

168. 1. Num forte σὺν τῷ, καὶ εἰ τοῦτο εὐπρεπές ἐστι τὸ σχῆμα, διὰ τῆς περὶ τὰ λουτρὰ πλάσεως ἀκινδύνως αὐτοῖς καὶ ἀσυμπαθῶς ἀποδοθήσεσθαι κατὰ τρυφεροῦ τινος· συμμέτρως οὖν κατακλινέσθω μὴ λίαν λαπαρῶς τε πάλιν διὰ τὸ τῇ πολλῇ συννεύσει διαστρέφεσθαι τὴν ῥάχιν, ἢ τὸν τράχηλον.?

9. Pro τίθεσθαι requiro δύνασθαι.

21. Hic quoque nihil intelligo.

26. μετὰ μέντοι τὴν ἀπὸ τῆς σπαργανώσεως κατάκλισιν ἐᾶν τὸ βρέφος ἠρεμεῖν, καὶ κ. τ. λ.

169. 8. κακοστόμαχον, ὥςτε ἀδικεῖν.

10. δριμύτερον γὰρ τοῦτο καὶ ταρακτικόν.

22. Ni fallor haec ita legere oportet: εὐοδίᾳ δὲ καὶ ἀνακαθάρσει τῶν πόρων ἡ ἀνάδοσις ἑτοιμάζεται, καὶ οὕτω τρέφεται ἡ σύγκρισις.

170. 9. συντάσσειν ἄτοπόν ἐστιν.

10. Διὸ καὶ Δημοσθενῇ ἐπιμεμπτέον κελεύοντα κ. τ λ. Vide infra, ubi de auctoribus citatis a Sorano exponam.

11. Seqq. ad hunc modum reficienda esse existimo: ὡς διὰ τοῦτο καὶ τῆς φύσεως τὸ γάλα

P. vs.

ποιησάσης πρότερον ἐν οἰκονομήσεσιν, ὡς καὶ τὴν τροφὴν εὐθέως τὸ βρέφος ἔχειν. μεμπτέον δὲ καὶ τοὺς ἀποδεξαμένους αὐτὸν ἐπὶ τούτων· καθάπερ κ. τ. λ.

170. 16. εἰ δὲ μὴ εὐπόρως vellem.

18. ἢ καὶ τὸ ἀγγεῖον αὐτῶν. D. τῷ ἀγγείῳ αὐτοῦ. Neutrum verum. Lege: ἢ καὶ τὸ αἴγειον αὐτῷ γάλα συμπλεκτέον.

20. προεκμυζηθέντος recte D.

171. 3. Sunt haec levi emendatione redintegranda: καὶ φυσικώτερον ὡς πρὸ τῆς ἀποτέξεως, οὕτω καὶ μετὰ τὴν ἀπότεξιν ἀπὸ τῆς μητρὸς τρέφεσθαι. — Ne quis ἀπὸ tentet ita ut ὑπὸ substituat.

7. ἄρουρα cum L. supplendum censeo.

10. Lego εἶτα καὶ προςγηράσασα καὶ μίαν προςφερομένη τροφὴν τὸ ἀπουσιαζόμενον κ. τ. λ.

15. ἀναπαυσαμένη καὶ τοῦ ὑπάρχειν κ. τ. λ.

172. 9. Lego: μὴ πρεςβυτέραν δὲ, διὰ γὰρ τὴν ἀτονίαν τοῦ σώματος ὑδαρὲς γεννῶσι τὸ γάλα· ταῖς δὲ ἀκμαζούσαις συνευτονεῖ κ. τ. λ.

15. ῥακωοῖσαι. Nisi ῥακόω transitivum esset, crederem ῥακοῖσαι, dedisse Soranum. Nunc ῥακώδεις verum esse videtur.

18. διὰ τῆς γῆς φαύλης ῥέον ὕδωρ. —

173. 10. ὑπολαμβάνουσι τοὺς τοιούτους ὀλιγότερον πολλάκις ἔχειν τὸ γάλα. Ita quidem lacuna expleri posse videtur.

15. καταπεπλεγμένοι.

P. vs.

173. 17. *καταπεπλεγμένοι τοῖς αἰτίοις*. L. *σιτίοις*: non consentio: lego *ἀγγείοις*.

19. *ὑδαρεῖς*. Immo *ὑδαρές*.

174. 1. *γενοπόροι*. Facilis est emendatio *στενόποροι*.

4. Lege: *ὅσον ἐσπούδακεν ἐπισπάσασθαι· οἱ δὲ ἄγαν στραγγώδεις κίνδυνον ἐπάγουσι πνιγμοῦ κ. τ. λ.*

175. 8. Pro *δὲ* requiro *δεῖ*.

12. *ἀγρυπνῇ τε διὰ τοὺς ὀδαξησμοὺς καὶ τὴν ὕστερον ἕλκωσιν ὑπομένῃ*. Ita forte legendum.

24 *καὶ διὰ τοῦτο πάντως οὐχὶ ἢ τὸ ἄῤῥεν κ. τ. λ.*

176. 10. *τοῦ φαύλου σημεῖον οὐκ ἂν γένοιτο*.

12. Vellem *ἐνδέχεται γὰρ τὸ γάλα κ. τ. λ.* —

25 *ἢ ὀξίζον εἶναι* omnino.

177. 3. *ταγῶδες*. L. *τρυγῶδες*. Vera lectio erit *παγῶδες*. Tum vero vs. seq. punctum dele.

11. Desidero *γὰρ* in verbis: *τὸ μὲν* [*γὰρ*] *εὐθέως ἀποῤῥέον, ὑδαρές*.

19. Vellem *τοῦτο γὰρ καὶ ἄπεπτον*.

178. 3. *πνεύματος οὖν πλείονος*?

10. *Ζητεῖται* omnino dandum: infinitivus non quadrat.

19. *αὐτὸ* cum D. lego.

179. 1. *ἕλκον μὲν* maxime probo: vs. seq. vellem: *οὐχ εὕρισκον δ' ἐκπληρῶσαι*.

6. *οὐ μὴν τοῖς βαρυτέροις καὶ ἀθλητικοῖς· ἐπιπονώτερα γὰρ ἢ κ. τ. λ.* — Sic haec constituenda arbitror.

16. *μετὰ ταῦτα δὲ καὶ ἐπὶ τὴν δι' ὑποζυγίων αἰώραν*.

22. *ταῖς δὲ πενιχροτέραις τὸ ἐρέσσειν, ἢ καὶ ἀνι-*

P. vs.

μᾶν κάδον καταπεσεῖν καὶ ἀλήθειν καὶ σιτοποιεῖν καὶ στρωννύναι κοίτην. In his pro καταπεσεῖν D. καταπέσσειν. Non consentio: lego καὶ τὸ πτίσσειν καὶ ἀλήθειν κ. τ. λ.

180. 17. κακοστόμαχα γὰρ καὶ δυςδιοίκητα.

21. Quid in corrupto ὠλιθάτους lateat non certum mihi. Λαμβάνειν δὲ καθαρὸν ἄρτον πεπονημένον τε καὶ ζυμίτην ἀπὸ σιτανίων (lege σητανίων) γεγονότα πυρῶν, ὠλιθάτους, ἐγκέφαλον κιχλῶν, νεοσσοὺς περιστερῶν κ. τ. λ. — Fortasse ortum ex ὠῶν λεκίθους.

181. 4. πεφθήσεται. —

10. πολύ τι λιπαρώτερον.

13. τοιοῦτον. Immo τοιούτου.

182. 1. Aut ego fallor, aut hac ratione haec restitueris: διὸ καὶ τὸ μὲν τῶν αἰγῶν ἀστομώτερόν ἐστι καὶ παραστῦφον, ἐπεὶ —— τὸ δὲ τῶν προβάτων εὐστομώτερον καὶ γλυκίον, ὅτι —— κ. τ. λ.

5. ἄχρι μὲν τεσσαράκοντα ἡμερῶν.

7. Numquid παρὰ μίαν καὶ δευτέραν ἡμέραν.

11. ἀλλ' ἅπαξ μὲν τὸ πρῶτον.

15. ὑπὸ τοῦ πεποιωμένου τῷ οἴνῳ —— γάλακτος.

17. φέρειν οὐ πεφυκός. μηδὲ ἀπορήσῃ τις, πῶς οὖν κ. τ. λ. Ita magnam partem L. secutus legere malim.

183. 12. Haec ad hunc modum restitui posse arbitror: ἢ λεπτυνομένου, ἢ παχυνομένου παραδοτέον τὸ βρέφος ἄλλῃ· καλὸν μὲν γὰρ ἑτέρας τιτθῆς γάλα διδόναι· μὴ ἐπιτρεπούσης δὲ τῆς περι-

P. vs.

στάσεως, τὴν παροῦσαν δίαιταν οὕτω κατασκευάζειν, ὡς μὴ νόσῳ περιπεσεῖν τὸ βρέφος.

183. 18. Malim ἢ εἴ δι' ὅλου τοῦ σώματος ἀτροφίαν κ. —

184. 9. Forte τοῖς διὰ γάλακτος λεγομένοις.

15. τοῖς εὐτονωτέροις γυμνασίοις τὰ σώματα δεῖ καταπυκνοῦν.

18. ὡς deletum cupio.

185. 3. ὃν deletum velim.

15. διὰ τῆς ἐξαντλήσεως. Me iudice ἐπαντλήσεως scripsit Soranus.

17. ἐκκλύσεως. Legendum esse ἐκλύσεως seqq. docent.

22. ὅθεν καθ' ἡμέραν μὲν αὐτὸ δεῖ λούειν procul dubio.

24. ὅταν ἐπὶ γῆν τι μολυνόμενον ἐπὶ πλεῖον. — Pro corruptis ἐπὶ γῆν τι D. voluit ἐπιφαίνηται, quod h. l. parum adaptatum. Vera, puto, emendatio erit: ὅταν ἐπείγῃ τι μολυνόμενον ἐπὶ πλεῖον, ἢ ἐξανθήμασιν τραχυνόμενον.

186. 10. Fortasse hoc voluit Soranus: παρεπιχέειν δέ τινα κατὰ λόγον ἁρμόσει ὕδωρ θερμὸν, καὶ ἐπιψύχεσθαι ἐᾷν ὀλίγον τὸ πρῶτον, καὶ καταντλεῖν μέχρις ἂν εὐανθὲς γένηται τὸ σῶμα.

18. Pro ἐκκείμενα lego ἐγκείμενα.

26. διάστασιν. Ni fallor διάτασιν. Mox ῥίχιν.

187. 4. ὥστε τὸ λ. — Dele τό.

6. ἀποστάσεως. Lege ἀποτάσεως. Similiterque infra vs. 18. Cf. p. seq. vs. 18.

15. Pro ἐνθλίβεται velim ἐκθλίβεται.

21. ζυγούτω L. vehementer placet: tum vero eodem

P. vs.

versu velim: *καὶ κατὰ τὴν ἀνάτριψιν.*

187. 23. Numquid *διορθουμένη αὐτὸ ἐκ πτερνῶν*? Nonne etiam supra vs. 22. *τῶν πτερνῶν* legendum pro *τῶν στέρνων*?

25. Requiri puto: *ἐπ' εὐθείας γε κατὰ περισπασμόν.* —

188. 1. Legamus: *ἕως ἰνίου κατ' ἀπότασιν θλίβειν, ἐπικοιλαίνειν τ' αὐτὴν ἀπὸ τραχήλου ἕως ἱεροῦ ὀστέου κατ' εὐθεῖαν, ἵνα μετὰ τοῦ εὐπρεποῦς κ. τ. λ.*

6. *εὐτρεπίας.* — Lege *εὐπρεπείας.*

10. *δυςεξώβωτα.* Corruptum sane vocabulum, in quo latet compositum ductum ab *ὑβόω*: forte *δυςεξύβωτα*, forte etiam *διςεξύβωτα.*

13. *ἐξ ἀντιθέτων.*

189. 2. *περιστερὸν ὄν.* — Legendum pro hisce: *περὶ στέρνον.*

4. *παραμβανόντων.* L. *παραβαινόντων.* — Malim *καθάπερ ἐπὶ τῶν παρεμβαινόντων εἴωθε γίνεσθαι μετὰ ποσῆς ἐκστάσεως.*

7. *διασαλευέτω δὲ καὶ τὰς ἐπιγονατίδας, ἵνα μὴ δυςκίνητοι τῇ συμβολῇ τῶν κώλων καθιοῦνται.* In his postremum verbum sanum non est: non certus sum de vera emendatione; fortasse *καθενῶνται*, fortasse *κατεθίζωνται* scripsit Soranus.

13. *περιπλαττέτω καὶ τὸν μυκτῆρα, διεγείρουσα μὲν αὐτὸν ἐπὶ σιμῶν, θλίβουσα δὲ ἐπὶ γρυπῶν, — προςαναστέλλουσα, ἐφ' ὧν τὸ γρυπὸν, οὐ κατὰ μετεωρισμὸν ἐπὶ τοῦ ὑψώματος, κατὰ προπέτειαν δὲ τῶν περὶ τὸ σφαιρίον ἄκρων

P. vs.

ἐπισπωμένη ἀνεσταλμένα τὰ πτερυγώματα τῶν ῥινῶν. Locus haud ita facilis intellectu, quem emendatum, (sic certe mihi videtur,) descripsi. — Pone ἐπισπωμένη delevi δὲ et e cod. lectione σφερὸν, pro qua e D. coniectura πτερὸν illatum est, effeci σφαιρίον: ita enim ima pars nasi prominens audit apud Rufum Ephes. p. 47., et Polluc. II. 80.: τὸ δὲ ἀκροῤῥίνιον ὅλον σφαιρίον. Liceat Latine sententiae vim explicare: « Etiam nasum in debitam effingat formam, attollens illum in simum habentibus, deprimens contra in iis, qui sint adunco — et in his quidem non reprimens nasum qua parte prominentia maxime prostet, verum adducens ad extremam partem deorsum tendentem narium alas sursum retractas."

190. 6. Pro οὔτως lege οὗτος.

9. ἐπιτυγχάνοντας. Immo ἔτι τυγχάνοντας.

15. Pro νηπίων et τελείων praefero Dativum νηπίῳ — τελείῳ. In versu vero superiori magnopere arridet Dietzii emendatio.

17. Videndum num forte hac ratione corrupta restituere liceat: καὶ αὐτὴ ἡ γαλουχοῦσα, εἴπερ ἀπὸ βαλανείου τυγχάνει, διαστήσασα τὸ αὔταρκες προλαμβανέτω πρότερον ὑδάτιον.

20. ἐπιβλαβὲς velim.

191. 13. μὴ ante μετὰ deletum cupio.

17. καὶ εἰς τὸ μὴ κακοπαθεῖν κ. τ. λ.

19. Vellem: περιπατείτω· καὶ διατριψαμένη καὶ σαλεύουσα τοὺς μαστοὺς, οὕτω τὸ γάλα ..... παρεχέτω.

P. Vs.

191. 23. Pro *αὐτά* velim *αὐτό*.

24. Pone *κοίτης* commate distinguo.

192. 8. *κἂν ἐνίοτε σπουδάζῃ τὸ βρέφος ἔχειν, ἡ σκάφη κ. τ. λ.*

16. *πλησμόνως τε.* Vera lectio erit: *πλησμονῶδες ὥςτε.*

ult. *τὴν θηλὴν δὴ ἐν τῷ στόματι καταλιπεῖν.*

193. 8. *πρός τε τῇ διατάσει διευρυνομένων τῶν πόρων.* Nempe *πρὸς* adverbii vice fungitur.

10. *πλὴν οὐχ ἕως πλείονος· ἀλλ' ἀνετέον αὐτόν· καὶ γὰρ κ. τ. λ. Αὐτόν*: nempe *τὸν κλαυθμὸν*, ita certe mihi videtur.

18. Quid si ita hunc locum refingamus: *ἢ διὰ δυςαρέστησιν, ἢ δι' ἄλλο τι ὁποῖον δὴ πέφυκεν· ὧν ἕκαστον, ἐφ' ὅσον ἐνδέχεται, σημειοῦσθαι, ὥςτε κ. τ. λ.*

22. *γνωρίσομεν.*

28. *ῥυγιάζεσθαι.* — L. *ῥιπτάζεσθαι.* Non consentio: *ἐρυγιάζεσθαι* scriptum fuisse suspicor. Apte coniunguntur *διὰ τοῦ ἀσᾶσθαι καὶ ἐρυγιάζεσθαι*: tum vero *ε* initio huius verbi praecedente *καὶ* facile interire potuit. Est quidem Lexx., quibus utor, *ἐρυγιάζεσθαι* ignotum, sed nihil in hac forma deprehendo, cur eam reiiciam. Ducendam existimo ab *ἐρυγή*, unde *ἐρυγάω, ἐρυγιάω, ἐρυγιάζω* recte effeceris.

194. 10. Ante *δυςαρέστησιν* cum D. suppleo *διά*.

12. *ἐπὶ μηδεμίᾳ τ. ἐ. ἐ. ἀ.* —

15. Vellem: *εἴ τις αὐτοῦ δακτύλῳ παράψαιτο.*

18. *καὶ εἴ τι ἐπιπολὺ κ. τ. λ.*

19. *καὶ τὸ ὑποχόνδριον καθεῖτο* forte.

P. vs.

194. ult. ἐξερᾷ lego. De ἐρᾷν Lob. ad Phryn. p 64. Nempe proba forma et satis usitata, de qua dubitare dixeris editorem adnotantem: « sic ex schedis"!

195. 5. Pro ὡς οἱ requiri puto οὓς οἱ.

17. Nonne ἀλλ' ἢ μετὰ τὸ αὐτὴν ἀναδοθῆναι legendum?

19. καὶ διὰ τῆς αἰώρας κίνησις ἐπιτηδευέσθω.

196. 2. κρυψορχαῖοι. — Magis usitatum est κρυψορχίδες. Illud in Lexx. adnotatum non video. In seqq. lego: Δεῖ δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν κατὰ πρόβασιν τῶν χρόνων κ. τ. λ.

6. ἢ ὁ π ο σ α ς ο ῦ ν, τοῦ ὀμφαλοῦ κατὰ μ α ρ α σ μ ὸ ν ἀποπεσόντος κ. τ. λ. Haec certa mihi visa est emendatio corruptorum ὁπωςοῦν et καταμερασμόν. Non placet κατὰ μερισμὸν L. —

8. καὶ ante κατὰ delendum.

23. τότε δὲ παρεκλύειν vellem.

ult. τοῦτο δὲ ἐφ' ὧν μὲν διὰ κ. τ. λ. requiro.

197. 4. πρῶτον μὲν οὖν μίαν desidero.

6. προεκλύειν.

8. τῷ βραδίον lege.

198. 24. κατὰ πρόβασιν.

199. 8. Διὸ καὶ αἱ προπετέστεραι μετὰ τὴν κ. τ. λ. et pone βαρυνόμεναι vs. 11. subiunxerim ἁμαρτάνουσι.

15. ἀλλὰ καί τινος νόσου γινομένης lego.

24. δυςδιοίκητος γὰρ ἡ τροφή.

ult. Pro ναστῶν scribe μαστῶν.

200. 3. Malim βλαβεροί.

P. vs.

200. 12. *γὰρ* delendum.

21. Vellem: *διὰ τὸ κακοῦσθαι ὑπὸ τῶν φαρμάκων, ὡς τὸν στόμαχόν ποτε πάσχειν.* Nimirum pone Gen. plur. *φαρμάκων* facilius *ὡς* quam *καὶ* omitti potuisse videtur.

201. 22. Pro *κενότης* lege: *καινότης.*

202. 7. Hunc locum a Sorano ita scriptum fuisse arbitror: *καὶ ὁ λάγειος δὲ ἐγκέφαλος ὡςαύτως τῷ τῆς ἀντιπαθείας λόγῳ ποιεῖ τότε πρὸς ἀνιῶντα* (ita cum L. lego pro *ἀνιέντα* in MS.) *οὖλα.*

16. Numquid *περιλείπει τοῖς ὀδοῦσι*?

20. *χρῆσθαι δὲ τρυφερῶν ἐρίων καὶ καθαρῶν ἐπιβολῇ τραχήλου καὶ κεφαλῆς κ. τ. λ.* Illud *τραχήλου* sine praepositione aliqua adposita me offendit: vellem *ἐπὶ τραχήλου.*

ult. *καὶ τὸ λουτρὸν, ἐὰν μείζων ἡ συμπαθεία τυγχάνῃ, παραιτεῖσθαι. Δεῖ δὲ καὶ τὴν κ. τ. λ.*

203. 5. *ὑπομένῃ* ferri nequit, cod. lectio *ὑπομένει* certo certius servanda.

13. *ἐπὶ κεφαλὴν σχηματίζουσι τὸ βρέφος μεταξὺ θύρας καὶ τῷ βρέγματι προςάπτονται τοῖς τῆς γῆς ποσὶν ὀδοῦ, καὶ τοῦτο ποιοῦσιν ἑπτάκις.* — In his *τοῖς τῆς γῆς ποσὶν ὀδοῦ* corrupta sunt et a nemine intelliguntur: sed puto salva fore, si legamus *προςάπτονται τοῖς τῆς στέγης ποσὶν ἐφ' ὀδοῦ.* Est enim *ὀδὸς*, Ionice *οὐδὸς*, *limen: οἱ πόδες τῆς στέγης* erunt ligna ad perpendiculum erecta tectum sustentantia, *de stijlen* nobis, et h. l. quum liminis mentio simul fiat, *de posten van de deur.* Quo sensu hoc vocabulum legere me non memini.

P. vs.

203. 18. Haec hoc ordine lego: *διὰ δὲ τὴν δριμύτητα καὶ πληκτικὴν ἀποφορὰν καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων τὸ κύμινον τῆς κεφαλῆς ἐστι συμπληρωτικόν.*

204. 1. *τῇ ἀνθηρᾷ, ἡλίῳ.* Cf. Theoph. Nonnum I. pag. 350. Num forte *ἠλαίῳ*? cf. Leonis Synopsis lib. V. cap. 1.

2. *μυρίνης.* Lege: *μυρσίνης.*

5. Lego: *ἤ τινι ἄλλῳ στυπτικῷ χυλῷ ἑνωθέντο μετὰ μέλιτος.*

14. *ἀποσπωμενῶν γὰρ τῶν ἐσχαρῶν* lego.

17. *πρὸς δὲ τοὺς ὀδαξησμοὺς τοῦ σώματος πυρία χρησιμεύει σὺν ἀφθόνῳ ἀλείμματι.*

20. *ὡς τοῖς σώμασιν ἐπιμένειν ἕως πλείονος.*

22. *τὴν ἀκμήν.* Monetne pustulas eiusmodi acu v. c. non esse aperiendas.?

205. 1. Malim *ἀρνογλώσσῳ μετ' ἄρτου, ἢ σέρι, ἢ πάλῃ κ. τ. λ.* — Seqq. etiam, quominus haec Accusativo efferantur, prohibent.

8. *δι' ὑδρελαίου θερμοῦ λουομεν μετ' ἀφεψήματος κ. τ. λ.*

18. *ἀναπληροῦμεν τὰ ποικίλα.* Num id re vera scripsit Soranus? an vero *τὰ κοῖλα?* Illud parum placet.

25. Ecquid *ὡς μήτε ἐμπιπλᾶν*?

206. 18. *ἐλίγμασι.* — scribe *ἐκλείγμασι.*

19. Illud *παραδίδουσιν* litura sanandum.

207. 10. *διώραν.* Immo *αἰώραν.*

19. *καθὼς γὰρ αἱ σύες ἀεσασφαγοῦσαι.* D. « *ἀθέρας*, vel *κέρας φαγοῦσαι.*" Neutrum satisfacit: veram esse puto emendationem *αἴρας φαγοῦσαι.*

208. 1. *Διὸ καὶ τοὐναντίον ἀδιαχώρητον μένει μέχρι*

P. vs.

πλείονος, εἰ τῇ τροφῷ δίδομεν τὰ μαλάσσοντα τὴν κοιλίαν. — In his εἰ ante τῇ τροφῷ de coniectura D. invectum; quo facto haec constare nequeunt, quum res, ita proposita, vera non sit, nec cum praegressis verba congruant. Legamus: διὸ καὶ τοὐναντίον, εἰ ἀδιαχώρητον μένει μέχρι πλείονος, τῇ τροφῷ δίδομεν τὰ μαλάσσοντα τὴν κοιλίαν.

208. 3. ἢ deleo: tum τρέφεται lego.

8. ἅπερ ἐκ τῶν θεραπευτικῶν ῥηθησομένων μετενέγκοιντο. Πόσων δὲ ἐτῶν αὐτὸ γενόμενον κ. τ. λ. Ceterum haec verba, πόσων δὲ κ. τ. λ., ad finem capitis usque, si cum cap. 92. conferas, facile cum Dietzio consenties perhibente capita duo proxime seqq. supposititia esse.

15. παρὰ τρόπον et αὐτοῖς deleo.

17. αὐτῶν delendum.

19. ἐπανιμένειν. — Facilis emendatio et vera, ut opinor, ἐπάνιμεν εἰς.

25. μυρσίνῃ ξηρᾷ.

209. 1. ἐνθέντες vellem et mox ἐνστάζοντες.

210. 13. περὶ τοῦ παρὰ φύσιν legendum.

28. φέρεσθαι. Requiritur φέρεται, tum pone hoc verbum puncto minori distinguo.

211. 10. τούτων — γυναικῶν. Sunt haec valde confusa, adeo ut me inde non expediam.

24. ἐνστάσεως. — Immo ἐντάσεως.

25. καθ' ὧν. Tu lege: κακῶν.

26. καὶ διὰ τῶν αὐτῶν θεραπεύεσθαι lego.

P. vs.

212. 5. τὸ deleo.

9. Post γένος additum cupio εἶναι.

15. κἂν μὴ διαφέρῃ τῶν ἄλλων, ἐνδέχεται πάσχειν αὐτῷ διαφόρως. Pro αὐτῷ lege αὐτῶν et sententia salva erit.

19. ἔντασιν hic quoque legendum.

213. 8. οὕτω καὶ ἰδίοις κέχρηται πάθεσι vellem.

18. καὶ ἰσχουρία παντελῶς κ. τ. λ. Hunc locum ita reficiendum esse censeo: καὶ παντελὴς μὲν οὖν κώλυσίς ἐστι τοῦ διὰ μήτρας φερομένου κατὰ φύσιν αἵματος ἡ ἐποχή· παραποδισμὸς δὲ τῆς ἀποκρίσεως ἡ στραγγὴ κάθαρσις.

214. 4. ἢ συνειληφυῖαι lego: vs. 5. καὶ ante μηδενὸς deleo: ceterum cum L. consentio.

17. ἢ ante τῆς ὕλης delendum.

20. τὰς δὲ παρὰ φύσιν, οὕτως·

217. 4. διαπνοίας nusquam legi, quod sciam; διαπνοὰς dandum arbitror.

16. σημειωτέον —— ἐτῶν: haec mihi obscura sunt.

21. Lege τῇ τοῦ ἄλλου σώματος ὑγείᾳ.

23. ἢ τῷ ἄλλον ὄγκον ὑποπίπτειν.

218. 6. Pone ἀλγεῖν puncto distinguendum: tum vs. 8. et 9. lego: καὶ πάθος τῶν εἰωθότων ἐπέχειν τὸ ἔμμηνον, ἐπισυντιθέντες κ. τ. λ.

16. δι' ἡλικίαν φυσικῶς, οὐ δεῖ θεραπεύειν.

22. Malim οὐδὲ ταύτας.

23. ἠδέναι κατ' οὐμὲ συλλαμβάνειν κ. τ. λ. Mira corruptela, cuius vera emendatio haec est: εἰ δ' ἕνεκα τοῦ μὴ συλλαμβάνειν ἐπιζήτοιεν τὴν κάθαρσιν, τρυφερώτερον κ. τ. λ.

P. vs.

219. 20. Vellem *κεφαλῆς τε καὶ τραχήλου τενόντων, ὀμμάτων καὶ ἰσχίων κ. τ. λ.*

ult. Numquid pone *παντὸς* intercidit *πόνου*?

220. 3. *ἐσφιγμένων.*

221. 21. *παρερεθίζοντι* omnino dandum ex Aët. MS.

222. 21. *περιοδυνῶν.* Verum erit *περιωδυνιῶν.*

23. Forte *ὡς μᾶλλον*, vel *ὥς τε μᾶλλον*, vel *ἕνεκα τοῦ μᾶλλον* vel *τοῦ μᾶλλον*, ut vult L., subintellecto *ἕνεκα.*

223. 4. *ἦτε γὰρ στάσις τὴν ἀσθενοῦσαν σκῦλαι καὶ ἰσχνότερα τὰ παρὰ τοῖς ἀστραγάλοις ἀγγεῖά ἐστιν.* In his pro *σκῦλαι* desidero *ἂν σκύλαι*, unde facili lapsu alterum illud ortum videtur.

16. *καὶ εἰς ἀταλαιπωρητέον κατεργασίαν ἢ τῆς τροφῆς.* D. vult. *ἀταλαίπωρον.* — Puto scribi posse *εἰς ἀταλαιπωρητὸν κατεργασίαν τῆς τροφῆς*, quae facilior est correctio.

25. *κατησθένηκεν.*

27. *ἐπιθέσει.* — *ἐπιτάσει* lege : saepissime in hisce peccatum a librariis.

224. 1. *παρεγκλύειν* et *χυλοῦ* vitiosa sunt. Hac ratione sententiam legamus : *τὸ σφοδρότερον γὰρ τοῦ ἐπισπασμοῦ παρεκλύειν ἐστὶ, παρά τι μέρος τοῦ χείλους τῆς σικύας ἰσχνῆς παρεντιθεμένης σπαθομήλης.*

5. *προυποβληθέντος.*

10. *ἠλεωμένων.* L. *ἡλκωμένων.* — Non consentio: vera emendatio erit *ἠλαιωμένων.*

14. Partim cum L. lego : *ἐλαιοβραχὲς ὀθόνιον ἐφαπλωτέον.*

P. vs.

224. ult. *ἐκτάσομεν* corruptum est. Conieci *προςτάσσοντες*: idem verbum obvium p. 231. vs. 9., sed forte ex *ἐπιτάσσοντες* vocabulum corruptum facilius oriri potuit.

225. 19. *ἐχρῆν* delendum censeo.

20. *παραληπτέον δὴ τὸ* requiro.

21. *κράτιστος δὲ πεσσὸς ἐλαίῳ βραχὲν ἔριον γλυκεῖ καὶ θερμῷ.* Codd. lectio *θερμῷ* vestigium refert veteris scripturae, quae obfuscata est.

22. *ἢ τήλεως χυλὸς, ἢ λινοσπέρμου, ἢ μολόχης μετὰ τοῦ ἐλαίου γλοιώδους ἀνακοπεὶς, ἢ μετά τινος τούτων συνεψηθὲν στέαρ κ. τ. λ.*

227. 4. *ἐπιτάσεις* lege, non *ἐπιθέσεις*.

22. *ἐπὶ πάσης δὲ ἐπιμονῆς τῆς δρ.*

228. 24. *καὶ* delendum.

26. *ἐπ' ἐκλυομένης ποτὲ τῆς φλεγμονῆς.*

ult. Pone *γίνεται* puncto distinguendum: tum pergit auctor: *Σύνθετον δὲ φάρμακον ταῖς τοιαύταις προςθετέον.*

231. 15. *ἡμέρας ἐκράσην μίαν θερμήν.* — Mira iterum corruptela hoc modo, uti videtur, restituenda: *ἡμέρας ε' εἶ κρᾶσιν μὴ λίαν θερμή.*

233. 12. *εἰ γὰρ* — *καταμηνία.* Dixeris haec ad praegressum caput esse referenda et lacunam esse, qua finis superioris et initium huius capitis interierit.

236. 18. *ἢ ἰσχυρῶς ἀνεστόμωται* lego.

237. 2. *δοκεῖ δέ ποτε καὶ περιοδικῶς ἅπαντα.* — Ver-

P. vs.

bum excidisse puto in fine: forte *ἅπαντα ἐπελθεῖν* dedit.

237. 7. *οὐκ ἀπὸ τῆς ὑστέρας δὲ μᾶλλον, ἀλλὰ καὶ κ. τ. λ.* — Pro *μᾶλλον* requiro *μόνον*: sequens *ἀλλὰ* corruptelae ansam praebuit, puto.

11. *μελανώτερον.* Vellem *μελάντερον.*

13. *ἐνέσται* lege et comma pone *μέρος* dele.

14. *κατάκλισις ἐν οἰκήματι μικροτέρῳ κ. τ. λ.*

18. *συναγωγή τε τῶν μηρῶν καὶ διὰ πληκτική· μιμητικὸν γὰρ χαρακτῆρός ἐστι τὸ σχῆμα.* Proferam quod excogitavi, licet certum non esse ultro profitear: *καὶ διαπλοκὴ χιοειδής· μιμητικὸν γὰρ τοῦ χαρακτῆρός ἐστι τὸ σχῆμα.*

24. *καὶ* ante *συνεχέστερον* deleo. —

238. 2. *ἐγκάθισμά τε.*

10. *εἰ δὲ καὶ ἐμμένοι* (cod. *ἐνιμένοι*) *αἱμοῤῥαγοῦσι* (cod. *αἱμοῤῥαοῦσι*). Nonne e cod. lect. elicueris: *εἰ δὲ καὶ ἔτι μὲν αἱμοῤῥαγοῦσι*?

13. *τρυφερὸν ἔριον ἕνι τινὶ τῶν εἰρημένων χυλῶν διάβροχον.*

16. *ὅταν γὰρ ἀπὸ κ. τ. λ.* Vellem *ὅταν δὲ ἀπὸ κ. τ. λ.* et vs. 19. pro *ὅποτε τρυφερὸν* vellem *τότε τρυφερὸν καὶ καθαρὸν σπογγάριον ἐπίμηκες, ὡςαύτως διάβροχον, ὡς ἐσωτάτω παρεντιθέναι προςήκει κ. τ. λ.*

239. 12. Nonne *εἰ δὲ πρὸς ἀνάβρωσις εἴη*? *Πρὸς ἀναβρώσεις* non placet: praepositio hic quoque adverbii vice fungitur.

15. *εὐμαρὴς ἡ πρὸς ταύτην ὑπάντησις, κρατουμένης ἐν τῷ ζῆν τῆς καμνούσης.*

240. 2. *πύκνωσιν δὲ καὶ συστολὴν* requiro.

P. vs.

240. 5. κρατηθείσης.

241. 13. Lego: μετὰ δήξεως καὶ ἀναβρώσεως συναίσθησιν ἐπώδυνον ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐκκρίσεως ἐπιφέρων. —

23. σημειωσάμενοι. Vellem κατὰ τὸ κοινὸν σημειωσάμενοι τὸν ῥοῦν.

ult. Pro αὐτοῦ scribendum videtur αὑτοῦ.

242 ult. χρόνον πολὺν vellem.

244. 5. ὑποτιθέναι. Soranus, puto, scripsit ἐπιτιθέναι.

9. ἀλλ' ἠπίοις τε. — Pro τε malim γε.

245. 3. ἐπιτάσεις et vs. seq. ἐπίτασιν.

10. ἡδίῳ μολίνῳ. Corruptio facile tollitur legendo ἢ δι' ὠμολίνου.

248. 12. κατὰ τοῦ στόματος τῆς γαστρός. Seqq., ni fallor, ultro ostendunt ineptum additamentum τῆς γαστρὸς delendum esse.

249. 22. καὶ κακουμένην: cod. κακωμένην. Itaque, ne a vera loci scriptione aberremus, legamus: κεκακωμένην.

250. 17. διά. Aut δι'ἃ scribendum, aut διὸ legendum.

253. ult. πολλῇ καὶ διακόπῳ μέχρι τινὸς τῇ δι' ἐλαίου γλυκέος καταβροχῇ. Quemadmodum editorem offendisse videtur, ita et mihi illud διακόπῳ suspectum est. Scripsisse credo Soranum: πολλῇ καὶ ἀδιακόπῳ μέχρι τινὸς . . . . καταβροχῇ.

255. 14. Lego: ἢ εἰ μὴ πρὸ πολλοῦ κ. τ. λ.

256. 22. ὑδάτων. Lege ὕδασιν.

P. vs.

256. 24. *Οἱ πλεῖστοι δὲ τῶν ἀρχαίων οἱ καὶ μικροῦ δὴ πάντες ἑτερόδοξοι κ. τ. λ.* L. coniicit *ἢ* et *δεῖ*. Vera emendatio mihi videtur *εἰ καὶ μικροῦ δεῖν πάντες ἑτερόδοξοι.*

257. 6. *ἐπιθέμασιν* abundare videtur et e seq. *ἐθυμίασαν* ortum esse.

20. Corrigendum arbitror: *μελλούσης δὲ τῆς καταφορᾶς, καταυλήσει χρῆται καὶ τυμπάνοις.*

ult. *τῆς* ante *διὰ* delendum.

258. 2. *μέντοι* in *μὲν τοῖς* mutandum videtur.

3. Hunc locum corruptum esse facile patet: fortasse ad hunc modum vere illum restitueris: *διὰ δὲ τὴν ἐκ τῆς φλεγμονῆς σφίγξιν συνέλκεται καὶ τὰ μὴ φλεγμαίνοντα κατὰ συμπάθειαν. χαλεπὸν δὲ τὸν στόμαχον κακοῦν κ. τ. λ.*

11. *οὐ βίας δεομένην.*

22. *ἢ μετασυγκρίσεως, ἢ γίνεται διὰ τῆς ἐπὶ τὸ κρᾶμα μετελεύσεως.*

26. *τῆς δὲ κεφαλῆς.* Dele *δέ.*

262. 22. *ἀκακίᾳ καὶ ὑποκυστίδι . . . . καὶ τοῖς παραπλησίοις* malim.

264. 6. *ταῖς τὰ τοιαῦτα πασχούσαις.*

9. *ἀκρατησία* Nominativo.

16. *ἔκτροιαν.* Lege *ἔκροιαν* ut vs. seq.

265. 11. Certe *μετενεκτέον δὲ εἰς τὴν θεραπείαν* praetulerim; etiamsi conferam p. 267. 14. Nisi malis *τὴν θερ.* delere. —

267. 7. Negatio *οὐκ* ferri non posse videtur: forte in *οὖν* mutanda.

10. *βάρους.* Immo *βάρος.*

11. *ἐπιθέσεις.* Lege *ἐπιτάσεις* et vs. seq. *ἐπίτασιν.*

P. vs.

268. 7. *ποτὲ δὲ* ante *προςαναφεύγει* dele.

8. *τῇ τε καταθέσει*. Legendum iudico *τῇ γε καθέσει*. Cf. p. 274. 3. — 278. 5. — 284. 8.

20. Hunc locum turbatum esse videmus. Forte ad hunc modum commode illum restitueris: *τῆς γὰρ φλεγμονῆς ὑποκειμένης πάντως γέγονε ἢ σκληρία τις ἢ μερικὴ τις σφίγξις αἴτιον ἐπισχεθέντος τοῦ καταμηνίου ταῖς γυναιξί. Ἐνίαις μὲν οὖν κάτω τῆς παρεγκλίσεως ὑπαρχούσης, πλήρωσις παρέπεται κ. τ. λ.*

269. 13. Aëtii lectio danda et *ἢ* ante *αὐτῆς* delendum vs. sup.

272. 1. *τουτέστιν ἐν τοῖς ἀδήλοις πόροις*. Haec verba glossema referre mihi videntur haustum e seqq. vs. 17.

8. Pone *βουβώνων* excidisse puto *ἀλγεῖ*.

273. 5. Lego *ὅτε ψόφος τε καὶ βορβορυγμὸς, ὡς αἰσθητῶς κ. τ. λ.*

ult *καὶ νίτρου*.

274. 7. *ἐπιθέσεσι*. — Lege *ἐπιτάσεσι*.

19. *τὸ διὰ νίτρων*.

275. 5. *πεσσοὶ τοιαύτης δυνάμεως*. Inscriptio esse videtur capituli iam deficientis, sed olim formulas eiusmodi pessorum tradentis.

16. *καλαμίνθης* cum Aëtio omitto.

279. 2. *ἐπ' ἐνίων* lego.

9. *ἐπιθέσεσιν*. Immo *ἐπιτάσεσιν*.

280. 3. *ἀναληπτικῆς* ex Aëtio omnino legendum.

281. 3. Pro *καὶ εἰ* malim *καὶ ἦν*.

5. *ἐλλεβόρου* vellem.

P. vs.

282. 4. μετὰ δριμύξεως, ἢ δήξεως ἁλμυροῦ χυμοῦ. Suntne verba ἢ δήξεως ἁλμυροῦ χυμοῦ glossema ad δριμύξεως referendum? Mihi quidem esse videntur.

283. 25. ρκε'. Τίνα σημεῖα ἐπιτάσεως. Hoc loco ipse auctor novum caput profecto non distinxit. Quodsi ullo in hisce loco requiras novam inscriptionem, inferenda erit ad verba "Ιδια δὲ κ. τ. λ. p. 284. vs. 4. — Ibi enim habere possis inscriptionem: Τίνα σημεῖα ἴδια φλεγμονῆς ἑκάστου τῶν μερῶν τῆς ὑστέρας, vel aliam quamdam huic similem.

284. 5. Requiro fere: ἐπίμυσις αὐτοῦ· καὶ γινώσκεται ἐκ τοῦ κ. τ. λ. et vs. 9. ἔνθερμον εἶναι.

12. ὑποπίπτει.

22. Vellem ἢ εἰ τῶν ἀντικειμένων πρὸς τὴν σύννευσιν εἴληφεν.

ult. τὸν ἐναντίον φασὶν ἀλγεῖν βουβῶνα.

285. 6. Πολλῷ γάρ ἐστιν εὐλογώτερον ἔτι πλείονα τάσιν ἐπιδέχεσθαι τὰ κατ' εὐθὺ τῷ φλεγμαίνοντι κ. τ. λ. tum vs. 9. ὥςτε ἐκεῖνα καὶ τὰς ἐπαισθήσεις ἔχειν.

ult. καὶ κατ' ἐφηβαίου καὶ κτενὸς ὁ πόνος.

286. 5. πόνος τοῦ καταλλήλου λαγόνος malim.

11. Pone ὑπαρχούσης, non pone ὀσφὺν commate distinguendum.

15. ὄγκος τοῦ ἀπευθυσμένου φλεγμονῆς διαφέρων τῷ κ. τ. λ. Illud διαφέρων, vel aliud quid illi simile, abesse nequit.

21. φλεγμαίνοντος ὕπου. . . . . . Aut ego fallor,

P. vs.

aut supplendum: φλεγμαίνοντος τοῦ ἀπευθυσμένου.

286. 22. καὶ συνείλκυσται.

287. 6. Pro ἐν lege καί. —

20. Ἐν τῇ θεραπείᾳ. — Malim: Εἰς τὴν θεραπείαν δὲ ἤδη τὸν λόγον τρέψομεν.

288. 2. Totum hunc versum secundum e textu abire iubeo: adnotatio est recentioris temporis.

3. Verba καὶ τροφὴν ῥοφηματώδη θερμὴν cum Aëtio omiserim et cum eodem, vs. 5., χυλός et vs. 6. φλεβοτομεῖν scripserim.

10. Unusquisque videbit Aëtium sequendum esse.

20. πυρίαν cum D. lego.

21. Lego: τὰς δὲ ζ. φ. καταπλαστέον τούτῳ· ἐπὶ δὲ τῶν ἐρυσιπελατωδῶν φ. χρηστέον καταπλάσμασιν ἔχουσιν ἁ. μετὰ σ. διαγνωσθήσονται δὲ ἐκ τοῦ —— τόπους. εἰ δὲ μὴ κ. τ. λ.

290. 4. Horum verborum cum seqq. nexus facit, ut scribam: διὸ καὶ Θεμίσων μὲν μεμπτὸς ἐπὶ τῆς ἄνευ πυρετῶν φλεγμονῆς χαλαστικὰ δοκιμάσας κ. τ. λ.: tum vero vs. 6. τὰ σταλτικὰ requiro.

12. δι' ὧν δὴ παροξύνομεν τὴν διάθεσιν vellem.

291. 13. et 15. ἐὰν δὲ .... εἴη. Immo εἰ δὲ .... εἴη.

Sunt haec fere quae huc usque in contextu corrigenda, (ita enim mihi videbatur,) animadverti; possimque commode hic stylum ponere, nisi in libro minimum explorato, adeo ut Lobeckius, vir celeber-

rimus, prudenter sane, ne affirmare quidem velle videatur re vera Sorano esse tribuendum, operae pretium facturum me opinatus essem, inquirendo in scriptores in illo laudatos. Itaque ad litterarum ordinem horum nomina disponam, subiiciens quodcumque animadversione dignum mihi videatur. Quo facto tandem de tempore, quo vixerit Soranus et utrum iure suo hoc scriptum de morbis mulierum illi tribui possit, verbulo monebo.

Sunt autem laudati ab illo auctores qui sequuntur:

Alexander Philalethes p. 210.

Andreas ad Sobium p. 101.

Antigenes p. 164. Quinti discipulus, cf. Gal. de Praen. cap. 3., quod probe tenendum: nimirum Galenus Quinti discipulos Pelopem et Numesianum audivit: Soranus eiusdem Quinti discipulum citat, quod cum aliis argumentis coniunctum eo nos ducet, ut Soranum Galeno haud ita multum superiorem aetate, deprehendamus.

Apollonius Mys. p. 210.

Apollonius ὁ Προυσιεύς. p 95. Hunc frustra cum aliis Apolloniis comparo; nullibi eius mentionem factam video. Steph. Byzant. in voce Προῦσα: ἡ μὲν γὰρ, inquit, Προυσίας Βιθυνίας . . . . ἡ Κεῖος πρότερον ὀνομασθεῖσα, ἧς ὁ πολίτης Προυσιεύς.

Archigenes. p. 142. 273.

Aristanax. p. 201. Neque huius nomen, quod sciam, aliunde cognitum.

Aristoteles. p. 211. Verum ipsum describamus

locum; legimus: μέχρι τοῦ καὶ Ζήνωνα καὶ Ἀριστοτέλην τὸν Ἐπικούρειον εἰπεῖν. Et Aristotelis quidem Epicurei nomen nusquam inveni: sed scribendum iudico: μέχρι τοῦ καὶ Ἀριστοτέλην καὶ Ζήνωνα τὸν Ἐπικούρειον εἰπεῖν. — Zeno Epicureus e Cicerone notus, cuius temporibus floruit.

Asclepiades. p. 32. 132. 139. 160. 210. 212. 257.

Athenio Erasistrateus. p. 210. Num idem, cuius formula medicinalis exstat apud Celsum V. 25. p. 231. Ed. L. B. 4to?

Chius quidam p. 10., ad cuius mentionem a Sorano factam Dietzius nos dimittit ad Fabr. Bibl. Gr. XII. p. 683. Ed. ant. — Cogitavi de Aristone Chio, saepius a Galeno citato, sed eiusmodi coniectura nimis incerta.

Cephisophon. p. 280. Nomen in Fabr. Elencho medicorum vett. non legitur, quod suspicionem corruptelae mihi paululum firmavit. Nimirum sunt haec Sorani verba: τῷ Κηφισοφῶντος, ita ut emplastrum spectare videatur. Iam vero in Isagoge Galeno adscripta p. 764. Kühn. mentio fit τοῦ Κτησιφῶντος, itidemque Lib. VI. de Comp. Med. sec genera p. 927. et 936. Ed. Kühn., adeo ut in hisce confusio facile locum obtinere potuisse videatur.

Cleophantus. p. 100. apud Galenum de Antidotis II. p. 108. eodem modo nomen scribitur. Conf. ceterum de varietate scriptionis Fabr. p. 464. in Elencho Medd. Vett.

Demetrius Apameus. p. 210. 285. Fieri potest ut idem sit qui

Demetrius Herophileus. p. 99. 101. 102. 206.; licet hic etiam Demetrius Attaleus esse possit, nempe hic itidem fuit Herophileus.

Democritus. p. 282.

Demosthenes (?) p. 170. Num forte Demosthenis alicuius medici nomen latet in corrupto illo *δαμαστεῖν* l. l.?

Diocles. p. 15. 16. 67. 99. et adposito nomine Carystius p. 124. 210. 257. 265.

Empedocles. p. 16. 69.

Erasistratus. p. 210. 212.

Eudemus. p. 70.

Evenor. p. 31. 95. 124.

Euphro. p. 31. Ecquid sit Euphranor, cuius mentio facta apud Gal.? Nomen illud non nisi h. l. legitur, quod sciam.

Eurypho. p. 95. 124. — Est quidem locus hicce magni momenti ad confirmandum iudicium, quod de libro inter Hippocratis scripta relato supra tuli, in adnn. ad librum de Victu Ac. — Itaque non contineo me, quin Sorani verba emendata describam: *Συγχωρήσαντες δὲ καὶ ὅλην ἢ ἀπὸ μέρους αὐτὴν προπετῶς [ἐκκεῖσθαι] μεμφόμεθα πρῶτον Εὐρυφῶντα δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς ὅλης τὴν κάμνουσαν ἐξαρτήσαντα τῶν πόδων ἀπὸ κλιμακίου, κἄπειτα κατακλίναντα μὲν ὑπτίαν, θρέψαντα δὲ πτισάνῃ ψυχρᾷ· ἀνυπομόνητος γὰρ ἡ ἀνάρτησις καὶ φυσώδης ἡ τροφή, καὶ ἄτεχνος ἡ τῶν ἡμερῶν διαρίθμησις, ἐξ ὧν εἰς τοὺς καιροὺς ἀποβλέπει.* Haec inprimis propterea me adverterunt, quod in libro Hippocratis nomine inscripto locum deprehendere mihi contigit, quem respicit Soranus. Nempe in

libro de Nat. Mul. p. 361. Ed. Lind. haec scripta leguntur: Ἢν δὲ παντάπασιν ἐκ τῶν αἰδοίων ἐκπέσωσιν, ἐκκρέμανται ὥςπερ ὄσχη κ. τ. λ. Dein paulo inferius auctor ita pergit: καὶ ἢν μὲν οὕτως ἐθέλωσιν εἰςιέναι, ἅλις ἔστω· ἢν δὲ μὴ, ἄκρας περιξύσας καὶ θερμήνας, περιπλύνας τε καὶ χρίσας τῇ πισσηρῇ, καὶ δήσας τὴν γυναῖκα πρὸς κλίμακα, κρούειν τὸν κλίμακα κατὰ κεφαλῆς καὶ τῇ χειρὶ ἐςωθεῖν τὰς ὑστέρας. ἔπειτα ξυνδῆσαι αὐτῆς τὰ σκέλεα ἐπαλλὰξ καὶ ἐᾷν ἡμέρην καὶ νύκτα οὕτω. καὶ διδόναι ὀλίγον χυλὸν πτισάνης ψυχρὸν, ἄλλο δὲ μηδέν. τῇ δὲ αὔριον κατακλίνας ἐπὶ τὸ ἰσχίον σικύην προςβάλλειν ὡς μεγίστην, καὶ ἐᾷν χρόνον πουλὺν ἕλκειν. ἐπὴν δὲ ἀφέλῃς, μὴ ἀποσχάζειν, ἀλλὰ κατακλίνας ἐᾷν, καὶ μὴ πρόςφερε ἄλλο ἢ τὸν χυλὸν, ἕως ἂν ἑπτὰ ἡμέραι παρέλθωσιν. ἢν δὲ διψῇ, ὕδωρ δίδου ψυχρὸν, ὡς ἐλάχιστον· ἐπὴν δὲ αἱ ἑπτὰ ἡμέραι παρέλθωσιν, σιτίοισι ὡς μαλθακωτάτοισι καὶ ἐλαχίστοισι χρεέσθω. ἢν δὲ ἀποπατῆσαι θέλῃ, ἀνακειμένη ἀποπατείτω, ἕως ἂν τεσσαράκοντα ἡμέραι παρέλθωσι. κ. τ. λ.

Locum longiorem licet descripsi, quo certius pateret Soranum nostrum ipsa illa verba respicere. Etenim habemus in iis suspensionem mulieris per diem et noctem: habemus ptisanae frigidae sorbitionem: tandem dierum primum septem, tum quadraginta computationem, quae singula et cuncta Soranus reprehendit. Itaque hic librum de Nat. Mul. Euryphonti tribuit, quod egregie quadrat, cum iis, quae supra ad Lib. Hipp. p. 105. monuimus: nempe libros in quibus formula illa ab Hippocrate reprehensa occurrit, ad Cnidios medicos auctores referri debere: formulam autem istam etiam e Lib. de Nat. Mul. excitavimus, in quo saepius obvia. — Tandem observatu

dignum, cum rudi concussione mulieris e scala suspensae plane *συμφωνεῖν* curationem non minus rudem empyemate laborantium, quam p. 104. e Gal. adtulimus. *Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα*: pergo ad reliquos.

Galenus. p. 133. *ἡ κιῤῥὰ Γαληνοῦ*, de quo loco mox pauca dicam.

Hero. p. 87.

Herophilus. p. 9. 21. 23. 24. 69. 100. 101. 122. 210. 211. 212.

Hicesiae emplastrum p. 142. 145. 245.

Hippocrates. p. 43. 58. 64. 67. 94. 119. 122. 234. 257. 265.

Iunidos medicamen p. 129. In Aëtio Latino XVI. 37.: « Pharmacum Iuniadae." Alibi nomen me legere non memini.

Mantias. p. 95. 257.

Miltiades Asclepiadeus Elaeusius p. 210. Nimirum illo loco coniungenda videntur: *καὶ Μιλτιάδης τῶν Ἀσκληπιαδείων Ἐλαιούσιος ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ τῶν χρονίων*. Male iam pone *Μιλτιάδης* distinguitur. Ad nomen *Ἐλαιούσιος* cf. Steph. Byzant. in voce *Ἐλαιοῦς*: *πόλις ἐν Ἑλλησπόντῳ*, inquit et mox subiungit: *ἔστι καὶ Ἀργοῦς Ἐλαιοῦς*. Neque huius Miltiadis nomen apud Fabr. l. l. invenio.

Mithridateum antidotum. p. 140.

Mnaseas. p. 21. 23. 279. 289.

Mnesitheus. p. 184. 201.

Moschion. p. 184.

Oribasius. p. 159. Miraris forsitan nomen medici longe recentioris aevi hic legi: sed quum in libris de medicina recentiores eiusmodi formulas, qualis est illud *σύγχυσμα νεφρικὸν Ὀριβασίου*, facile ad marginem adscribere potuerint, nemo non consentiet, puto, mecum in hoc loco tanquam spurio eiiciendo.

Paris. p. 184. Neque huius nomen aliunde notum: certe etiam apud Fabr. altum de illo silentinm.

Phaedrus. p. 69.

Philagrius. p. 157. et p. 160. Confer de hoc medico Fabr. l. l.: — est enim recentior quam tempora Galeni, adeoque Sorani, Pergameno aetate paululum superioris. Est tamen uterque locus, ubi eius mentio facta est, ita comparatus, ut facile capitis fini adsui potuerit a recentioribus. A futuro editore tuto talia eiicientur, me iudice.

Philoxenus. p. 136.

Rufus. p. 273.

Serapio. p. 145. 289.

Simon. p. 100. Verba ipsa sunt: *ὡς γὰρ Σίμωνος τοῦ Μάγνητος*. Ceterum e Sorani loco patere dixerim hunc Simonem fuisse Herophili aequalem, vel paullo illi aetate superiorem; sed scriptum cupio *ὡς γὰρ ἐπὶ Σίμωνος κ. τ. λ.*

Sostratus. p. 118.

Sostrus. p. 95. Nomen apud Fabr. l. l. non occurrit: modo ne idem sit, qui Sostratus, nomine videlicet male fortasse scripto.

Strato Erasistrateus p. 93. — Et sine cognomine adscripto, ita ut, num idem spectetur, nescias, p 124.

Hunc quidem indicem eum in finem praesertim confeci, ut de libri nostri aetate eo certius et facilius constaret. Itaque iam de ipso Sorano, et utrum libri huius auctor sit, nec ne, et de vitae viri temporibus perbreviter exponamus.

Fabricius[1] inter alios Soranos tres huius nominis medicos enumerat, quorum duos non inter se diversos sibi videri dicit; adeo ut tantum inter Soranum Ephesium Menandri et Phoebes filium et Soranum quemdam iuniorem distinguat.

Est autem tum Soranus ille Menandri et Phoebes filius, a Coelio Aureliano saepius laudatus, tum alter iunior, cuius meminit Suidas et cuius fragmentum edidit Goupylus, cuiusque multa citantur ab Aëtio, uterque Methodicus simul et Ephesius. Quo factum est ut Choulantius[1] et Schoellius[2] verosimillimum esse iudicarent hos non esse distinguendos, sed eundem fuisse Soranum iuniorem et alterum.

Hanc autem opinionem magnopere confirmarunt ea,

---

1) Bibl. Gr. vol. XII. p. 684. Ed. ant.
2) Bücherkunde der älteren Medizin, p. 58.
3) Geschichte der Gr. Litteratur, II. p. 758.

quae Bietmius in libro, de quo iam agitur, observavit. Nempe hunc a methodico esse conscriptum et ille saepius in adnot. significat, et unicuique vel semel tantum illum percurrenti facile patet; adeo ut hac in re certe nihil insit, quod impediat, quo minus Sorani, quem methodicum fuisse ex Coel. Aurel. novimus, hoc esse scriptum credas, prouti ipsa prae se fert inscriptio.

Tum vero Caelius[1]: « sicut, inquit, secundo libro de cacnotetis scribens Soranus docuit." Eosdem autem περὶ κοινοτήτων libros auctor noster suos esse dicit p. 23, ubi: ὅπερ, inquit, οὐχ ὑγιές ἐστιν, ὡς ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ κοινοτήτων ἐπελογίσθη. Quo quidem argumento gravius vix reperias aliud ullum, ut demonstres ab eodem, quem laudat Coel. Aurel., auctore tractatum nostrum περὶ γυναικείων παθῶν esse profectum. Utrumque certe coniunctum, tum hoc, tum, de quo mox monuimus, auctorem nostrum Methodicum fuisse, facit, ut ego omnem dubitationem praecisam esse putem.

Accedit autem tertium quid, levius quidem illud, nec tamen propterea negligendum. Coel. Aurelianus, ut ipse dicit,[2] magnam partem Soranum Latine expressit: « Soranus, inquit, cuius haec sunt, quae Latinizanda suscepimus." Iam vero hic illum sibi morem habet proprium fere, ut prius aliorum sententias proponat, dein his diiudicatis suam ipsius subiungat, quod itidem in opusculo nostro de morbis mulierum factum videmus, ita ut hoc certe valeat, ni fallor, ad confirmanda illa, quae supra protuli.

---

1) Pag. 493. Ed. Almeloveen.
2) Pag. 75. ibid.

Quod autem attinet ad Sorani aetatem, e plurimis apud Galenum locis, ubi eius nomen legere me memini, duos tantum eo spectare vidi, ut ad tempus, quo vixerit, definiendum conferant. Alter est e Meth. medendi I. 7. (vol. X. p. 53. Kühn.), ubi haec: *ἀλλὰ τῆς μὲν ἐκείνων διαφωνίας ἴσως ἄν ποτε καὶ ὕστερον εἴη μνημονεῦσαι καὶ σὺν αὐτοῖς γε τοῖς εἰρημένοις τοῦ πάντα σοφώτερον ἐπιταράξαντός τε καὶ συγχέαντος αὐτῶν τὰ πράγματα Μενεμάχου καὶ τοῦ λῃρώδους Ὀλυμπικοῦ καὶ μετ' αὐτοῦ Ἀπολλωνίδου καὶ Σωρανοῦ, καὶ τοῦ νῦν ἔτι ζῶντος Ἰουλιανοῦ· τουτῷ μέν γε καὶ ἡμεῖς ἐνετύχομεν, ἵνα καὶ παρὰ ζῶντος ἀνθρώπου φωνῆς ἐκμάθωμεν* (*ἐκμάθοιμεν* vellem) *λήρους μακρούς*. Unde luce clarius constare dixerim Soranum, quo tempore Galenus haec scripsit, non amplius vixisse, quippe tum ceteris l. l. enumeratis, tum illi opponitur Iulianus, qui adhuc in vivis esset. Alter locus est ex eodem Pergameni opere XIII. 15. Narraturus Galenus de curatione Theagenis philosophi Cynici: *ταύτην γάρ*, inquit, *ἔγνωσαν οὐκ ὀλίγοι διὰ δόξαν τἀνθρώπου, δημοσίᾳ διαλεγομένου κατὰ τὸ τοῦ Τραϊανοῦ γυμνάσιον ἑκάστης ἡμέρης*. Itaque curatio huius philosophi Galeni temporibus incidit. At idem subiungit: *ὁ μὲν οὖν θεραπεύων αὐτὸν ἦν εἷς τῶν Σωρανοῦ μαθητῶν, Ἄτταλος τοὔνομα*. Unde vere deduxeris Soranum Galeno aetate fuisse superiorem, ita ut illius discipuli huius aequales fuerint. Fieri posse credo, ut eodem tempore vixerit; sed Galenus dum fama florebat, iam vita, puto, defunctus erat Soranus: vide quae in nominum auctorum indice ad Antigenis nomen adnotavi.

Id autem tenuisse tum ad cetera rite intelligenda

magni interest, tum ad diiudicandum locum, ubi Galeni remedium laudatur et de quo moniturum me esse antea dixi. Scilicet vix credo Soranum remedium a Galeno nomen habens commendare potuisse, quia hic, quo tempore Soranus hunc librum composuit, si modo vixerit, certe ad tantam nominis famam nondum adscendisse videtur, ut remedia eius ad omnium, ut ita dicam, notitiam pervenerint. Itaque hic etiam satis valida suspicio oritur postremas huius capitis sententias, remediorum enumerationem exhibentes esse suppositas et a recentiori manu ceteris, quae antecedunt, adsutas. Suspicionem corruptelae augent verba, *ποιεῖ δὲ καλῶς καὶ ἡ τοῦ ἁλιέως κιῤῥὰ ἡ χωρὶς ὄξους σκευαζομένη* supra eodem capite p. 132. vs. 13. itidem obvia.

Omnia id genus reliqua diligentius explorare futuri erit editoris, quem huic scripto nobis medicis ad artis historiam investigandam magni sane momenti, vehementer exopto. Ego, quum, antequam talia diiudicentur, certe legi commode posse debeat, id nunc inprimis egi, ut pro mearum scilicet virium modulo aditum faciliorem ad eius lectionem munirem. Qua in re si verum subinde viderim, eo utantur lectores, me quidem operae in hac re positae non poenitet.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. vs.

1. 19. Magnam — *melius:* Maximam

3. 28. omniaque id genus alia — *lege:* omniaque id genus reliqua.

4. 26. aliique — *lege:* ceterique

13. 24. prehendat, — *adde:* seu cum dolore, seu sine dolore.

16. 8. *κλῄϊδα.* Non me volente hic accusativus semper hoc modo typis descriptus est, sed quoties ego *προπερισπωμένως* correxi, toties intactum reliquit typotheta.

18. 23. tertio die, *adde:* aut quarto,

21. 13. *οἱ ἐ. φ. lege: οἳ εὐφόρως φέρουσι* —

34. 29. gravitatis sensum. *adde:* universo corpori.

36. 5. *οἕσι, lege: οἷσι* —

66. 26. modum, *adde:* vel fastidii plena,

67. 30. contingant, *lege:* initio contingant.

73. 11. *ἀγάγειν lege: ἀγαγεῖν* —

77. 18. prodeant, *adde:* et urinae criticae

80. 7. *ἡμ ἐ. immo: μὴ ἐ.*

83. 28. durae sunt: *adde:* hae deterrimae sunt, uti et recentes;

92. 7. *σπόδος. lege: σποδὸς π.*

P. vs.

109. 13. Alterum expromere lubet exemplum, quo patebit tum Prognostici textum valde mutilatum esse, tum haud negligendam esse comparationem diligentem huius libri cum locis consimilibus e Praenotionibus Coacis. Erotianus habet glossam καρδαμύσσειν κ. τ. λ. (p. 194.), de qua vere monet Heringa illam e Progn. desumtam esse, quum tum superius, tum subsequens vocabulum ex eodem haustum sit libro. Dein: « haec tamen, inquit, sola est, cui locum assignare nequii, sive alicubi corrupta lateat, sive quacumque de causa, quod aliis excutiendum relinquo." Res quomodo se habeat deprehendisse mihi videor. Nempe antecedens καμπύλον apud Erotianum e Prognostici loco de signis ex oculis desumtum est; quem si cum Coaca 218. conferamus, videmus multa mirum in modum esse permutata ordine et in Coaca mentionem fieri quoque signorum, quae in Prognostico sunt omissa. Iam vero pro Coacae verbis καὶ πῆξις ὀμμάτων συνεχέως τε μύειν, quae continuo post καὶ βλεφαρίδων καμπυλότης inferuntur, unde in Prognosticum καμπύλον . . . βλέφαρον traductum, in hocce libro nihil quidquam ponitur. Itaque Erotianus, nisi graviter fallor, sub oculos habuit exemplar Prognostici, in quo pro Coacae verbis συνεχέως τε μύειν legebatur καρδαμύσσειν seu σκαρδαμύσσειν. Quod quidem, quum in nostrorum temporum Edd. et MSS. non reperiatur,

P. vs.

iterum indicio est quam prave habitus sit liber ad speciem facillimus intellectu scriptorum Hippocrateorum omnium.

110. 15. ἐξαλλασσόμενας, *lege:* ἐξαλλασσομένας, —

121. 13. διηθεῦντες — *lege:* διηθεῦντες.

124. 20. Graecum δὴ Latine *iam* reddi posse videtur h. l. —

129. 17. Dele verba: p. 95. 109. ὑπηρεσίας. Nescio quo modo factum sit, ut nomen primae decl. huc irrepserit.

131. 22. Redeundum mihi esse sentio ad locum medico mihi expeditu non facilem, de particulis εἰ et ἢν in variis periodi membris cum diverso modo constructis. Qua in re tum corrupta locorum scriptura, tum res nova, quippe de qua apud auctores de Grammatica expositum nondum vidi, magnas mihi peperit difficultates. Omnibus, quoad maxime potui diligentius perpensis seqq. profero, in quibus si nunc etiam in errores incidam, lubens a doctioribus meliora doceri me patiar. — Particula εἰ cum duobus ut plurimum modis construitur, Optat. et Indic., est particula logica; ἐὰν cum Coni. construi solet et ad experientiae significationem refertur. (cf. Herm. ad Vig.) — Cum hisce redeamus ad loca e Progn. p. 132. laudata, ac primum quidem ad locum, qui est p. 140. *εἰ δὲ διαλείποι καὶ ποτὲ μὲν καθαρὸν οὐρέοιτο, ποτὲ δὲ ὑφίσταται*, ubi cum Obsop. ὑφίσταιτο legendum censui. Non negligendum est εἰ cum diverso

P. vs.

modo h. l. construi quidem, sed in partitione, quod facit, ut ὑφίσταται, quod Obsopoeum de coniectura mutatum cupiisse credo, iam servari posse arbitrer. Diverso modo, uti mihi videtur, res comparata est cum particula ἦν, Coniunctivum sibi postulante, ita ut, si in aliis periodi membris Optat. ponatur, hoc ita explicandum putem, ut εἰ fere subintelligendum sit, et conditiones hoc modo propositae minus necessariae esse significentur. Hinc fit, ni fallor, ut in locis, quales e Progn. p. 146. et 154. excitavimus, in variis membris idem modus Subi. servetur, quia omnia arctius secum invicem cohaerent, quam ut cogitatione disiungantur. Contrarium locum habet in verbis e p. 158. laudatis, ἦν δὲ μήτε οὖρον ῇ μηδὲν, μήτε ἐνδιδοίη ὁ πόνος, μήτε ἡ κύστις μαλθάσσοιτο, ὅ τε πυρετὸς ξυνεχὴς ῇ κ. τ. λ. (hanc nempe lect. etiam nunc unice veram esse contendo). Ibi enim membra duo intermedia μήτε ἐνδιδοίη ὁ πόνος, μήτε ἡ κύστις μαλθάσσοιτο re vera conditiones referunt minus necessarias, quia urina emissa sponte et dolor imminuetur et vesicae tensio, adeo ut auctor haec cogitatione veluti a ceteris dimoverit. Idem autem fit loco e p. 158. laudato, mendoso, in quo correctionem tentavi in Specim. de Hipp. doctr. a Progn. oriunda p. 78., quam postea reieci, quum in ea aliquid desiderarem. Nunc leni mutatione ad eam redeo et totum locum sic lego:

P. vs.

ἐπισκέπτεσθαι δὲ χρὴ τὰ τοιαῦτα ὧδε· ἢν ὅ τε πυρετὸς ἴσχῃ καὶ ἡ ὀδύνη μὴ παύηται, καὶ τὸ πτύελον μὴ ἐκχωρέῃ κατὰ λόγον, μηδὲ χολώδεες αἱ τῆς κοιλίης διαχωρήσιες, εὔλυτοι δὲ καὶ ἄκρητοι γίγνοιντο, μηδὲ τὸ οὖρον πουλύ τε κάρτα καὶ πουλλὴν ὑπόστασιν ἔχον, ὑπηρετέηται δὲ περιεστικῶς ὑπὸ τῶν λοιπῶν πάντων, τῶν περιεστικῶν σημείων, τουτέοισι χρὴ τὰς τοιαύτας ἀποστάσιας ἐλπίζειν ἔσεσθαι. Nimirum h. l. in verbis *εὔλυτοι δὲ καὶ ἄκρητοι γίγνοιντο* idem obtinet, quod in alterius loci membris intermediis illis, i. e. conditio haud ita adprime necessaria proponitur, quippe quae tantum accuratius circumscribit *τὰς κοιλίης διαχωρήσιας τὰς μὴ χολώδεας*, qua ex re explicandum mihi videtur, haec Optativo proferri. Nempe *γίγνοιντο* potius quam *γίνωνται*, quod Galenus habet, ab auctore scriptum esse credo, quia forma antiquior est. In exemplo ex Aretaeo adlato ad partitionem mens advertenda. Loco ex ipso nostro libello de Victu acutorum, ubi de coniectura *ᾖ* pro *εἴη* intuli, hac innovatione nunc etiam opus esse videtur, quia copula *καὶ* membra arcte coniuncta sunt et e § 14. ultro patet morbos pectoris ab auctore inprimis spectari, in quibus ipsa rerum natura symptomata duo illa fere coniuncta sunt.

141. ult. — *οἴηαι* cet. — Pro *οἴηται* dum *οἴηαι* scribebam, obstrepuit tritum illud de Hipp., eum esse *Ὁμηρικὸν τὴν φράσιν.* Nolim tamen af-

P. vs.

firmare non aliud quid dare potuisse Divinum senem. Ad frequentem enim in hoc libro particulae γε usum si respicias, vel facilior videri possit correctio ἔς τ'ἂν οἴῃ γε, quam reticere nolo. Secundam personam pro tertia inferendam esse certissimum iudico.

145. 9. μάλιστα δὲ ἐν τῇσι πυρετώδεσι. — Hanc lectionem praetuli, quia Hipp. non semel ita tantum definit morbos acutos, ut quatuordecim diebus eos circumscribi dicat. Quodsi teneas, μᾶλλον ante πυρετώδεσι fere abundat. Possis tamen μᾶλλον addere et lectionem ita probabiliter defendere, ut dicas auctorem in hoc libro § 5. febrim fere omnibus morbis acutis tribuere. Nolo reticere ea, quae incerta mihi videntur.

159. 25. — Eadem de causa, qua supra in his addendis ἔς τ'ἂν οἴῃ γε praetuli, nunc etiam h. l. omnino dandum iudico ὀρθῶς μέντοι γε μεταβιβαστέη καὶ βεβαίως ἡ μεταβολή. — Conf. etiam locum e § 29. καίτοι γε πολλοί εἰσι, οἳ κ. τ. λ

161. 9. ὅτι ferri potest, ferri potest etiam ὁκόταν cum subiunctivo ἠχθοφορήκῃ.

160. 1. Exemplis in hac notula descriptis adde: σιτίων ἔξαψιν ποιέει § 46. additamentorum spuriorum. Nempe tum per medium ποιέεσθαι, tum per activum ποιέειν eiusmodi metaphrasis locum obtinet.

170. 26. πικρομερέστερον — *lege:* μικρομερέστερον —

195. 18. De Vino Coo inprimis etiam iuvabit contulisse Plin. Hist. Nat. XIV. 10.

P. vs.

201. 26. *μέτρου οἶνον* — *lege: μέτρον οἶνου* —

203. 1. Estne vulgata huius loci lectio forte propterea praeferenda, quod ex hac cod. vetustissimi scriptura facilius ortum trahere potuerit, quam contra?

205. 18. Lectio illa *τὸ μέντοι ὀλίγον ὀξὺ μέλι* iam mihi videtur praestare prae duabus reliquis. Illud *ὀλίγον ἔποξυ* propterea displicuit, quod in composito *ἔποξυ* praepositio maiorem acoris gradum denotat, ita ut hoc cum *ὀλίγον* coniunctum prorsus mirum sonet. Sed contra *ὀλίγον ὕποξυ* forte minus aptum, quum certe quodammodo acidum esse debeat oxymel, ita ut his verbis iusto minor acor significetur.

217. 18. *φευδονίτρου* — *lege: ψευδονίτρου* —

224. 7. *καὶ πτύσματα.* — Magis etiam verisimile *ἢ πτύσματα παχέα* dedisse auctorem: similiterque in § superiori p. 52. vs. 10. malim *ἢ πτύσεται.* Sunt nempe, me quidem iudice, enumerata symptomata singula per se variae iudicii formae. Cf. § 33. infra.

230. 3. *ἑκκαίδεκα.* Iam verosimilius esse puto, auctorem *ἑξκαίδεκα* scripsisse; alteram vero formam magis usitatam librariis deberi. *Ἑξκαίδεκα* Atticum videtur: iam vero nescio a quo cive conscripta sit pars haec spuria: scio vero auctorem Platonis Timaeum legisse et secutum esse, videoque plures formas Ionicas eum usurpare, nec tamen Ionicam esse orationem.

17. *ἐμφράξηται.* h. l. in errorem me duci passus

P. vs.

sum ab editore nuperrimo: nam procul dubio *ἐμφράξῃ, τοῦ τε πνεύματος τὰς διεξόδους καὶ τοῦ αἵματος ἀπόφρασσον* servandum, quippe *τε — καὶ* nomina *πνεύματος* et *αἵματος* belle copulat. In vet. cod. lect. *τε* a sede sua aberravit.

241. 22. *διαλήσεταί τις* servari posse existimo, collato Buttm. Gr. Gr. vol. II. p. 232.

249. 22. *ἀγάγειν* — *lege: ἀγαγεῖν.* —

254. 22. Conieceram etiam *λάσιον ἐγκήρωσας, ἢ μαλακὸν δέρμα τι*, quam coniecturam non hic adponere nolo.

263. 20. *σπασμῶδεες* — *lege: σπασμώδεες*

277. 10. *διανύττουσι* — *immo: διανύττωσι τοὺς χιτῶνας καὶ ῥευματίζωσι τὸν ὀφθαλμόν* —

282. 15. *ὄρθου* — *lege: ὀρθοῦ* item vs. 25. 26.

310. 29. *ἐκβάλλει·* scripsi: *ἐκβάλλειν·* —

313. 2. [*κωλύει*] *melius:* [*κωλύουσι*]: itemque vs. 7.

20. *περιπατούσην.* Nolenti mihi Ionismus excidit, volueram *περιπατοῦσαν.*

343. 12. *διαγανάκτησις ἀμείνων* — *lege: διαγανάκτησις, ἄμεινον* —

346. 22. Ad *ῥακωοῖσαι* propius etiam accedit *ῥακόεσσαι.*

355. 8. *ἐνωθέντο lege: ἐνωθέντι* —

INDEX AUCTORUM

IN QUIBUS CORRECTIO TENTATUR.

INDEX

RERUM ET VERBORUM.

A.

B.

Γ.

Δ.

E.

H.

I.

K.

N.

Ξ.

O.

Π.

Υ.

Φ.

Χ.

Ω.



